FASTORUM IN ELIADAE INCUNABULIS LIBRI SEX. ELEGIARUM...

Giuseppe Parascandolo, Paolo Petrini


Digitized by Google

6
20 d
50



otheca
ll. Rom.
Societ. Jesu

6-20-D-50-

21
6
66

11-e-68




Digitized by Google

Digitized by Google


nempe ipse
ro feci degere monte
quo ad celos duplici
claustris misit opima


Pa. Petrini Inat sculp.






Digitized by Google

FASTORUM IN ELIADÆ INCUNABULIS LIBRI SEX.

ELEGIARUM LIBRI TRES.

AUTHORE

P. JOSEPH A NEAPOLI


Carmelita Provinciæ Montis ſancti.

AD ILLUSTISS. ET REVERENDISS. DOM.

P. DANIELEM SCOPPA


Episcopum Nolanum.

Bibl. Coll. Soc.



NEAPOLI M.DC.XCVIII.
Ex Nova Officina Dominici Antonii Parrino.

Superiorum Permiſſu.






Digitized by Google

ILLUSTRISSIMO, ET REVERENDISSIMO DOMINO S. T. M.

P. DANIELI SCOPPA

Episcopo Nolano.





F. Joseph à Neapoli Carmelita S. D.

HOc Tibi dicatum meum Opus, Illustrissime Domine, & volui, & debui, cum nec gratia [v]olendi, nec debendi causæ defuerint. [D]ebeo quidem, ac me debere in æter[n]um fatebor, cum Tu non adhùc Anti[s]tite redimitus mitra, sed Carmeli [P]atrium culmen adeptus, ad hæc Ca[m]œnarum studia meam juventam fo[vis]ti, & admotis calcaribus in altum [fe]r impulisti; Tua non fucata Urba[ni]tas, quæ in fronte minimè caperata [lu]cet, mihi pro Pieridum choro, pro [Pe]rrheo numine fuit, verso pro Helico-



...OTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Helicone, toto Carmelo; Undè hæc dona, qualiacumque fiant, plùs tuam mei studiosam humanitatem, quàm nostrum rude ingenium cognovere parentem; nec assero citra emendationem itura mea carmina, cum nec vitii, nec impoliti, nec inconsulta Festinatione præcipitis quidquam deesse perspicio. Nec horum tua Clementia authrix, cum totum ad meam inscitiam vertendum; Utinam, talis afforem, qualis te duce debeo; sed meæ alacritatis ad hæc studia obeunda, fiduciæ ad obtinenda præcipuus es Auctor, & exemplum. Scilicet Te regente, & Sacra toto culmine moderante, feliciter tota Carmeli plaga floruit, & nobiliora otia, & studia viguere, & ibi relictis Athenis venustissimæ virtutum manus altas porticus statuere, & juventus in excolendo ingenio, virilitas in exercendo, & senectus in Comitiis, & Tribunatu fruendo maximè se applicuere. Quid blandius tua violentia? quid tuis blanditiis violentius in afficiendo mentes? Hæc tandem causæ privatæ gratia protulimus, haud unquam tui Officii oblitus, cum toties ipse variis fluctuum insaniis jactatus toto æquore

tri-

Digitized by Google

triſtitiæ, & jam defatigatus, & quaſſus in portum tuæ humanitatis, & libens, & liber confugi, tibique meas Nugas, Quiſquilias, Burras comendavi; Nec Tu ita re donas, ut non majora deſiderio paraveris, & Tui inſtar Ego, qui hoc carmen, quod potius hiſtoricon, quàm poeticon ſapit, ita tibi dico, ut ad alia accinctus, limàque exquiſitiori polita tuo ſancto Nomini, & univerſis ingeniis præpeti, & auguſtiſſimo moliturus ſim. Sed obeamus breviter publicæ cauſæ faſtigia, quæ majoris ponderis ſubeſt, quàm privata, & peculiaris. Quantus decor vetuſtati Ordinis per Te eſt redditus, quæ veterana majeſtas novo decori? cum Tu univerſos munerum apices obiens, nec bonitati aliquem, ne[illegible] dignitati gradum reliquiſti, ut [illegible]uc in ſummo noſtri Montis hæc de[illegible]ſtatæ Prudentiæ, jam albis nepotibus exemplum, quibus tali frui munere, & Deus, & ars magiſtra dederit, veſtigia appareant; Quæ tibi ſuada facundia? in bonitate uſus? in uſu oblectamentum? ut ſemper tua ſorte major videaris, & virtute; Taliter aliena, ut Tui ipſius lora non deſint. Sed talis

in Zona, nunc ad Mitram; Sedem clarissimorum Patrum subiens, Sanctisque insignibus amictus, Pater omnium videris, & quidem, Pater animarum, Paulinis, & Felicibus, qui Sede hac priùs floruere, haud degeneres actus referens, manibus Tibi auro plenis, imbre aurato inopiæ sinum proluis; Suave eloquium in ore, ut super stratis cordibus gressum dirigeres; Avia à lucro voluntas, ut non quærat aliena, qui sua, usque ad assem largiatur. Unum, & unicum non volutari oblivioni, ut obtestor, dignum; Scilicet illa tua coacta Synodus, res à pluribus sæculis Nolæ inaudita, in qua tot leges sanctissimis sanctiores condidisti, veteres ad lucem revocando, novasque edendo, ut tuo sub auspicio tota videatur florere Religio: Nunc video quàm suavis res sit oratio, quæ sensim me in profundissimum tuæ laudis pelagum allicit, & impellit; Ast ne pereani, vela mei ingenii silentii funibus compressa, colligere jubeo, potiùs de Te sentiendo copiosiùs, quàm loquendo, adiiciens pro Corona meum

diluti

diluti salis Epigramma, quò Nolam pro te de quibusdam injuriis à Sanazario inflictis, vindicare studio. Vale.

Nola, quod à Nolo nomen desumpserit olìm,
Actia Sinceri musa locuta viri.
Carpitur immeritò talis, mens avia vero est,
Idem, qui dicit, dicta probare negat.
Pontano hospitium contendit, aquamve Maroni.
Nec sibi Pontanus, nec Maro tale putat.
Ad reliquas laudes, quibus hæc tumefacta superbit,
Dicitur excelsis sedibus alta Patrum.
Præsidet hic DANIEL, tum civibus æthera pandit;
Nola colit tantum, servat, amatque virum.
Re differt nomen, capimusque ironica vocis,
Dum vult ingenuis Nola favere viris.

AD

Digitized by Google

AD LECTOREM.

ALiqua adiicimus, Lector amice, verba, quæ potiùs ad Priscorum superstitionem, quàm ad Religionis simplicitatem attinent, uti Fatum, Tonantem, Sortem, &c. quæ & si candor meæ fidei non postularet, attamen ornatus poeticus, sine quibus nullus esset, hoc sibi petit admitti; Nec candori cordis officit fucata hæc verborum varietas; Aliud enim est scribere poeticè, quam sentire catholicè, hoc ad conscientiam, illud ad scientiam pertinet, hoc sanguine firmandum, illud nigro liquore è plumis manante leviter pingendum. Ignosce igitur, dum calles, aliter hæc sacra non constare.



EMI-

Digitized by Google

EMINENTISSIME PRINCEPS.

JUssu Eminentissimi Archiepiscopi Neapolitani perlegi opus, cui titulus: *Fastorum in Eliadæ Incunabilis libri sex, & Elegiarum libri tres*; latino carmine compositum per R. P. Joseph è Neapoli Carmelitam, & in eo nihil inveni, quod vel fidei, vel bonis moribus adversetur: quin potiùs jucundum mihi fuit spectare lauros Heliconis in Carmeli monte virescentes, pro baccis fructus eruditionis, & pietatis allaturas, quapropter typis mandari posse censeo hac die 31. Augusti 1697. Neapoli in Conventu Jesu Mariæ Ordinis Prædicatorum.

Fr. Cherubinus Panzera S. Th. Magister.

Attenta suprascripta relatione Rev. Patris Revisoris, quod potest imprimi.

Imprimatur die 5. Septembris 1697.

Jo: ANDREAS SILIQUINUS Vic. Gen.

D. Januarius de Auria Canonicus Deputatus.

EXCELLENTISSIME PRINCEPS.

TE Jubente, hilari certè animo, poeticum opus: nempe *Fastorum in Eliadum Incunabilis lib. sex, & Elegiarum lib. tres, Authore P. Ioseph à Neapoli Prouinciæ Montis Sancti Carmeli, sivè Primi Instituti Carmelita*, legi, ac relegi, & ut sententiam cujusdam sequar eruditissimi, magis tanquam opportunam, tibi gratias refero, quòd mihi Auctor fueris, ut omnium primus, iis fruerer divitiis. Ita verum, quod factus plenè scientia, sæculum, in quo vivimus, suos habere Pindaros; quin in poesis dulcedine, atvè inventione, non solùm Grecia, non unus Ovidius, non tantùm Maro, cum hæc Civitas, nunc & alios ditissimos osten-

tentet, & cum nihil in libro sit quod Regiæ Majestati adversetur, nec supremis ejus Juribus, ut typis mandetur celeriter, justissimum censeo, ni aliter Ex. T. uidebitur. Neapoli die 7. Februarii 1698.

Ex. T. *Humilissimus, & Addictissimus*
Carolus Maria Benestante.

Visa supradicta relatione imprimatur, & in publicatione servetur Regia Pragmatica.

GASCON R. ANDREAS R. ANDREASSI R.

Provisum per S. E. Neap. die 5. Martii 1698.
Anastasius.

AD nutum Reverendissimi Patris hos Fastorum libellos, aliaque carmina per Rev. P. Joseph à Neapoli Carmelitam Provinciæ Montis Sancti conscio nitore cęlata, libenter legi, nec fidei veritati, aut honestati morum quidquam absonum inveni, quin omnia concinnè, nec extrà Chorum Pieridum, ut per latices Elieni fontis jam ludere Camœnæ Permissidos videantur, & Mincius occultos, nescio, qua vi, penetrans recessus, hic permisceri, ut miros proferat cignos; qui coram Majestate Latii sermonis sanctiùs canant. Hoc pro Authore, eiusque opere certum volo; ex Conventu Capitis Clivi die 12. Sept. 1697.

Fr. Carolus Sernicola S. Th. M. Prior, & Commissarius Generalis, ac Theologus Serenissimi, & Reverendiss. Principis Cardinalis Medici.

De

Digitized by Google

DE mandato Reverendissimi Patris nostri Carmelitarum Ordinis Generalis Joannis Feyxoo de Villalobos perlegi Poemata R. P. Joseph à Neapoli unum hoc in volumen congesta, cui titulus: *Fastorum in Eliadum Incunabilis libri sex, & Elegiarum libri tres*; In iisque non modò fidei quicquam, bonisve moribus absonum non reperi, verùm & eruditionem plurimam, piamque Musam sum demiratus authoris, qua dum aliis, canit, ita sibi lauros, nectit, ut moneat, ex quo non fabulosus Carmeli Apollo, Elias igneos regere currus cœpit, Vatum semper hunc montem utriusque spiritus, quem sanè duplicem ille afflavit, extitisse Heliconem. Quare digna typis judico. Datum Neapoli in nostro Collegio Sanctæ Mariæ de Concordia die 17. Julii 1697.

F. Ignatius Bagnati Sac. Th. M. ac Regens.

FR. Joannes Feyxoo de Villalobos Sacræ Theologiæ Magister, Primarius in Regia Vallisoleti Accademia Cathedraticus, ac humilis Prior Generalis, necnō Commissarius, & Visitator Apostolicus totius Ordinis Fratrum Beatissimæ Virginis Mariæ de Monte Carmelo antiquæ observantiæ Regularis.

Authoritate nostri officii, præsentium tenore facultatem facimus R. P. Joseph à Neapoli nostræ Provinciæ Mōtis sancti Sacerdoti Professo typis mandandi opus, cui titulus est: *Fastorū in Eleiadæ Incunabilis lib. sex. Elegiarum lib. tres*, priùs à duobus nostri Ordinis Theologis approbatum, servatis de jure servandis, &c.

Fr. Joannes Feyxoo de Villalobos Generalis Carmelitarum.

Fr. Joannes Antonius Pancerius Provincialis Lombardiæ, & Secretarius Ordinis.

Digitized by Google

Ad Excellentiſſimum Dominum

D. LUDOVICUM

DE LA CERDA, ET ARAGONA,

Ducem Medinæ-Cæli, Neapolis Proregem.

SI fortuna meum quondàm daret edere librum,
Et livor diro ſiſteret ore ſequi.
O decus Auſtriadæ, & regum certiſſime ſanguis,
Iſta mihi ex animo vota fuere priùs.
Nomine de veſtro, quod traxit ad æthera Fama,
Ornatũ gemina frõte volumen eat.
Quod facto aggredior, ſed enim ludrica daturus
Non ſedet in vili grandis imago ſitu.
Quid refero vilem eſſe ſitum? tua prævalet umbra
Per ſeſe minimis ferre ſuperba locis.
Incipiamus enim, tantum cape Nominis omen
Euterpe, ò rebus nobile principium

FA-

Digitized by Google



FASTORUM

IN ELIADÆ INCUNABULIS

LIBER I.



CArmeli heroes, clarusque ad carmina vertex,
  Quem semper spectat fronte micante polus.
Per quem cultores plusquam Titania pubes,
  Scandunt montano sydera celsa gradu.
Pro tali ascensu foribus patet axis apertis,
  Aurea tum Janus claustra bifrons aperit.
Sacra, diesque simul, sanctæque exordia gentis,
  Queis multo pietas corda tenore regit.
Pars afflata sacro venturas Numine sortes
  Noscit, præclari nec latuere dies.
Pars Fidei multis jaciunt fundamina regnis;
  Pars fundit casto lilia pulchra solo.
Præclarum mihi surgit opus, nevè acre beatis,
  A quibus in donum serta superna geram.
Magna premit moles rerum, nec terga levantur,
  Ni tantis ausis stet, faveatque polus.
Nunc Carmele Sacer Cinthus tibi cedit, & Ida,
  Turritâ celeber tum Berecynthus Opi.
Talis Athos, nevè Ossa viret, nec magnus Olympus,
  Intacto cinctus vertice nube latus.
Tu Virgo in cujus plantis argentea gaudet
  Cinthia cum strato tota jacere sinu.

A   Lu-

Lumine de cujus radios Sol contegit auro,
Et decorant nitidas ſydera luce comas.
Tu faveas, quocumque velit mea currere cymba,
Ne feriat laxum dira procella latus.
Sors cecidit, nos eſſe tuos intra, alma, ſodales,
Quos ſacro junctim veſtis honore tegis.
Fama veni, diſcerpe tuo de corpoie plumam,
Ut verâ poſſim facta referre fide.
Temporis annales, tum ſacra volumina verſo,
Et Lethis cogor carpere relliquias.
Præbebit Lezanâ viam face præditus aureâ,
Subtilis cujus mente micabat apex.
Qui plusquam patrius cãpo Tagus evomit aurum,
Et carta æthereis fulget arata notis.
Parcite vos, Patres, quorum conſortia vidi
Volvere me pluſquam fida juventa ſinit.
Quorum ego non dignus plantis diſſolvere lora,
Lingere tum linguâ ſigna ſacrata pedum.
Præ manibus, ſi cuiquam adſunt opera iſta, labores,
Pro me ſupremum flagitet axe Deum.
Prò mercede meos aboleri quærimus actus,
* Quique vel indignus, quique inhoneſtus erit.
SUrgit Car[illegible]lus Solimæis proximus oris,
Qua Bore[illegible]gelidis flatibus urget iter.
Cujus ac[illegible]enſum valles, colleſque ſupini
Præbent, Natura ſtricta corona, viam.
Surgit ad eoas vertex ſublimior oras,
Nam pars occiduo Sole repreſſa jacet,
Diſtendunt tredecim toto ſub corpore leucas
Montis, qui rectum tollit ad aſtra caput.
Inſula ceù montes ſpectat diviſa minores,
Veſtibulum ſervat quiſquis inerme jugi.
Mons viridis, tũ ſorte places, tũ pulcher, amœnus,
Quò ſpirant dulces flore comante plagæ.
Ad caput illius texunt redimicula quercus,
Atque ambit latas pineus ordo comas.

Sub

Sub primo ascensu surgit pulcherrima laurus,
Nec citiùs circum Palladis arbor abest.
Nec desunt amnes, vitreusq; ex fontibus humor,
Ut lenis siccam destruat unda sitim.
Inter Phænicis positus confinia vertex
Usque Palestinos currit opimus agros.
Cernitur & speciem simulare triangulus olli,
Atq; unum trino monte cacumen inest. (scus
Acconisq; Urbs clara procul, propè pulchra Dama-
Tollitur hinc Libani, Thaboris intùs apex.
Naxarei fines; Syriæ propiora recingunt;
Jordanes niveis obstrepit almus aquis.
Angnlus excelsà, qui spectat fronte Triones
Altior, & supter frangitur unda maris.
Sanctior aerio pars hæc dè Monte videtur,
Quæ nostri servat tot monumenta Ducis.
Illic visa sibi Virgo; nubisque figuram
Spectat, quæ cœli rore repleta salit.
Hic legio æthereo coràm consumitur igni;
Hìc sunt in mirum monstra reducta modum.
Illius hic cunctis illustre fidelibus anthrum,
Quò solet ad cœlos fundere turba preces.
Fatidici Patres istic coguntur in unum,
Et fundunt lecto multa sacella solo.
Sæpiùs accessit summæ Regina cohortis
Huic antro, prisci quo viguere patres.
Virginis ad cultum nostris micat ara diebus
In medio, æterno lampades igne micant.
Antro sandaliis clari ditione potiti
Patres, quod circum grande ministerium.
Temporis & morsus summo, Templique ruinæ
Visuntur, variis atria firma locis.
Duxit ad Europam nostros Lodovicus alumnos,
Dum fundant cunctis germina casta plagis.
Angulus & partes qui conspicit altus eoas,
Virgineæ insignis substat honore domus.

Digitized by Google

Illius hìc primum venit ad ſacraria Numen;
Hìc dicunt noſtrum delituiſſe Patrem.
Plurima per primum conſurgunt oppida montem
Pars præda annorum, pars quoque firma vigent.
Et ſpecies variarum Ædum, veterumq; locorum
Fortuna inſtabiles queis dedit atra vices.
Grandia pendentis ſubſtant penetralia rupis,
Vixit ubi ad clauſtrum jam numeroſa phalanx.
A cilio montis vitreâ pulcherrimus undâ
Fons cadit, à priſcis tam memoratus avis,
Illius & conchæ ſaliunt ſub ventre liquores,
Quò Bonitas nitidas eſt ſpeculata genas.
Undaque per varios deſerpit ſubvaga calles:
Expellunt ſiccam gramina rore ſitim.
Hinc varias plantas, duroſque refrigerat æſtus;
Aſt aliud melius ſtat tibi, lympha, decus.
Non procul apparent inhiantia ſaxa Brocardi,
Qui noſtras tanto culmine pavit oves.
Sed plaga ſaxoſis circum de fructibus horret:
Jam digna ingratæ pignora nequitiæ.
Hinc veterum renitent veſtigia ſacra virorum:
Antra antris ſubſtant hinc, caveiſque cavæ.
Omnibus & celeber latè locus, omnibus almus,
Nam variis ſubſtant millia clauſtra locis.
Rupibus horrores ſacri, foribuſque cavernæ;
Tam decor Eliæ luxit in orbe ſemel.
Nec nemora abſiſtunt, foliiſq; virentibus umbræ,
Et lucus vitreis condecoratus aquis.
Tantus eo de monte decor, tam Fama perennis,
Per quem majeſtas culta Tonantis abit.
Hinc monti dixiſſe ſatis quò forma, ſituſque
* Nunc monſtra illius finibus acta cano.

PRimus & Elias flammato maximus enſe,
Hic tria quit ſummo texere vota Deo.
Heroum genitor, Dominique acclivis ad uſum,
Ex quo fatidicis forma, moduſque viris.

Hoc

Hoc Carmelitæ cœpere virescere Monte,
Et vaga sub tanto Principe signa tenent.
Sancte Pater, quâ parte soli natalia ducis,
Vel quò ceù Nilus contegis, alte, caput.
Sed coeunt pleræque urbes, varia oppida, fines:
Falcibus haud venit lis resecanda novis.
Thesbites; cur sit talis subvolvitur umbrâ.
Amplius haud isto nomine regna sonant.
Ast obscura cadat tanti Natalis origo,
Optate à multis surgis Homere locis.
Non benè sors cecidit vatis perquirere fontem,
Dè cujus Virtus maxima fonte scatet.
Thesbites, quicumque foret dè parte Manassis:
Ni veniant celso semina tanta polo.
Sed pater illius Sabac, dè matre superba,
* Hæc nam regali stipite planta fuit.
SIc patris ad mentem sistunt adaperta polorum
Atria, dum mulier concipit alma virum.
Apparent olli celebres ad somnia vates,
Et clamidis niveo quisque decore nitet,
Candida turba patrum, puræque simillima Lunæ,
Et simul argento concolor, atque nivi.
Infantem leviter cordis dè more salutant,
Et lævum in cultu flectit amica genu.
Nec desunt celsâ rapidi regione ministri,
Qui flammæ puero dent alimenta sato.
Fertur ad oraclum monstrum, tum visa retexunt;
Oraclum tali concinit alta sono.
Siste Pater, Pater alme sinas, nec maxima fas est,
Cunctis prò placito monstra aperire viris.
Præclarum natale tibi, cui semen ab astris,
Supremusque tuâ ludet in æde puer.
Hic puer excelsus, tum vix imitabilis infans
Esset, cui pietas præbet amica sinum.
Per quem sanctus honos, superum tũ gloria fervet,
Ex quo sacratis lex referenda viris.

Digitized by Google

Et clari venient mores Mundo, & novus Ordo;
Cum ſtringet ſacros terna catena pedes.
Criſpat & indomito flammatum robore ferrum,
Atque omne horrendo corripit igne ſcelus.
Ceu primò vidit Solem non pondus inane
* Terræ, ceù cępit tollere corda Deo.
PRimus & illius concepit jurgia vocis,
Neſcius ad Numen volvere pectus Achab.
Prò quibus offenſis cœlum circumdedit ære,
Ne poſſit minimo rore madere polus.
Cogit in exilium nubes, fugat æthere nimbos;
Atque omne obduro cœlum adamante riget.
Areſcunt fontes; radio cava ſtagna coquuntur,
Et languet ſicco tetra lacuna ſinu.
Herba aret, ſpes cuncta riget campique, ſatique;
Omnis & ad libicum terra reducta ſolum.
Vipera quò ſolum, vel ſicco Dypſades ore
Gaudent, vel vacuis trux Baſiliſcus agris.
Vatis & ad nutum dirè cœlum omne rigebat:
Lymphaque ſub diro ſtat tepefacta luto.
Ipſe tamen torrente Charid, Jordanis ad undas
Siſtit, ad aſpectum ſtat furialis Atrops.
Ne commune malum ſanctum torqueret & ipſum,
Huic Deus ex mirâ contulit arte cibum.
Nam corvus plumam quatiendo congerit eſcam,
* Semper & ex tali menſa parata dape.
ILlius occurſu, haud procul hinc, ſtetit obvia turba;
Cum tantæ ſubſint ipſius ore minæ.
Cœperunt ſanctum paſsim cognoſcere vatem;
Dum ſummo afflatus numine verba movet.
Scitatum veniunt alii de more, Deoque:
Is verò cunctos inſtruit ore viros
Orandique modum ſtatuit, quò vertere Numen,
Inſtituit primus lene ſalutis iter.
Hinc primùm plures cępit conjungere turbas,
Ut poſſint vero ſolvere vota Deo.

Gen-

Gentes ad cuneos primùm Samuele reductas,
Intexunt vitæ nunc melioris opus.
Sed regina furens plusquam crudelis Erinnys,
Ex istis plures cæde maligna premit.
Indè per Abdiam centum servantur in antro,
Dum nimium nostri principis esset amans.
Hìc nostræ primùm locus incunabula cernit
Legis, Carmelo quæ referenda fuit.
Atque hi Nazarei primùm cognomine dicti;
* Semper & incertum turba perosa merum.

ELias intereà pergit properare Sareptâ,
Ne simul is dirâ possit obire siti.
Cujus ad occursum duris operaria fatis
Advenit mulier parvula ligna legens.
Ipsa humilis, contenta Deo rectique, malique,
Excurat viles mente, manuque lares.
Cui puer ad pectus, viduali consita vittâ
Frons stetit, & parvæ præsidet una casæ.
Ut vates vidit, primùm de more salutat,
Inque Dei nomen flagitat asper opem.
Mota per adspectum sacrum, nomenq; Tonantis,
Excepit mulier corde volente patrem.
Atque offert olei guttam, parvumque farinæ,
Parvulaque ad cineres ossa reducta fuit.
Prò mercede tamen vates, prò corde benigno
Illius multo fœnore facta tegit.
Nunquam ad defectus oleum remeare coegit:
Crescere crescenti jussit opimus ope.
Hydria surgentem vidit sine fine farinam;
Semper de pleno pullulat illa sinu.
Solamen tristis sumit paupercula sortis:
* Ingenuæ tantus sit pietatis honor.

MAjus init sed corda malū; prò vatis honore
Creditur ad viduæ sors cecidisse caput.
Filius huic subitò raptus languore maligno
Concidit; extremum mors celeravit iter.

Ut videt, ut mulier pectus percussa pudicum
  Ad sanctum currit corde micante patrem.
Care pater, quæ tanta tui, Dominique peregi
  In damnum, ut tanti sic ego digna mali?
Nec pater afflictæ solamina ferre parenti
  Abnuit, & tenuit non mora longa pedem.
Et puer exanimis fulchro supponitur alto,
  Unde sub ingenuâ constitit hospes anu.
Elias ad celsum ter flexit lumina cœlum,
  Et dixit ternâ verba suprema vice.
Ter videt infantem, tum ter super accubat illum,
  Et vultum vultu, pectore pectus obit.
Sic puer assurgit rursùs sub Sole sepultus:
* Sanguis & ad primum vertitur officium.

INdèque majori patratum monstra trophæo,
  Depetiit celeri regia tecta pede.
Obvius Abdias regali mittitur æde,
  Dè sancto ut ferret nuncia certa viro.
Tendit in occursum magnâ rex inde catervâ
  Vatis, tum rapidis rupit in ista sonis.
Tu ne mei turbator eris regnique domusque,
  Ut cadat ad cunctos tanta ruina locos?
Huic dicto non vera fides, non crimine tali
  Obstringor; subito sic ait ille modo.
Tuque malum, tu causa simul venis author, origo
  Cognoscens humili numina falsa genu.
Verum age, tu falsos Carmelo collige vates;
  Quis Deus hinc videas dignus honore coli.
Ast rex acclivis vero convertere mentem,
  Cogit ab aereis agmina plura tubis.
In quibus & falsi cultores numinis adsunt:
* Pergit & ad sacrum tota caterva jugum.

QUare, ait Elias, dictis convertite mentem:
  Hoc licet & cunctos monte probare deos.
Cui virtus dextræ, proprio nec degener actu,
  Qui librat summo fulmina sæva polo.

Hinc

Digitized by Google

Hinc aram in nexis velox ego construo lignis,
Binorum ponam membra recisa bovum;
Sed quoque numinibus surgant altaria vestris,
Et vestris halet victima digna diis.
Sic agite, atque unum citius superaddite taurum:
Quin nostra adjunctis ara tumebit aquis.
Vos vestros rogitate Deos; ego Numen adoro
Nostrum; quis verus nam patet indè Deus.
Et verum æthereo Numen lustrabitur igne:
Proposito vatis tota caterva favet.
Bis denos lapides sacro capit omine vates,
* Et prima ad verum texitur ara Deum.

ET falsi vates texunt impensiùs unum
Altare, infamis quò superesse Baal.
Sic aræ instructæ, & peplum superadditur illis,
Et pergit proprios quisque vocare Deos.
Sed primùm obsceni vates, barathrique ministri
Tendunt ad lævum lumina lusca polum.
Et clamant, repetuntq; preces, iterumq; reposcũt,
Ut properet positas flamma vorare dapes.
Eja agite, Elias, sonitu graviore rogate;
Possit ut è somnis evigilare Baal.
Instingant rursùs precibus, rursùsque novantur
Clamores, surdâ quos bibit aure polus.
Quin properant cultris etiam disrumpere venas;
Dum sanguis cœlo pondera vocis habet.
Æthere sed postquam frustâ revoluta resultat
* Vox, ad spectandum turba maligna sedet.

ELias obversus cœlo sic fronte serenâ
Incepit vero fundere vota Deo.
O Abrahæ sacrum Numen, Mens unica mundi,
Ad cujus cultus usque oluere foci.
Te nostri novere duces, tu quidquid in orbe
* Trino solemni sub ditione tenes.
Fac pondus mea verba ferant, faveasque decori:
Nec meus ad Zephiros clamor inanis eat.

Digitized by Google

Sin placitò tibi noſtra fides, venturus & Ordo,
Cui veſtrum in Nomen magna trophæa paras.
Vix ea dicta dedit, ſonitu cum flamma repenti
Cernitur à puro mox rutilare polo.
Involvens ſplendore viros ſuperadſtitit aræ,
Libat & ignito fervida dente dapes
Cum menſis altare vorat, nec ſaxea durat
Compago, & gelidi lympha reperta lacus.
Agnovere Deum gentes, Numenque beatum,
Nec cernunt ſummo ſigna relicta ſolo.
Atque repertores cultus mendacis ab ipſo
* Principe per clades impia damna luunt.
SEd Deus ad cœlum pluvias revocare ſerenas
Exoptat, prorsùs nè moreretur ager.
Quàm mentem ut cernit vates, jubet ocyus omnes
Diffugere, optatis dum ruit imber aquis.
Jungit Achab rex durus equos, rhædaq; revectus,
Molitur celeri lora ſuperba manu.
Quà maris intereà plantas amplectitur unda
Carmelo, viſus candor ineſſe polo.
Hinc nubes leni gradiens argentea paſſu
Ad cœlum grato rore repleta ſalit.
Sed nubes mihi pulchra vale, quam clara retexis
Myſtica ſub vultu nunc ſimulacra tuo.
Conceptam ſine labe refers candore, MARIAM,
Quæ cœli debet rore rigare ſolum.
Intereà hæc nubes gratas diffuſa per undas
Solvitur, & ſiccis vertitur humor agris.
Et terra optatis viret inſtaurata pruinis,
Et campus priſca fertilitate viget.
Mortales totum fundunt aſpergine corpus.
* Lætantur volucres, tum pecus omne, feræ.
AUdit ut excidium vatum temeraria regis.
Uxor, in excelſum ſævit iniqua patrem
Sic molita necem graviter ſectatur & illum,
Per caput adjurans, imperiumque ſuum.

At

At vates fractus casu, numeroque laborum,
Supremum exoptat tristis adire diem.
Desertum intereà peragrat mulieris ab irà
Abditus; hinc vicit corpus inerme sopor.
Surgere sed cogit roseis hunc Angelus alis,
Et jubet appositâ membra levare dape.
Sumpsit aquam cum pane simul; post lumina flexit
Ad somnum; rursùs sed stimulavit Amor.
In latus excussit, reliquumque absumere mensæ
Suadet; dum longam debet inire viam.
Is dumeta tenens ignotos eligit orbes:
Excelsi fessus culmen adivit Horeb.
Horrentem in nebulâ vidit sub monte Tonantẽ,
Et murmur toto personat acre jugo.
Accipit à Domino jussum, quod sacra voluntas
Vates, tum factum clàm renovavit iter.
Inde Moabites transit regione remotâ,
Indè Ammonites, per Galaadque venit.
Non longè ad vultum offẽdit præclara Damascus,
In quâ debuerat jussa superna sequi.
Sic Azael Syriæ Domino mandante perunxit,
Regem; cui properat post sociare Jehu.
POst reperit campo quẽdam, Albemavula dicto
Scindentem validis jugera multa jugis.
Conjicit Elias proprium citò tegmen in illum;
Ordinis undè esset firma columna sui.
O felix Elisæ nimis de mente Tonantis,
Sub primo meritis vate secundus eris.
Te Deus elegit cordis tenus intima lustrans;
Aptior ad tantum non fuit alter opus.
Hinc Elisæus arans bobus tellure relictis
Intravit patriæ tecta decora domus.
Solatur veteres abitu properante parentes,
Complexu celeres nempè tulere moras.
Se dedit in socium patri, sequiturque premendo,
Unctus & à Domino porrò propheta fuit.

Digitized by Google

Regula ſic cœpit, domini dè more jubentis;
Hoc ſacro cœpit ducta virere jugo.
Diſciplina ſimul florere prophetica cępit,
Dura in perjuras quæ movet arma manus.
Ex iſtis multi fuerant Samuelis alumni:
Cœpit & angelico vivere turba modo.
Filius hinc viduæ Jonas dè nomine dictus
Jungitur, ad lucem ter revocatus ovat.
Nec non Michæas ſe ſe dedit eſſe ſodalem
Inter, tum ſacro vivere more petit.
Atque alii, atque alii, cœleſtis ſemina prolis,
In quibus ad mirum vita novata nitet:
Inſtaurant ſummo primùm tria vota Tonanti,
Et fundunt lecto multa ſacella ſitu.
Laudibus indè Dei noctuque, diuque vacabant,
Fundendo dulces ore ſonante modos.
Hinc legem primis ſoliti explanare calendis:
Solemni occurrit plurima turba die.
Indè loci, vitæque manet, tum nominis hæres,
Ductus ad excelſos candidus Ordo choros.
Opportuna loci facies remoratur & aer,
Oraque florenti ſemper amœna ſitu.
Eliadæ demùm Sancto de principe mores
Addiſcunt, miro quos docet ille modo.
Indè prophetarum gaudet cognomine pubes,
* Sub vero quoniam codice vera monent.
HIncSyrus in SolymasBenadab fera ſigna movebat,
Nevè ſalutato Marte maniplus adeſt.
Triginta ſecum movet ad certamina Reges,
Diluvio armorum devia rura vorat.
Hinc animos demittit Achab, numerũq; tremiſcit,
Nec ſummis armis regna tuetur iners.
Roboris immemorem cœli, ignarumque ſalutis
Michæas rapidis arguit indè ſonis.
Quis timor ante tubas? tũ quæ formidinis umbra?
An Deus eſt viſus non ſatis eſſe potens?
Per

Per pueros, juvenesque cadet victoria regi,
Tuque insperato Marte potire celer.
Successus tunc dicta probat, nam numine dextro
Pellit inexcitos rex regione Syros.
Atque omnis regum diffracta superbia campis,
Pristina nec secum robora Martis habent
Gaudet Achab prædâ ingenti, spoliisque potitus,
Et mulcet pompis aspera corda novis.
Rex Benadab victus vires non pertulit altas,
Contrà victorem dicta superba movet.
Quid tu montanis semper confidis in armis?
Montibus & fraudes, insidiasque moves.
Planitiemque legas, campo te fide patenti:
Annè tibi semper Numen agreste favet?
Hùc venias, paribusque para concurrere pugnis,
Spectetur virtus, quid valeatque manus.
Æquore sub plano spatiis concurrimus æquis;
Quid Deus hinc possit, quid mea dextra, vide.
Sic ait, & vanis mulcet præcordia dictis.
Rex levis ad dictum jam trepidavit Achab.
Michæas venit, successus nuncius almi;
Ad pugnas iterum spemque, animosque vocat.
O pete planitiem, gressus dux æquor in altum,
Hinc etiam regem perdomitare vales.
Hinc lato ambobus certatur cominùs agro,
Atque Deo fugiunt sollicitante Syri.
Rex capitur Benadab, coràm victore relatus,
Mercedem ex illo, diffugiumque petit.
Rex libertatem donat, mittitque solutum,
Illius haud dicti, perfidiæque memor.
Qui Domino jecit temeraria jurgia linguæ;
* Rex penitùs cœlos vicit inultus Achab.
PRò quo Michæas signis prædicere sortem
Quærens, tunc socio talia dicta dedit.
Percute me, frater, vultuque inscribe dolorem;
Ut regi fractâ fronte tremenda canam.

Ab-

Abnuit & ſocius, noſtri pietate coactus
    Ordinis, is [illegible] voce laceſſit eum.
Percute me, frater, noſtras pete vulnere malas
    Impleto, dominus quæ mihi juſſa dedit.
Ille iterum renuit; tali tum voce Michæas
    Verba refert ſocio non placitura ſuo.
Prò quo nunc dubitas Domino parere per ictum;
    Hoc fera ſub diris non dubitabit agris.
Sed tibi ſub plagis vultum maculabit eidem
    Jam leo, dum dubitas nunc maculare meum.
Munere qui Domino prohibes me, garrule, fungi
    Ipſe eris horrendæ præda cruenta feræ.
Hoc petit ex alio vates, qui juſſa ſecutus,
    Diffractâ pergit pelle notare caput.
Extulit is cultrum, atq; cutim levis attigit ictu,
    Et ruber ex juſſo vulnere ſanguis abit.
Per crinem revolutus enim, per colla, genaſque
    Tempora ab impreſſis ictibus alta madent.
Quin quoq; ſanguineum fœdavit pulvere vultũ;
    Taliter & pergit dedecorare genas.
Confundit ſpeciem vultus, fœdatque figuram,
* Et regis turpes ſe jacit ante pedes.
TUnc ſic aggreditur, pingitq; oblata querelis,
    Rex audi, & noſtri jam miſerere mali.
Devenit quidam tunicâ ſquallente ſub armis;
    Eſt viſus Martis ſævus adeſſe ſequax
Captivum tenuit quemdam, dum prædo fuiſſet,
    Expoſitum factis, arbitrioque ſui.
Fortè ego tranſibam; victor mihi tradidit illum,
    Et doni tradit conditione tamen.
Servato hunc vinclis, tum tu ſerveris in illo:
    Ne vadat liber, diffugiatque, cave.
Si fugit, illius debes perſolvere pœnas:
    Si ſervas, donis mòx cumulatus abi.
Tantum ego promiſi dè me, tenuique libenter,
    Attamen à dextris excidit ille meis.

Di-

Digitized by Google

Diversusque fugit; frustà post terga cucurri;
 Nempè illi celeres commovet ala pedes.
Et donum amisi, mea dum custodia fallit;
 Atque repercussâ vulnera fronte gero.
Rex ait: es casus, dum dura pacisceris, author,
 Debueras posthàc diffugere alterutrum.
Si tibi deficerent animi servare, quod optat;
 Non rectum tantis implicuisse malis.
Tunc vates puro malas abstersit amictu,
 Et se visendum fronte nitente dedit.
Corripit hinc causam, & cilio jacit aspera duro,
 Quidquid narratum, rex, tua causa fuit.
Nam Deus infamem manibus tibi tradidit hostē:
 Auribus ipse tuis jurgia sæva bibis.
Tu victor primùm spoliis, prædâque potitus,
 In reliquum curas dè Deitate nihil.
Tu cum compleris, Dominum sic linquis inultū?
 Per quem mox victor bina trophæa geris.
Ergo animos adhibe, sævisque accinge flagellis,
 Tu pœnas solvis, tu scelus acre pias.
Prò regno illius cernes tua regna per umbras:
 Vitaque prò vitâ, sanguine sanguis abit.
Prò populo populus, pereat prò crimine crimen;
 Nam te quamprimùm mors aliena rapit.
Turbatur dictis princeps, tum fronte minacis,
* Et claudi vinclis, carceribusque jubet.
HInc pater Elias montis deserta pererrans,
 Lustravit sacro regna remota pede.
Invisit cuneos, verbisque salubribus illos
 Commonet, ostendit quâ Bonitatis iter.
Tum fessus summo ascensu, tum torridus æstu
 Spumanti ducit labra perusta siti.
Rusticus & pulchro quidam assistebat in horto,
 Quâ cucumis pleno ventre tumescit aquis.
Hinc pater à sævo tandem resipiscitur æstu,
 Et tandem oppositis cautibus arva salit.

Ad

Admirans peponum quâ copia pulchra resurgat,
Pendula per frondes, pampineosque sinus.
Melopepon, cucumis, variisque cucurbita formis:
Quisque suo clausus limite fructus adest.
Atque inter pepones tum vates postulat unum,
Ut queat ardenti labra levare siti.
In nomen Domini poscit, sed durus arator
Abnegat, & vatis non miseretur atrox.
Durior & saxo nulla pietate movetur,
Sed petit illius saxea pœna caput.
Durescunt fructus, cucumisque rigescit in arvis,
Atque omnis duro cortice succus abit.
Duritiemque viri fructus testatur & asper.
Nunc quoque Carmelo tot monumenta vides.
Exprobat humanum tellus exosa rigorem,
* Fructeta & saxis asperiora parit.

CRimina criminibus, cumulatq; novissima pri- (scis,
Ne reus unius rex videatur Achab.
Saxorum insontem sepelit sub culmine Naboth,
Aspersa illius saxa cruore tepent.
Dum regi infando campos non cedit heriles,
Oppositum est falsâ crimen inane fide.
Infelix Naboth, nunc te tua prædia lædunt;
Sed felix, Dominus nam tuus ultor erit.
Nam Deus injustè diffusi sanguinis ultor,
Eliæ apparens, jussa tremenda dedit.
Nuncius ad regem, nostram citus indue mentem
Ito, tum rapidâ talia voce refer.
Dum mactat miserum saxorum turbine Naboth,
Illius lingent sic quoque membra canes.
Elias & regi mandata nigerrima junxit.
Ceù Deus adjunxit, non tonat ore minus.
Uxori quoque pœna fuit, quæ criminis authrix:
Consona consorti cui fera fata canit.
Deficit ast subitò tantarum horrore minarum
Princeps, & purgat corde tremente scelus.

In-

Incepit mœrore capi, tum plangere crimen,
* Et fuit ad longas pœna relata dies.

NE quid inexaustū maneat scelerisve, malive
Rex petit adversis bella movere Syris.
Rex Judæ venit Josaphat, munimine belli,
Ut cumulet regem, præsidioque juvet.
Castra, aurumque tulit, tum lectæ robora pubis,
Atque equites, currus, æs, clipeosque, jubas.
Ut secum sociis campo commilitet armis:
Hunc pietas meliùs, quam vaga serta tegunt.
Incipit à cœlo quidquam; neve abnuit æther:
Cœlestisque suis personat aura tubis.
Addidit obversus Solymæo hæc dicta tyranno.
Hostibus heu tantis quò duce bella damus?
Accersi & vates domini, tum consule, si quis
Nunc adsit, pugnas sin velit axe Deus.
Sin placito illius campo nunc arma movemus,
Sin contrà, telis abstineamus, ait.
Tum rex infamis vates sibi colligit orci;
Relliquiæ & cædis turba superstes erat.
Hi fingunt sermone frui cœlique, Deique,
Et regis genio verba secunda cadunt.
Vinces, rex vinces; vestra est victoria, cives,
* O quantus nostris mentibus ardor adest.

HOs novit Josaphat, vatum nec credidit ori,
Hos habitu, adspectu, colloquiisque notat.
Institit & regi; vates scrutaris inanes;
Nuncius an Domini condecoratus abest?
Qui vero arridet, tum certa oracula donat;
Ne frustà tantas tædeat isse vias.
Addidit ater Achab. Jemlæ mihi filius adstat:
Iste etenim de me fata maligna canit.
Jemlæus semper cecinit tibi pessima vates?
Pectore de diro sic benefacta cadunt?
Nec narras dirè, quod eum tu carcere stringis?
Triste tyrannorum quàm venit imperium.

Is

Is tibi prædixit duplici felicia Marte
Bella, per adversos cum tremefactus hias.
Rex Judæ compressit eum; ne dira loquaris
Quæcumque is referet jam fore vera, scias.
Tum gemini reges soliis sedere superbis
Hùc, illùc cingit densa corona ducum.
Atque omnis miles; causæque oracla probandi
Promuntur;plateis vulgus & omne sedet.
Et falsi vates monitu non vera daturi
Deveniunt, populi plausus habebat eos.
Hinc Sedechia fuit, populi seductor, & urbis,
Et madida infandâ somnia fraude refert.
Hic signis oracla tegit, nam cornua vectat
Ferrea,tum regi sic truculentus, ait.
Ceù ego nunc cornu, Syriæ sic ventilat oras
* Rex ferro, captas tum ditione tenet.
SEd nostri occurrunt tādē memoranda Michææ,
Eliam primus qui sequeretur adest.
In medio apparet, vultuque arrisit acerbo.
Heus turbæ ad bellum nunc properemus, ait.
Vade ferox princeps, bellum tibi finge secundū,
Ceù vates toties concinuere tuī.
Quid dubitas,nunc perge celer,pete mœnia,vince?
I velox, vellas castra, potire locis.
Eja age, tum solido sedeas, cane vera, Michæa?
Rex ait, haud fictâ voce morare duces.
Rex infausta cano. Nam sic Deus addidit,inquit,
Siste triumphatis bella movere Syris.
Ceù vadunt summis dispersi montibus agni,
Cum liquit tetrâ rupe magister oves.
Hi miserè excurrunt, pendent de cautibus altis,
Atque acti spinis, præcipitesque ruunt.
Et quærunt matrem multis balatibus ipsi,
Insidiasque movent ore tepente lupi.
Sic tuus adfractis currens exercitus armis
Disjicitur, vitam tum fuga nulla dabit.

Nem-

Digitized by Google

Nempè hi mendaces vates, nec vera profantur:
  Haud cœli illorum ſpiritus ore venit.
Pſeudo propheta ferox tantis Sedechia loquelis
  Victus, ſacrati percutit ora patris.
Spiritus en domini, jungis, me, peſſime, linquit?
  Iſtinc, tu tantùm fata futura vides?
Suſtinuitque ictus vates, ceu ſancta monebat
  Regula, inultrices adhibuiſſe manus.
Ipſe Deus cernet, ſi veris ora reſolvo
  Inquit, mox pugnis experieris enim.
Prò mercede tamen ſublata cibaria patri,
  Illius & durâ compode crura ſonant.
Ad dictum pugnæ ſtatim cecidere prophetæ:
  Sanguine tum proprio teſtificatur Achab.
Nam periit bello jaculis transfoſſus acutis.
  Cur non Micheæ præſtitit ille fidem?
Liquit Ochoziæ regnum, qui congener hæres,
  Nam ſceptrum, & mores hic genitoris habet.
Ceù fulmen magno contrà pater intonat ictu
* Elias, capiti ſæva flagella tulit.

NUnc patris igniti magnos celebrabimus actus:
  Solus faſtorum nobilitavit opus.
Porticibus graviter cecidit rex concitus altis,
  Et fulchro aurato membra cruenta locat.
Plura Palæſtinis demiſit nuncia regnis:
  Sin ſpes optatæ facta ſalutis erit.
Hinc ſub cortinâ idòlum reſpondet opacâ,
  Aurea prò cujus fumat honore domus.
Ibant quæſitum tali de ſorte miniſtri:
  Elias ad medium ducitur altus iter.
Quò ruitis? quæ cauſa viæ? quid quæritis? inquit
  Aſt ſubitò in tales hi crepuere ſonos.
Non tantum tentatur iter ſine numine regis,
  Prò cujus legitur tanta ſalute via.
De ſummo præceps ſpondâ jacet æger in altâ,
  Et fracta in mæſto collocat oſſa thoro.

Mi-

Digitized by Google

Misit ad externos scrutari oracula divos :
Sin fractis membris cara medela foret .
Ergonè diversi monitum rex quærit anhelus
Numinis? & frustà præsidet axe Deus ?
Elias ista addit (malis flagrantibus ignis
Advolat)an patris cessit imago procul ?
Scilicet atque aliud cœlis videt ille tonare
Numen ? nequidquam tot sua monstra cadunt.
Quapropter revocate gradus, & dicite regi :
Nunquam dè tristi tollere membra thoro .
Occidet,& citius tetro damnabitur orco :
Nec redit in mœsta pristina mole salus
Eja agite , & barathri donent simulacra salutem.
Se paret horrendum morte piare scelus.
Hi cedunt retrò, & regis penetrale reposcunt ,
* Et narrant sacri dicta tremenda Patris.
DEvia ceù fessus tunc cũ petit antra viator,
Per longum nimio sole perustus iter.
E calidis radiis resipisci sperat in umbra ,
Dulciter ut gratâ membra quiete liget .
Sed dirum sensit graviter strepitare draconem ,
Cui nigra infelix antra cubile dabant.
Diffugit ille miser, pedibus se credit anhelis ,
Robur tum dextrâ, duraque saxa capit .
Ut se defendat; rapidis ille irruit alis :
Dum fugit infelix præda viator erit.
Taliter & princeps stupuit,sonitumque minarum
Horret, sanguinei diriguere situs .
Nec mentem ad melius vertit, pejora priori
Addidit, & lecto vociferatus ait.
Dicite & adspectum nobis , habitumque minacis
* Ausi tot diris me cumulare minis.
TUnc famuli,& mortis qui jam duxere tenorẽ,
Talibus huic rapidè complacuere notis.
Vir celsus,pulcherque senex,tum mole decorus :
Vivida fatidicâ lumina fronte rotat .

Ma-

Digitized by Google

Majestate valens, verbis qui pungit acerbis;
Spicula sed dulci perlita melle gerit.
Cum furit, ut fulmen multo furit horridus ictu,
Spirat honestatem fronte, metumque simul.
Ipse supercilio dulcis, mentoque vagatur
Barba, camelinâ pectora veste tegit.
Candida pellinâ succingit tegmina zonà,
Carmelo hàc cincti veste fuere viri.
Crinibus is tonsus, baculo subnititur alto :
Atque ultrà humanum tanta figura genus.
Intonuit princeps rapidè; fuit Elias iste,
Regalis semper dira ruina domus.
Ipse trucidavit nostro sub monte prophetas,
Quem tamen ante obitũ perdere quæro meum.
Ite citi famuli, vinclis connectite dirum:
Labi de manibus quæso cavete meis.
Per caput adjuro, nostrum luet ille dolorem .
Ulcisci indignas me properate minas.
Illum ego:Sed longum teneo vos sede morantes ;
* De pœna, ut captus rem statuisse foret .
HInc ductor celerat gressum,secumq;maniplos
Attulit,& montis jam propiora tenet .
Quinquaginta illi cincti mucronibus adsunt;
Nec mala sub duro principe turba minus.
Ut vidit vatem, graviter sic ludere ductor ;
Maxima dum nescit,quæ premit ira caput.
Vir Domini propera,& montis citò sũma relinq;
Nam quærunt tantum regia tecta patrem.
Elias impuni quem propter crimina passu
Non abeunt, duris addidit ista sonis.
Si Domini vocor altus homo , si justa paciscor:
Irruat ad nutum flamma superna meum.
Extemplò celeri de Cœlis flamma rotatu
Irruit , & fumo texit amara locum .
Incidit in turbas, timidasq; apprensa phalanges ,
Urit inextinctis ossa maligna rogis.

Et


BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

Et totis miserè turmas absorpserat armis:
Fumat sub campis igne tepente cinis.
Impatiens rex inde moræ nova compulit arma;
Circundat sacrum densa corona jugum.
Nec minus ætherea flammæ regione repentes
Adsunt, & simili corruit igne phalanx.
Durum mortali summis dare prælia Divis,
* Imperio quorum cuncta elementa vigent.
MIttitur Abdias legis venerator honestæ,
Quamque sùb Elià mox pepigere patres.
Ille tamen subito metuens incendia Cœlo,
Cœlestem tali supplicat ore senem.
Care pater, ne temne preces, miserere meorum;
Non ego sum tanti; dum tibi vincla parem.
Ipse Dei cultor, regis tum jussa facesso:
Sæpè tuis à me clàm data vita choris.
Quare age, si placitum, propera, teq; ædibus affer
Regis, tum proprio jam pede carpe viam.
Non te lædendi permissa potentia regi
De Cœlo, tegeret quod tibi nube caput.
Pervenit ducente Deo sub limine regis
Vates, tum tali rupit in ista sono.
Prò quo numinibus peteres responsa prophanis,
* Tempore tu debes jam properante mori.
EXindè Abdias regalem spernere luxum
Incipit, & nostro Monte quiete frui.
Nempè sodalitium nostrum perquirit, & illum,
Excipiunt omnes corde volente chori.
Atque inter vates quartus cecinisse minores
* Fertur, tam nostro Monte resultat honos.
INtereà fesso, sævisque laboribus aucto
Jam Deus Eliæ præmia ferre cupit.
Satque flagellavit Cœli ratione tyrannos,
Jam nimium visus prò pietate ferox.
Satque laboravit mundo, sat crimina pressit:
Et pupugit nostros ad pia vota pedes.

De-

Digitized by Google

Descendit de Monte pater, quà Galgala surgit,
Ad claustrum degit quò numerosa manus.
Hinc Elisæus erat vatum stipante coronà,
Elias hunc comitem quà via lata, vocat.
In Bethel veniunt; vatum venerabile vulgus
In medià occurrit veste decente via.
Sternitur ad patrem, terræque acclive salutat:
Ductorem Sacrum tam reverenter habent.
Collegæ, niveique chori, trepidique sodales.
Nam fuerant multis tecta reducta locis.
Et cunctis modus unus erat, tum regula vitæ,
* Et cunctis princeps ipse, Paterque fuit.
O Utinam sensus ultrà me ferre caducos
Possim, & mortali me spoliare luto.
Ut nostri præclara ducis nunc dogmata narrem,
Ante per ignitos quàm raperetur equos.
Accipiunt niveo monitum sub corde nepotes,
Verba per humanum non referenda sonum.
En, ait Elias, nunc jam celer ire per altum.
Debeo; dispoſuit quidquid ab axe Deus.
Vos remanete vagi, tum sol felicia vobis
Plaustra vehat; Domini mens pia semper amet.
Qualiter institui mores servate, nepotes,
Nostri pendentes signa relicta pedis:
Quò rapior, quocumque feror de Numine celso,
Me defensorem semper ubique volo.
Seù ego sydereos fines, seù regna parentis.
Visam, jucundo seù spatiabor agro.
Semper prò vobis revocabo fulmina Cœlo,
Semper prò vobis asper, acerbus ero.
Testis Achab, tum præda canũ temeraria coniux:
Regis Ochoziæ triste, ferumque caput.
Doctoresque Baal nostro mucrone perempti;
Tam me divini flamma decoris alit.
Hinc legio Martis flammâ consumpta supernâ,
Ardentique tepent ossa cremata pyra.

Ter-

Terga tyrannorum pressi; dominoque decorem,
Addico, cinxi fervidus ære polum.
Expello ob noxas hominum toto æthere nimbos:
Arenti tellus ore precatur aquas.
Et Domino gratus, prò quò tot vadere casus,
Prò quo tot semper sæva pericla tuli.
Versùs Horeb Domini suavissima percutit aura
Me fessum, & lateri dulciter afflat item.
Ultrà mortales potui; cœleste gerebam
Robur; de cœli munere tantus eram.
Ad solem puerum barathri de sede reduxi,
Et lex tartarei jam violata lacus.
Perque dies omnes, scitis, per tempora cuncta
Vos cœli auxilio quot fera monstra tuli.
Nunc Deus è tantis tandem requiescere curis
Mavult; sit placidi lex benedicta sui.
Institui nova regna poli; vestemque, modumque
Duxi, jam terra candidùs Ordo venit.
Cœlis gratus ego, per me gratissimus Ordo,
Cui Deus in reliquum magna trophęa parat.
Illius author ego; series quò clara nepotum,
Et Divûm Soboles, sydereumque genus.
Regna Redemptori feci, qui ponè Redemptor
Aspectu Sacro per meliora trahet.
Ordo gratus ei, de quo leget almus alumnos,
Impleat ut terris grande ministerium.
Heu heu cum magnæ candescit Virginis ætas,
Ordo illi Dominæ quàm placiturus erit.
Incrementa dedi solus, sed Virgo decorem
Excelsum; Virgo quam [illegible] dona dabit.
Ipsaque cœlesti molitur pectine telas,
Ut possit pulchro vos redemire sinu.
Atque ipsa Angelicis circum comitata triumphis
Insigne in palmis fert scapulare suis.
Vado ego; vosque mei tantùm præsentia linquit,
Sed cordi adscriptos nocte, dieque gero.

Et

Et rursùs veniam mundo, cum sæculà finem
  Accipient, tantum regna superna manent.
Viuus ego, meus Ordo quoq; annos cernitis impar,
  Me vivo regnum, vel superesse meum?
Vivatis; pax alma tegat nova regna, chorosque,
  Dicti Axis cunei, progeniesque Dei.
Sed quia præclaris rebus contraria semper
  Fata obstant, vobis aspera corda nocent.
Insurgent diri corvi vos semper olores
  Aggressi, atque decus rostra maligna vorant.
Sed sinite horrentes peracerbo felle dracones
  In mediâ indignè concrepuisse viâ.
Livor edax quantum tentas, nec pessime parcis
  Cœlis; hicne sacer nunc comitatus erit?
Sed sinite obstrepere infamẽ, breve tẽpus erit nã,
  Atque ipse offensæ maximus ultor ero:
Vobis ductor ego; discatis moribus almis
  Insultus diri vos superare lupi.
Hinc adhibete oculos, vestro sub mõte secundus
  Præceptor morum dux Elisæus erit.
Ipse vices nostras, nam dignus munere tanto
  Ducet, jam vobis ipse erit alter ego.
Et nutu vos ferte suo, parete magistro;
  * Et sic felices vos remanete palàm

PRæscripti patres, & conscia turba futuri,
  Dicunt ad socium corde gemente ducis
Principis heu nostri jactura propinquior instat.
  Heu heu; nàm tanto corda dolore rigent.
Ast Elisæus eis servare silèntia jungit,
  Ne turbent patrem jam magis indigitem.
Ductores abeunt ambo, quos inde secuta.
  Sacrorum è Jerico tota caterva fuit.
Et longè observant vestigia clara duorum:
  Excelsum monstrum posse videre putant.
Quisnam sit motus, lustrant, quis terminus illis,
  Qui jam Jordanis dulcia stagna petunt.

Digitized by Google

Nec fluviũ ſuperare queunt, dũ murmurat ingẽs;
  Elias aſt tali comparat arte viam.
Pallio aquas tremulante ferit, citò ſubſtitit unda,
  Et ripa ſiccam ſcindit utràque viam.
Ad morem vitrei muri, moliſque nitentis,
  Arida tum leni ſemita calle patet.
Ductores ineunt ſicco vada concita greſſu,
  * Se ripa mites ulteriore locant.
ELias aſt ultrò dictis Eliſea laceſſit,
  Ad nitidum raptu jam propriore polum.
Eia age, ſucceſſor, noſtri ſpes altera montis,
  Qui noſtrum tanto culmine munus habes.
Nempè ipſe æthereo jam jam feror hoſtia cœlo,
  Quid tibi mox faciam poſce jubente Deo.
Ille tuus, dixit, duplicetur ſpiritus in me,
  Dum tanto poſſim dignus ineſſe jugo.
Difficilis res iſta tibi, nimis ardua quæris.
  Elias adiecit, diſcipulumque probat.
Sed fiet, ſive æqua tibi, aut minus æqua repoſcis,
  Reſpondet votis nunc opus omne tuis.
Cernere dum noſtros poſſis per inane volatus:
  Omnis enim voti ſtat tibi cauſa tui.
Ille quidem numquam frontem de patre retorſit;
  * Motibus inſiſtens clàm, laterique Ducis.
DUm ſermone vias, abitum ſolamine penſant,
  Deſcendit fulvo celſa quadriga polo.
In curru ſonipes flammis rutilantibus halat,
  Et ſtrepitant celsa ſub regione rotæ.
Tunc Eliſæus ait: Frænis auriga propin quat:
  Jam jam fit noſtræ proxima meta moræ.
Currus init declivis humi, trahiturque remiſsè:
  Elias properat ſe pede ferre ſuper.
Ut ſubiit, pronæ ſe ſe ſuper applicat ædi,
  Currus & ingenti turbidine pulſus abit.
Flamma ſonat, leviterque rotas cõplexa niteſcit:
  Diſcipulus ducta fronte tuetur herum.

Al-

Altius & ſpectat ſacri moderamina fræni.
Hujus ad aerium dux memoratur iter.
Et proprio ſummum ſpoliat velamine corpus,
Atque expectanti jecit ab Axe viro.
Ipſe autem ſublimis abit regionibus almis,
Atque ad felices ducitur altus agros.
Florenteſque ſinus tenuit, quò priſtinus olim
Excedit duro crimine pulſus Adam.
Colloquio fruitur Domini, ſacroque receſſu,
Quà nitida felix ora ſalute calet.
Hinc longam ducit per ſecla noviſſima vitam,
Ad terram rursùs poſt revocabit iter.
Tu quoque Relligio ſummum ventura ſub æuū,
* Cumque tuo pariter Principe ſemper oles.

HInc Eliſæus avos inter dux altus heriles,
Promiſſæ lætus munere ſortis abit.
Excepit velamen humo, ſeque obtegit illo,
Inque illum patris ſors duplicata cadit.
Hinc ſcindit veſtem, tum partem fragminis heros
Proicit, & ſacro tegmine terga tegit.
Utque inſigne gerens facilis ſub monte magiſter
Adſit, ſi talem dux poſuiſſet eum.
Jordanis demum rapido conterritus æſtu,
Percuſſit ſacro clara fluenta ſinu.
Sed primo haud tactu remanet, nec finditur amnis:
Nec ſtat ſub geminâ curſus, ut ante viâ
Heu, heu nec merui, nec patris contigit actus
Spiritus, & falsò quidquid amatur, habes.
Tum geminare preces, patremque accendere voce,
Et ſacra ulteriùs veſte fluenta ferit.
Undaque ſubſiſtit ſinibus patefacta duobus,
* Is ſecat in ſiccâ ſtagna relata viâ.

HAud procul hinc taciti colluſtrāt ōnia vates,
Et patris aſcenſum, flammigeraſque rotas.
Jordaniſque viam, tum donum tegminis alti:
Diſcipuli ad cœlos feſſa ſupercilia.

Et motus, variasque vias, atque oscu la sacra;
Cunctaque sub parvis verba suprema moris.
Et lustrant Elisæi operā, studiumque sequendi
Patrem sub monstris, fatidicisque sonis.
Atque illum cernunt humeros de veste magistrâ
Cingentem, vitreis quæque operatus aquis.
Conversique inter se se dixere sodales:
Spiritus Eliæ vatem Elisæa replet.
Occurrunt illi medii, pronèque salutant,
Et sacro figunt oscula plura pedi.
Lætitiæ in signum, votique opera alta peracti:
Præsulis arbitrio cuncta dicare sui.
Tantus honor ducibus fuerit sub tempore prisco,
*Ut nutu minimo pectora cuncta trahant.
ERravere jugis altis, tum rupibus olli:
Eliam ut possint sic reperire leves.
Per lucos, atque antra simul, silvasque voluti,
Vestigant patrem, pervigilantque simul:
Risit eis Elisæus enim, vanoque labori,
A vano quæstu nec revocare valet.
Quis tantus per vana labor? quid quæstus inanis?
Sydera dum vestrum jam rapuere patrem.
Compellantq; ducem gemitu, tum vocibus altis,
Atque errat variis turba quaterna locis.
Ut cernunt vanum studium, curasque vagandi,
Unanimes patrem post Elisæa sacrant
Et parent illi, pergunt, atque ordine pulchro
* Ad proprios læti congrediuntur agros.
IN Jerico subftant; illis plausere coloni,
Ob mores claros, ingenuamque fidem.
Infecunda situ tellus, nocuisque rigatur
Lymphis, nam tepidis regnat amaror aquis.
Ast Elisæus aquis terram relevavit amœnis,
Reddidit è mixto dulcia stagna sale.
Hinc fœcundus ager, gratusque salubribus undis,
* Et tellus monstrum maxima servat adhuc.

Hinc

HInc cuneos vatum Bethel visurus,& agros,
Devenit ductor quà propè meta viæ.
Aurea quo vitulæ substant simulacra nefandæ,
Illius ad cultum templa vapore calent.
Vatis ad occursum pueros misere coloni,
Ut jacerent mixto verba prophana joco.
Sacrorum ad morem tonsâ cervice virorum
Dum vidit, tali provocat ore puer.
Calve veni,citò linque jugum, teq;omnibus affer,
Et rasum nobis detege, calve, caput.
Agmina sic rapidis puerilia vocibus instat:
Nesciaque ultorem vatis adesse Deum.
Ast Domini afflatu vates vehementius irâ
Exarsit, parvi quod sacra turba foret.
Et cilio duro puerorum versus in agmen,
Ad cœli nutum tunc maledicta jacit.
Ilicet extremo verbosi fulminis ictu:
Incidit ad teneros pœna severa choros.
Horribiles veniunt summis de saltibus ursi,
Quorum de motu terra, polusque tremit.
Informes, oculisque feris, setosaque jactant
Terga, patet duro dente caverna gulæ.
Et levibus cœli currit liquidissima plantis,
Faucibus & rabies spumat ahena cavis.
Hinc strepitu terrere manus: fugit acta juventus
Hùc, illùc, vanæ spem subitura fugæ.
Nam tetris sunt præda feris, quæ dentibus illos,
Discerpunt, terrâ membra cruenta manent:
Ingulviem ventris tremebundis artubus inflant,
* Et crimen soboles patris iniqua luit.
CArmeli post summa petit, sociosque revisit,
Et tradit miro dogmata sacra modo.
Aspectu solatur eos, verbisque serenis,
Post carpit duram, quà Samaria, viam.
Nam pergit quocumq; Deus stimularat eundum;
Illius haud operis indiga terra fuit.

Nempè Moabitas Joram rex Marte lacessit,
Dum pactæ legis cuncta tributa negant.
Se comitem Judæ Josaphat rex inclitus addit,
Quin socium regem se quoque junxit Edon.
Tres reges pergunt, bellique trementia dantes
Signa, sub instructis agmen oberrat equis.
Deficere agminibus fontes, æstuque moveri,
Cœpit & arenti turba perire siti.
Tum Josaphat quantùm süptis generosus in armis
Tantùm cœlesti rex pietate valet.
Quid faciemus, ait, vates num nobilis adstat.
Qui tantam possit nunc reparare luem?
Esse Elisæum istinc, castris vox spargitur altis;
Præstò pugnantes esse, Elisæa ferunt.
Vestigant vatem, inveniunt proprioribus arvis:
Tunc vates se se non comitem esse negat.
Apparet tum mole nitens, tum fronte serenus,
Regibus objecit se, mediumque tulit.
Regibus ut mediis Joram spectavit iniquum,
Taliter horrendo suscipit ore pater.
Tunè ausus me me conspectu accersere diro?
Quæ tecum ulteriùs res mihi debet agi?
Nulla cadunt tecum nobis comercia linguæ:
Vatibus auxilium, dire, reposce tuis.
Ast Joram sic fraude petit, simulatus amorem,
Tres reges morti tradidit ergo Deus?
Cui vates. Equidem non te dignarer & ullo
Responso; Josaphat sed mihi corda movet.
Sic adsit psaltes cithera, fidibusque sonoris,
* Ut possim summum mente tenere polum.

SIc canere ad sonitum cœpit citharedus amęnũ:
Mulcetur vates, tum cadit ira solo.
Post satis movet ora bonis: hùc ferte ligones,
Fluminis & fossis inde replete sinus.
Insistunt jussis, fodiunt: scrobibusque peractis
Cœpere ex imo stagna madere lacu.

Al-

Digitized by Google

Alveus impletur, vitreisque exuberat undis;
Exgustantque cavâ viva fluenta manu.
Quin quoque successum belli, martéq; secundum
Nunciat,& primo clara trophæa die.
Excidium adversæ semper memorabile gentis
* Prædocet, & vates ceù canit, omne cadit.
HInc post felicem martem rex dura revoluit
Joram sacrati jurgia mente patris.
Prò quibus irarum furioso concitus æstu,
Micheam injusto tradidit excidio.
Carcere deductum, vinclis, manicisq; revinctum
Deicit à summo culmine præcipitem.
Prò vero nostri tantos subiere labores,
Et collum duro sic posuere jugo.
Ergo Jemlæus proprio nova regna cruore
Fundavit, Sacrum primus init numerum.
Ast vates victâ superare tyrannide regem,
* Sperans, hâc multum sub regione manet.
VAtis ad occursus oculis rorantibus uxor
Abdiæ fertur; porrò locuta patri est.
Vir Domini, coniux est vitæ lumine cassus
Excuro patrios ipsa misella lares.
Atque inopem trado per fata nigerrima vitam.
Debeo nam variis solvere multa viris.
Nevè aurum promptu, fluxit nam tota supellex,
Ipsa ægrè vitam semisepulta traho.
Servitio diro natos pervendere ducta,
Et titulo Sobolis colla notare meæ.
Debitor & rerum coniux, nec lucra supersunt;
Et nostros dirè creditor urit agros.
Nàm vestri vates nostrâ latuere sub æde;
Fœmineas visi dum trepidare manus.
Et totum nostris latuit penetralibus agmen,
Illi de nostrâ mensa parata dape.
Prò quibus expensis mihi multa pecunia fluxit:
Mercedem in triuiis tristis,inopsque peto.

Extemplò ductor viduam miseratus amaram;
Ne frustrâ sociis tot benefacta cadant.
Grandia vasa celer Domino de more vocato
Ex oleo complet, ceù maduere priùs.
Vasa coronantur fulvâ redolentia olivâ:
* Et pingui statim læta liquore parens.
HÆc fuit Abdiæ quondam venerabilis uxor,
Qui patris Eliæ maluit esse sequax.
Et licet Essæos inter fuit actus alumnos,
Ante maritali constitit in thalamo.
Non tria vota potest ritu servare priorum,
At stetit in claustris, quomodocumq;queat.
Omnia non omnes servant: pars omnia major;
Servat, pars casto stat sociata thoro.
Posteà cum validis firmantur tecta columnis,
* Nemo non celebs monte manere potest.
ASt ubi Joramus vanâ frustratur anhelum
Spe vatem, haud mutans per meliora pedẽ.
Discedit vates linquens submersa procellis
Omnia: dum species nulla salutis erat.
Invisit patrum multis collegia terris,
Quæ Bethel fuerant, quæ Jerecunte simul.
Per Sunam venit, nostro quæ proxima monti,
Deserta & peragrat, floriferosque sinus.
Quò transit gratus cunctis prò sorte tenebant,
* Excipere hunc proprio quisque colonus agro.
COnjugis ast mulier quædam sic fatur ad aures;
Dum pater ad fines itque, reditque suos.
Excipiamus, ait, nostra ad cœnacula vatem,
Incidet ad nostros sors bona nempè lares.
Excipere hospitio sanctos res maxima cœli est:
Perge in secretâ cuncta parare domo.
Et fulchrum exiguum, cœnam, tum lintea mũda,
Pendeat & summis clara lucerna tholis.
Ponamusque dapes, tabulisque sedilia quadris,
Et fructus Cereris, pocula plena mero.

Et

Digitized by Google

Et lymphâ madidos lychnos, cum tempus ededi
Ut possit lotas ipse referre manus.
Vir cuncta exoptat, parvæ cuncta ordinat ædi,
Obsequii pignus mite ferebat inops.
Instruit, & parvam per diversoria sedem
Hospitibus quidquid mox geniale foret.
Vir Domini transit per iter vexatus, & æstum;
Hunc vocat hospitio femina dia sacro.
Rectè equidē veniat;nostros dignetur & hospes
Sint quamvis viles, mitis adire lares.
Obsequium gratum vates tunc respicit æquè,
Et subit ingenuæ tecta benigna domus.
Atque salutato penetrat prius hospite sedem,
Pax secum venit, subsequiturque decor.
Et requiescit ibi, celeres dum lenius horæ.
* Surgenti Phœbo lucida plaustra parant.

MErcedē hospitii referā, quam sancta recepit
Nunc mulier, vulvâ prò pietate gravis.
Nempè ipsi vates cecinit florescere ventrem,
In nomen Domini tanta precatus ei.
Sed proles ternis cum jam pubesceret annis
Sensit de nimio sole dolere caput.
Languentem mater premit officiosa sub ulnis:
Cernitur & subitâ morte perire puer.
Heu miseranda parens, pereunt sic pignora cœli,
An ludit dono prò meliore polus?
Carmelumque adiit, lacrymisque Elisæa coegit,
Ut fractis rebus ferret amicus opem.
Nevè facultatem uxori vir donat eundi,
Nam resonat sacro culmine festa dies.
Carmelo sacræ nam tunc venere Kalendæ,
Quò voti causâ plurima turba fluit.
Ipsa abiit,nati jam jam nimis anxia chari;
Quò magè nil carum, nil sibi dulce fuit.
Occurrit, causamque viæ pater inde poposcit,
Excussus mentem prò novitate rei.

Digitized by Google

Et citiùs miseræ solamina ferre parenti
 Apparat, & Giezi talia dicta dedit.
Vade celer cum matre simul, quà lumine cassus
 Sternitur in fulchris, examinisque puer.
Tolle meum baculū, sub quo gravis obferor ipse;
 Et pueri admotâ cuspide tange cutim.
Sic animâ forsan corpus veniente resurget,
 Dum tantum adiecit, disposuitque Deus.
Per clivos, tetrosque situs, atque aspera terga
 * Carmeli baculis nam chorus usus erat.
EXorat mulier patrem, dum pergeret ipse,
 Nevè alium mittat, si velit esse favens.
Tum motus causâ vates, lacrymisque parentis,
 Delegit obiectas hâc stimulante vias.
Intravit sedem, molli quò mite pheretro
 Corpus, quò fructus mortis acerbus erat.
Os tenerum mortem mandens, palmasque tenellas
 Ut lustrat, rapido lumina rore madent.
Immotum, gelidumque videt, sensuque relictum;
 Se genibus flexit, procubuitque solo.
Inque crucem puero nitens os imprimit ori,
 Et malas malis, lumina luminibus.
Flatibus inspirat flatus, tum pectore pectus
 Occupat, & toto corpore inumbrat eum.
Terque abiit, ter ponè redit, spondâque volutus,
 Donec sub puero sit calefacta caro.
Septenis vicibus vates sufflavit in illum,
 Incepit donec functus hiare puer.
Ceù somno excussus puero lucescit ocellus,
 Et demum tenui voce labella movet.
Erubuere genæ, splendor stat pristinus ori:
 Rursùs in antiquo sole reductus ovat.
Procubuit pedibus mater persolvere grates,
 * Stringit in ingenuo membra tenella sinu.
HInc pietatis honor Josaphat discrimine mar-
 Terretur, contrà nā ferus hostis adest. (tis
Nem-

Nempè Moabitæ movere ferocia contrà
Arma, Ammonites tùm quoque bella parant.
Junctus Idumeus primis, totosque recingunt
Judæ selectos obsedione locos.
Hinc inter niveum florere Jehazael agmen,
Cœpit, qui Judæ bella secunda canit.
Consolidatque animos regis jam digna merentis;
Et dictum felix exitus omne probat.
Hic genus à priscis traxit cantoribus olim
Davidis, veniunt à Samuele chori.
Elias hos socios nostri dedit Ordinis esse:
Seque acies inter miscuere suas.
Demittuntq; modum primũ, nova nomina sumsit,
* Atque eadem unito nomine regna tenent,
NUnc nostris venit altus honor, nunc nobile culmen
Carmeli ascensu sydera tota videt.
Nam quidam princeps rebus generosus avitis
In nostro quærit vivere monte sacer.
Iste fuit Benadab, de quo mons sanctus, & omnis
Relligio fatur, percelebremque tenet.
De quo per reliquas musas præclara fatemur,
* Debeo nunc alià stagna secare rati.
INtereà diris cœlum fervere ruinis,
Et negat altrices pessima terras dapes.
Undique crudelis riget inclementia fati:
Amplius haud gravidis surgit arista comis.
Hinc Baccum vitis: Cererem tunc spica negabat,
Nec pomis arbos, frugibus undat ager.
Occidit upilio, cecidere armenta, canesque;
Ostendit terris ora coacta fames.
Hinc nostri vates dispersa legumina silvis
Carpunt, & facili gramina cuncta manu.
Nulla indigna cibo simplex de montibus herba,
Et calet ad viles olla reducta focos.
De vite agresti duro colocynthida fructu
Carpunt, ignorant quàm sit amara tamen.

Atque herbâ numerus postquàm gustasset amarâ,
* Thessalicæ libat toxica sæva manus.
AST pater attrito properat medicare lebetem
Frumento, & jactu pulveris olla tumet.
Cunctus amaror abit, foliis pulmenta recoctis
Dulcia, nec mandunt ore furente cibum.
Atque ità de vatis dono mors abfuit ollæ:
Omnia nam Dominus gramina melle linit.
Hinc rursùs centum sociis alimenta ministrat,
Sufficit & cunctis multiplicata Ceres.
Obstupuit Giezi vatis, turbæque minister,
Bis decies panes, copia parva, tenent.
Discumbunt centum, panum fragmenta supersũt,
Quisque etenim prò se, quò magis optat, edit:
Frugali vates soliti discumbere mensæ,
* Nam potus fontes, esca superstat olus.
INque dies ea monstra facit quocumq; pererrat
Vates, tum famæ vox geminata sonat.
Præcipuè tantis premitur cum terra flagellis,
Plurima nunc claustrum turba libenter adit.
Crescit enim numerus, studiumq; æterna colendi:
Illos ast vates per vaga fata trahit.
Atque unâ cuncti vitæ ratione vigebant:
Quisque ducis tanti non negat ire comes.
Ille vias cœli, mundi tum spernere fastus
Edocet, inque dies crescit alumna cohors.
Hinc struere adiunctis cœpere mapalia lignis;
Vix priscæ capiunt agmina tanta casę.
Et propè Jordanem ramos discindere ferro,
Atque arbos durâ pulsa bipenne gemit.
Dum duros ramos, dum ligna trabalia cædunt,
Quæ lateri subsint, tegminibusque domus.
Fervet opus, resonat geminatis ictibus amnis,
Herbosoque adstant ligna voluta solo.
Robora diffindunt cuneis, tum cortice nudant,
* Compago sacræ queis tribuenda casæ.

Ast

AST quidam valido dii findit robore quercum:
Incidit ad pronas lapsa securis aquas.
Lignea ferrato nam lapsa foramine cuspis:
Pars intùs madidum tendit ahena vadum.
Heu, heu nàm fluvio cecidit, nec nostra securis;
Mutuò nam cepi; sic gemit ille miser.
Ast pater excelsus lignum projecit in undas.
Atque æs suspenso pondere lene natat.
Cogitur ad ferrum cuspis, qua parte recessit,
Atque illud vates cominùs amne trahit.
Sic varias cellas, diversa ergastula ducunt,
Relligio variis floruit alma jugis.
Usque per Engaddi lætissima pervenit arva,
* Otia tum vitæ cœlebis alta manent.

REGI Israelis Benadab fera comparat arma
Incauto, & tacitâ talia mente fovet.
Instruxit varias turmas, & muniit armis,
Ut rapiat regem sic inopina lues.
Sed videt insidias felix Elisæus iniquas:
Regem Israelis tunc properantèr adit:
Discute te, princeps, properant nam bella Syrorũ,
Et rebus monitus consule, quæso, tuis.
Disclusam mentem Benadab dum sentit, & omne
Consilium, cordis quod statione fovet.
Et struere adversos contrà munimina belli,
Arcana & mentis jam manifesta fore.
In scrutatorem cordis movet improba vatem
Arma, atque in solum dente fremente furit.
Contrà illum cuncta arma movet, pœnâq; reposcit;
Hic vates, dixit, tot mihi damna luet.
Exploratores misit, quò pervius adsit,
* Et quibus adsistat dux Elisæus agris.

AST vates Dothain pergit, quò turba sodalis,
Et cernit summo tot glomerare jugo.
Nec latuere doli: Giezi puer ingemit ore,
Jam jam nunc capimur; nec via facta fugæ.

At-

Atque illi celso purgat dux lumina tactu
  Ocyus, & cœlum mente videre dedit.
Sic aciem voluit Giezi, centum agmina, centum
  Angelicâ vidit stringere tela manu.
Auratos currus, queis fręna sonantia flammis;
  Aeris ignitâ sub regione fremunt.
Arma coruscabant candentibus obsita nimbis,
  * Atque animos terret sparsa favilla suos.
ADversũq; oculos spoliat post luce prophetes,
  Obscuris tenebris nec redimire sinit.
Ipsi oculis capti variis regionibus errant,
  Heu sic pugnantum vis tremefacta cadit.
Tum vates occurrit eis, neque noscitur ore,
  Et ducit dubiis agmina cæca viis:
Ad regnum adversi duxit, manibusque remisit,
  Hi miserè gressum, quò timuere, ferunt.
Cernere post donat, tum lumina luce repurgat;
  Hi muro hostili se miserè esse vident.
Deficiunt horrore duces, nec vadere cædem
  Sperant, & duro corda tremore rigent.
Maturate metum; ductor vos rexit amœnus,
  Qui laqueis tantis solvere crura sciat.
Continuitque manus hostis de cæde propheta:
  Nec voluit summis hos tetigisse comis.
Quin jubet, & captis epulas adducere regem,
  Ut mittat salvos, incolumesque citò.
Quod factum; cupidas potuit compescere dextras:
  Nec placuit tantæ cædis adesse caput.
INtereà crescente fame, diuumque flagellis,
  Flet miserè cives urbs Solymęa suos.
Quin quoq; rex Benadab rediviva pericula ducens,
  Obsidet armatâ męnia lata manu.
Rex Joràm excidium cernit, populataque tecta;
  Hinc instant hostes, hinc malesuada fames.
Ast Joràm infelix ista esse piacula culpæ
  Ignorat, primis addidit acre scelus.

Ma-

lari jussit patrem, quia causa malorum:
ù quia non monstris impedit omne malum.
quia mactari vetuit tunc triste Syrorum
gme ;,cum cæca fronte reduxit eos.
motus graviter,vexant dum tela, famesque,
trem obtruncari voce fremente jubet.
: irrupit nudo mucrone satelles ,
udelis Domini non minùs ipse sequax.
entit motus vates,quem nulla latebant
ta, licèt membris non subeunda suis.
ibus & versus . Cædes homicida paravit ,
xerat,& missus nunc propè lictor adest.
propter munite fores, quà pessimus instat:
Mox regem sceleris tædia multa tenent .
ctor adest,sequiturq,pedē sonus acer equorū;
Nam properat diram rex prohibere necem.
qui jussit, quærit confundere crimen,
citò se ducit, quà gladiator abit.
itur ante patrem,haud lacrymis , precibusq;
singultu concutit atra suo. (pepercit,
pater, quæ causa mali? quæ Numinis ira ?
ibus urbs dirè flet viduata piis .
ter Auroram regi promisit amœnam,
stina cum roseis prima ruberet equis .
idam manibus mensus divina caducis,
dictum gratum jam dubitavit inops .
to nulla fides dictis est reddita nostris ,
oculis poteris ista videre tuis.
isæus ait . Pœnas luit ille malignas,
licem infelix occubat ante diem .
reà ad Joram folium de parte serenâ :
ittitur, ultrices quò micuere notæ.
o res missa sinu; fuit Elias author,
s & nitidâ charta notata manu.
Pater sic cura tibi, regnique,virumque,
ielusque sacer sic tibi cura fuit?

Prò

Digitized by Google

Prò quibus ad Joram mittetur epiſtola regem,
Ne ſcelerum pergat monte gravare ſolum.
Cura tibi Sobolès ſatis agitata malignis,
Ad te cùm fundit corde gemente preces.
Felix Relligio tanto benè digna Parente,
Prò quà dux crudo percitus igne micat.
Quiſquis, & Eliæ deberi vota, preceſque
Abnegat, ultorem dignus habere patrem.
Quis negat infelix vatem benè poſſe vocari,
Dum præſtò cunctis ipſe vocatus adeſt.
E cujus manant donorum gurgite fontes,
An tibi tot populis monſtra novata parùm.
Talem multoties gentes teſtantur, & urbes,
Millia de Sancto queis benefacta cadunt.
Divus in Hybernis teſtis Patritius oris,
Cum dirè hunc barathri ſpiritus ater agit.
Sed vocat Eliam; venit manifeſtiùs ipſe,
Et torta antiquâ membra ſalute tegit.
Angelus huic calamum, plenumq; liquore lebetē
Attulit, & dignis adſtitit officiis.
Illic dura ſacræ Scripturæ vincula ſoluit,
* Objecta ætherei cernit aperta poli.
JAm dudùm Benadab monſtris . malè concitus atris,
Liberat hoſtiles obſedione locos.
Et fugit infelix, ne poſſit dira paciſci,
Fata, ſibi infeſtus militat Axis enim.
Ad vatis dictum Joram cum plangeret atrox,
Excidium cernens, funereaſque faces.
Sic Benadab fugit monſtris conterritus altis.
Hunc ægrum in lecto pulchra Damaſcus habet.
Mæſtitiæ hoc pretium; victus quia liquerit urbē,
Quam manibus citiùs credit habere ſuis.
Fortè Dei monitu properat citus ipſe Damaſcū,
Impletum vates juſſa ſacrata poli.
Aſt æger lecto Benadab, cupiduſque ſalutis,
Mittit in occurſus plurima dona Patri.

Mu-

ıera odoratis veniunt pulcherrima terris,
ıſa, atque auratis emicat anſa ſcyphis.
,uæque auro veſtes, Arabumque thiaræ:
ɔncolor hybernæ rara lacerna nivi.
ıquaginta quoque in doni ratione camelos
:iſit, queis multo pondere terga gravat.
el occurrit, cœlo ad ſublimia raptus,
empè ipſi Elias præcinit omne decus.
que Eliſæus agit, regis dum fata propinquāt,
In regem hunc ungit, qui ſibi tale negat.
Rgo Azael venit de regis parte, tulitque
ı Dona, atq; ad Patrem mox properata dedit
ıc animi capias grati nova pignora, vates,
ļuæ Benadab miſit rex referenda tibi.
æger, triſtis duro locat oſſa cubili.
oſtulat, an membris ſit ſubeunda ſalus?
. pauper voto vates non talia tangit
ɔona, relatori miſit opima ſuo.
in grates offert, reticet ſcriptura, vel ille
[unera ſuſcepit, vel leviora tulit.
ıperies cuſtos, ſancti tum moris amator,
;uncta recuſavit, ſeù ſibi pauca petit.
currat miſeris, quos jam ſeptenne premebat,
'empus, ſub terris dum premit atra fames.
git ex donis aliquid, dum curet egenos:
i talis finis, reſpuit omne pius.
idit oraclum vates, dubiique tenoris,
/erba refert. Sanat rex, moriturque ſimul.
licet à morbi citiùs languore valeſcet,
' Vulnere ſuppreſſus poſt tumulandus erit.
HInc vates mærore trahi, ciliumque ſerenum
Turbari, & ſummo rore madere genæ.
ael adjecit; Pater ò, quis luctus abortus
Care? rei novitas quæ tremebunda venit?
.nc vates, lacrymæ non hæ ſparguntur inanes.
:ndignum luget mens miſerata malum.

Ipſe

Digitized by Google

Ipſe vocas planctus, plures dum conteris urbes:
Gentem Iſráelis nec ratione premes.
Nec puer immunis, gravidis nec fœmina mãmis,
Tam ſæuum ingenium, tum furiale tibi.
Vexabis populum dirè, nec pejor adeſſe,
Tu poteris, gentis tanta ruina venis.
Turbidus aſt Azael.ſpiro mala bellua forſan,
Quæ ſpargat tantas dente cruenta lues?
Inſtitit hinc vates; Syriæ nàm cingeris auro,
Succeſſor Benadab nempè futurus eris.
Nam talis fueris, talem te deſuper ungo,
* Elias hoc juſſit, tum Deus ipſe jubet.

ULtimus hinc annus properabat peſtis abactæ.
Septenâ duxit Sol ſua plauſtra vice.
Dira fames cedit vatum prævîſa loquelis:
Clauditur & ſtigio peſtis iniqua vado.
Tunc mulier, longas quæ jam peragraverat oras,
Ad deſolatos vertitur ipſa lares.
Hæc mulier ſancti quondam fuit hoſpida vatis,
Quæ ſterili prolem concipit inde ſinu.
Inde repentino mortis puer occidit ictu,
Sed vate ad vitam poſt revocantè venit.
Aſt Eliſæus ei ſteriles prædixerat annos,
Ipſa peregrinos advena quærit agros.
Nunc rediit cum pulſa fames, patrioſque reviſit
Fines, & priſcâ ſub regione manet.
Illius & perdit proprios abſentia fines,
Alter & indignâ ſub ditione tenet.
Hæc miſerè exclamat, fines dum perdit heriles,
* A rege auxilium, ſubſidiumque petit.

REx Iſraelis cum Giezi fortè ſedebat,
(Ad rectos calles hunc Eliſæus agit.)
Narrabat Giezi; patris quæ maxima ſubſtant,
Quidquid mirandi, prodigiique foret.
Rex ipſi intentus miratur monſtra prophetæ,
Fixè narrantis pendet ab ore viri.

Jorda-

Digitized by Google

danem hinc tranat, manes hinc evocat orco,
licit à ſicco viva fluenta lacu.
ıc vocat informes ſummis de ſaltibus urſos,
ıt pueros mactat prò feritate patrum.
:epat hinc reges ; prædicit fata, neceſque,
ıd nutum cœli proſpera bella canit.
ıc oculos terebrat radiis, nec cernere donat;
ıfenſis manibus tradidit inde Syros.
'oeſque poli rutilant ſublimibus armis,
atris defendunt enſe minante latus.
ıcta renarravit tranſactis monſtra diebus,
)btutu tacito rex ſtupefactus hiat.
ıc mulier regis graviter clamavit in aulâ,
t petit antiqui rura relicta laris.
:rymans, madidoque ſinu ſua lumina tergens,
[anc cernens Giezi vociferatus ait.
, rex, hæc Sunæ mulier ; pater optimus olli
is naſci puerum, vivere biſque dedit.
rex è tali narrari excelſa peroptat ;
t potior tantâ teſtis in hiſtoria.
ˋ illi campos princeps procurat avitos,
Ceù mulier regnis antè potita ſuis.
Eproſis Naaman circũdatus undique ſquamis
Anxius in mæſto collocat oſſa thoro.
Syrus,& ſumpto pugnis acerrimus enſe,
: vilem haud bellis,indecoremque videt.
:tis anhelabat lecto, plumiſque repreſſa
rtus, nec propriâ mole valere poteſt.
è ſalutiferos morbis adhibere liquores
ævalet, & morbo cuncta medela favet.
è Iſraelitam fures rapuere puellam,
ius & dederant conjugis obſequio.
: Naaman conjux, ſponſique avidiſſima vitæ,
ò cari tentans multa ſalute viri.
tiva enarrat patriâ regione quis eſſet,
ates, quot miras res Eliſæus agat.

Ille

Ille tuo vitam poterit donare marito:
  Dixit, nempè iſtis is graviora facit.
Cuncta refert uxor ſponſo, ſpem concipit æger,
  Atque Iſràelis regna propinqua petit.
Adque abitum currus, pondusque utenſile ſoluit,
  Splendet in ornatis tum famulatus equis.
Barbaricas veſtes, quaſcũq;amethyſtus inumbrat:
  Unguenta, atque auri multa talenta tulit.
In donum vatis, ſi tunc pius adjuvet ægrum,
  Prò quo de Syriæ littera rege venit.
Jam tangit propriam metam, Iſràelitica regna;
  Dux vatis ſacram ſubſtitit ante domum.
Cum cœtu patrum ſtudiis Eliſæus honeſtis
  Inſiſtit, fremitu cum ſonuere fores.
Tunc ſiſtunt ſtrepitare rotæ,curruſque quieſcit:
  Aurigæ ſonipum colla ſuperba tenent.
Haud exit vates,renuens gentilia dicta:
  Obvia ſed miſit nuncia certa duci.
Dic, ait, ut ſeptem vicibus petat alta fluenta
  Jordanis, ſubſit quo, totidemque lavet.
Sic ſanus fiet, membris velut ante valebit,
  Et micat in fractâ priſtina mole ſalus.
Turbatur Naaman, putat irritamina riſus,
  Jordanis gremio dum capienda ſalus?
Jamque abeo, mea fata vetant benè ducere vitam,
  * Et me me adversùs pertonat ira poli.

ORacli interpres melior tunc talia quidam
  Adiicit, & grato corripit ore ducem.
Cur triſtis princeps quereris tua fata?quid optas?
  Quæ poterant dici nunc meliora tibi?
Præſentem vitam, nec fata facillima noſcis,
  Non venit à lymphis, vatis ab ore ſalus.
Nempè tibi in ſignum dedit,atq;operabile munus,
  Ne credas patrem nunc tibi vana loqui.
Tunc Naaman petiit, tunc juſſo ſubſtitit amni:
  Septenâ hinc mergit membra maligna vice.

Ut

Digitized by Google

eptem ſtetit, & ſinis vix membra rigandi,
le membris pellis mox madefacta cadit.
piſcis renovatur aquis, tum ſquamea cedit
epra, redit ſano corpore fracta cutis.
bus hic lætus ſolidis, animoque refectus
ffert ſacrato regia dona patri.
ıtas tunicas, oſtroq; auroque rigentes,
ò gratis animis plura talenta tulit.
vates offert grates, nec veſte, nec auro:
ixit, jam cœlebs indiga vita fuit.
xit, proprios veſtem conſumat in uſus,
t laribus tanta vel fueatur ope.
unate pater; dependis iniquius æquè
ptima de ſummo vendere dona polo.
ırans ſancti decus inviolabile vatis,
cepit Naaman noſcere velle Deum.
eterum ſine honore tenet ſimulacra Deorum,
Numquam de vero numine ſaxa madent.
St Giezi, indignum tanti jactura metalli,
Jam capta ex auri lumina luce tenet.
t in occurſum Naaman ſine numine patris,
us in nomen munera pauca petit.
ıgit: dux alte patris nunc nuncius adſum:
mpè aliquid rursùs muneris ipſe rogat.
quoque depoſcit veſtrâ mercede talentum,
veſtes, junxit, me rogitare duas.
hraim venere patres, noſtriſque ſacellis
gunt; nam cœlebs hi profitentur opus.
uli illius, prò queis pater iſta repoſcit.
nera, ut excuret mox, dapibuſque juvet.
aaman lætus donum quodcumque libenter.
n quoque prò quæſtu bina talenta dedit.
ra tunc Giezi ſervans, quò fallere poſſit
atem, ſe nullâ parte venire refert.
Eliſęus eum tali ſic flagitat ore:
Jndè venis Giezi? quæ tibi cauſa viæ?
Ille

Ille inquit, peragrans redeo, nam mille recursus,
Texo, dum mentem sublevet aura meam.
Haud procul à vestris sed sum disiunctus alumnis;
Ast vates tali corripit inde sono.
Sic custos fidei Giezi? sic me malè fallis?
Annè ego non facti conscius omnis eram?
Nonnè egc te vidi; mendax, cum munere tanto,
I nunc, & donis vtere, dire, tuis.
Nunc etiam ex pretio illius bona prædia, fines,
Accipe, centenis jugera bobus ara.
Nec tibi supplicium facti precor absore; spera,
Leprosis squamis te maculare cutim.
Et tua progenies talis, miserique nepotes
Ista tui ducent vel monumenta doli.
Exindè ejectus nostro de monte, nec umquam
Ausus cum sanctis se glomerare viris.
Paupertatis honos graviter præcordia vatum
Tangit, sub cupidis pœna severa venit.
Nunc pater ex nostris selegit vatibus unum,
Ungat ut in regem sede latente Jehu.
Sic Deus injunxit, duras ut perdere gentes,
Possit, & ulcisci quidquid ubique mali.
Compellat vates Jonam, post fervidus addit.
I, pete progressu jam properante Rhamot.
Inveniesque Jehu, totius dux ille cohortis,
Illius in regis porrò perunge caput.
Clàm facito, nec quisquã adsit, progressus in ædẽ
Illius quæras tum penetrale domus.
Hinc dictis parere parans se solvit, & inter,
Progressum longæ cœperat esse viæ.
Invenitque Jehu, quem circum plurima turba:
Arma sub adverso Sole corusca rigent.
Pugnantes princeps inter micat altior omnes,
Et se se medium mole nitente locat.
Hunc Jonas vocat, & rem magni ponderis altè,
Illi de Domini mente referre cupit.

Se

ınctus fociis princeps muſſante coronâ
)epetiit velox interiora domus.
ſecreta ſuæ ſubſtant penetralia ſedis,
'um gratis Jonas commovet ora ſonis.
pe nūc,princeps,quæ nunc tibi grata revolvo,
egem Iſraelis te Deus axe petit.
:u fulmineus Domini defende decorem,
aximus & juſti ſanguinis ultor eris.
ersùs falſos vates, Dominique rebelles,
ıorum nequitiâ tot periere probi.
tibi de cœlo juſſit Deus ille deorum.
ı porrò haud tantum munus iniquus agas.
ıuo flecte caput; ſacrum dabit omina cornu;
tibi regali ſpargo liquore comas.
cinit Jonas, foribusque averſus apertis,
ıd proprios pergit munere functus agros.
repuere tubæ,& campo ſonus inſtrepit ingēs,
ſam ſenſit regem turba fuiſſe Jehu.
iunt talem ſocii prò rege fateri,
ımen carpit nam prius à ſociis.
regale caput gemmis circundatur altis,
et in tergo purpura celſa micat.
gens ſemper cœlorum obverſa decori,
ullis caveis tuta latere poteſt.
periit ſcelus, & ſceleri periere faventes,
idium latum cuncta per arva riget.
ım cecidit, germen de ſtirpe tenaci,
roprio altricem ſanguine tingit humum.
Ochoziæ proles, ſcelerata juventus;
plures nati, tum numeroſa phalanx.
à celſis graviter ruit acta feneſtris,
ſacros vates dedere feſſa neci.
i proceres aulæ, comiteſque ſuperbi,
ılateis paſsìm, ſub domibuſque jacent.
ehu feruet, rapido legit obvia curru,
ıargit nulla conditione luem.

Tum

Tum petiit Samaritis agros, sin stipite prisco
Rex natos diros hinc reperire queat.
Et pergit, sequiturque feris exercitus armis,
Et cuncti subistant ad latus acre duces.
Exultant clamore viæ, tum cæde rubescunt:
* Martiaque ærato lumine pelta riget.
FOrtè vià steterat Jonadab Samuelis alumnus,
Cui latè mores, fulget eburna fides.
Ex Jethro Mosis socio descendit ad ortus,
Et nostro voluit monte manere comes.
Unde Rechabitæ venerunt nomina nostris,
Filius ignoti dicitur ipse Rechab.
Rex nostrum novit vatem, leviterque locutus,
Porrigit in charam brachia summa fidem.
Et secum in curru tulit, ascensuque juvavit,
Ut senior tenui crure salire queat.
Ut cernat cædes, & inevitabile damnum:
* Hostibus haud Domini dextra pepercit atrox.
HInc promissa Jehu Dño mandante, feruntur,
Qui tot prò cœlis bella libenter init.
Dum diros domuit reges, vatesque prophanos,
Nunquam dè solio præcipitare dedit.
Credere quin sobolem regno, quartosque nepotes.
* Carmelitæ illi tot cecinere bona.
GLoria nunc surgit nostris, habitique decorè;
Regia dum niveos tela tuentur avos.
Et magis in numerum cogi ridentibus astris;
Famaque per cunctos it patefacta locos.
Surgebant variis porrò asceteria terris,
Quò patres cœlo, quò dominoque vacant.
Insistuntque simul; sensu meditantur aperto;
Afflatu Domini pectora casta replent.
Et domitant flagris corpus; cœlosque salutant;
Et matutinè concinuere simul.
Et custoditæ servare silentia linguæ
Discunt, ad celsum dux Elisæus agit.

Ea

enibus flexis soliti perrepere terrâ;
ec terebrat cæcis umbra caduca dolis.
cœleste genus vulsis radicibus herbæ
escitur, & pellit lympha serena sitim.
ue Creatoris zelo præcordia flagrant;
spernantur opes, illecebrasque virum.
ula sic viguit, prisco ceù tradita patre,
t validas vires omnis habebat apex.
edit exemplum tacitis Elisæus eremis,
ui visus monstris jam superasse patrem.
)ilibus robur venit, solamen anhelis,
t laxos reficit, consolidatque leves.
Iplevere locos, desertum habitabile spirat,
Et nemora, atque hominum devia lustra pedi.
ilvas, rupesque cavas, tetrosque recessus
renſant: justitia montis abundat apex.
n princeps Carmelo ædes, morumq; magistra,
)uò major numerus, quò studiumque prius.
que clarorum nam facta colonia morum,
ı quà virtutis viva fluenta cadunt.
Gabua antiquum claustrũ, regna inclita Saulis,
n Ramatha patres jam posuere domum.
Masphat struxere lares, quò concinit hymnos,
'urba prophetales verè imitata modos.
erico steterant nostri, quos Galgala vidit.
ethel, in proprio tum Samaria sinu.
'anis surgunt sacrata mapalia ripis,
nnumeræ patrum nam viguere casæ.
; Ephraim mons alte canam, quò plura sodales,
ecta struunt, sedes tum statione locant.
s Solymæa videt nostros, urbs clara Sareptæ,
Equorei patris jam peramata domus.
varias casulas, diversa ergastula fundunt,
t foliis redimunt, cespitibusque trabes.
quoties tetris tenuit spelunca latebris,
emper ad orandum quò properare solent.

Digitized by Google

Carmelo sed clara domus, specus horruit ingens,
Thesbiten nostrum quò latuisse ferunt.
Reginæ ex ira ablatus, tum conjugis atri
Sacravit vectes, vestibulumque domus.
Salvè mite specus lustratum gressibus almi
Patris, nempè humilis nunc tua saxa colo.
Fons ò sublimis, de quò saturata liquores
Hausit Relligio, tu quoque semper ave.
Tu quoscumque modos, quæcumq; sacraria Diuum
Instauras, repetunt cuncta fluenta caput.
Hic Benedictus aquas bibit, Augustinus, & omnis,
Qui coluit sacros mox Patriarca sinus.
Inclita nam nostri de te miracula discunt,
Tempore quò montis circumiere plagas.
Cum tu per montem cernis transire fideles,
Illorum ad gustum rore recente mades.
Ast horres siccus, cum tu gentilia cernis,
Labra, nec humorem tunc velut ante paris.
Teque Rechabitis referam, pater optime, turmis,
Qui nosci, Jonadab, prò bonitate sinis.
Dux alter nostris nam post Elisæa nitescis,
Virtute, & meritis, & probitate simul.
Nempè tui socii mutata voce Cynæi,
Dicti, queis Baccum sumere terror erat.
Non etenim factis credebant semina sulcis,
Nec terram exercent, jugera nulla colunt.
Fidere sed Dño, tum psallere dulcibus hymnis,
* Desuper expectant quidque necesse foret.
INde Jehu cui corde Deus, tum maximus Ordo
Occidit, æterna lumina nocte rigent.
Terribilis prò jure poli, vatumque decore,
Prò cujus pietas substitit ense ferox.
Quamvis vel vitulo dubius disrumpere cultum,
Ara illi surgens, sed sine honore fuit.
Sed Joacaz regno fruitur, qui mente maligna
Haud pressit justi signa relicta patris.

Cri-

Digitized by Google

:iminibus sed deinde dolet, Dominũq; precatur,
Et dira à loto crimine pœna fugit.
VEnit atrox Azael, Syriæ secũ attulit agmen,
Mœnia tum denso milite sacra replet.
eficeret Joacaz penitùs, dum cerneret urbem
Raptam, ni flectat colla superba jugo.
lvator missus mox jam properavit ad urbem,
(Ut dictum à multis) iste Elisæus erat.
ortaturque Azael dictis, ne pergeret ultrà,
Nec locet hostili barbara castra solo.
le patri paret, quem jam cognoverat olim.
Non etenim casso corde locatus amor.
oruit hinc primum Spartis lex atra Lycurgi:
A summo dicant hanc didicisse Jove.
uid nunc innocuæ decorant Lacedemona leges,
Ex quibus extaret mos inhonestus adhuc.
rmelo mores, vitæque nitebat honestas,
Et decorant niveos jura superna situs.
ncordantque habitu mores, cum nomine vita,
Et summum discunt mente habitare polum.
inc sacer orandi modulus, studiumque silendi,
Et pergunt vero corda litare Deo.
l curare hominũ fastus, quos mobile vulgus
Insequitur, fulvas tum veneratur opes.
nc mentes cœlo, tum lauta decentia factis,
ngenui mores, compositumque caput.
Domino reddunt, quisquis debetur, honorem,
Nevè abeunt castâ tum sine pace dies.
etis taxi ruidas texere melotes,
Candida setosâ pectora pelle domant.
mores humeris gestant humerale Lævitæ,
x lino, & medios aspera zona ligat.
ida nunc periit custos pietatis, & author,
Defensor sacræ Relligionis atrox.
summus celsâ quondam stetit æde sacerdos,
Defendens superum jura superna sonis.

Digitized by Google

Illi Zaccharias Soboles, neque degener illo,
Cui redimit fulvas infula sacra comas.
Hinc regnare Joas cultus defensor iniqui,
Et sceleris custos, nequitiæque caput.
Illius infandum fovit patientia crimen.
Non vindex diri criminis author adest.
Ast tunc Zaccharias, noster qui fertur alumnus
Objurgat rapidis impia facta sonis.
Illum indignantes saxorum turbine gentes
Obtruncant, lapidum monte sepultus obit.
Sistite vos lapides, meliusque rubescite saxa,
Sanguine quàm sancto, tincta pudore satis.
Impia sed saxis populi magè corda rigescunt.
* Nam scelere abs tanto vellet abesse lapis.
SEd Deus indignans vatis sine crimine cædem
Ilicet huic populo sæva flagella tulit.
Atra citatorum contrà movet arma Syrorum,
Infestis telis qui sine more furunt.
Istorum impulsu fines populantur, & urbes:
Impia crudeli crimina cæde piant.
Diripiunt prædas, roseæ decora alta Damasco,
Ad currus procerum brachia captæ ligant.
Ipse Joas periit popularibus obrutus armis,
Regiaque illius tecta cruore madent.
Alter & indè Joas regali sede potitus,
* Qui quoque regali stipite germen erat.
INde prophetarum cœpit florescere vitâ
Isaiæ felix ut pater esset Amos.
Ipse inter cuneos, nostrosque adscriptus alumnos
Carmelo, è votis dat duo vota tribus.
Nempè maritali nituit face, clariùs indè
* Virtutum lato claustra nitore replet.
HInc sacrum tēpus, sed nostris nigrior hora
Humanum finit dux Elisæus iter.
Jam jam sacratis properat requiescere curis,
Et magna rerum mole vacare cupit.

Cum

Digitized by Google

ı jam centenos traheret propè debilis annos,
.nnorum gravior pondere cura fuit.
c Carmelitas ad ſe, cuneoſque piorum
.ccerſit, multo fatus amore choris.
ıpus adeſt, mea cara phalanx, hâc mole reſolvi,
t mea frigenti ſanguine membra rigent.
ᵹos viſceribus, ſcitis, quàm ſemper amavi,
.tque egi veſtros ad pia fata pedes.
veſtro cultu quantus me ſuſtulit ardor,
œderà ne linquant, quæ pepigere duces.
Domino mandante minis, monſtroq; tyrannos
ım preſſi, hoc liquit grande magiſter onus.
mihi jam supereſt cultu pietatis inauſum,
ıt quid tùm curæ, quiduè laboris erat.
facite, & cuncti ſic me celebrate magiſtrum,
arcere non operis, quò grave poſcit opus.
pater inſtituit raptus per inania curru,
ſuærite non leges vos violare pias.
de precor, firmo cujcumque occurrite fato,
ıuò res, quò tempus poſtulat, ite pares.
raque Relligio cunis quoque vagiet infans,
am veniet tempus, quò decor alter erit.
pus erit, nec vana fides, quo candidus Ordo,
uſtrabit radiis ultima clauſtra ſuis.
ıe alii noſtro capient de fonte liquores,
ius & gemino lux patefacta polo.
oſtri ducent patres inſignia cœli;
ım Deus humano deget in orbe puer.
Regina poli, ſuperum pulcherrima mater.
eſtra dealbatâ pectora veſte teget.
ınto noſtros dignabitur illa decore,
propriam Sobolem ſæpè vocare velit.
er nam veſtrum ſe læta vocatibus affert:
s inter ſuperos inſeret illa choros.
gite, & noſtris peraperte inſiſtite plantis,
ıminis & veſtro corde triumphet amor.

Gloria venturos adſit geminanda per annos,
Quæ ſemper greſſu candidiore venit.
Cœperunt ſocii verbis lugère ſupremis:
* Dum tantus ductor mox obiturus erat.
REx q; Joas ſumma ad patrẽ properavit ab arce,
Huic quoque de lacrymis lumina fracta tu-
Ex illo vates curvari præcipit arcum, (ment.
Dum ſit proſpectu miſſa ſagitta ſuo.
Et juſſit regem vibrare per æthera telum,
Quà patet Eois clara feneſtra plagis.
Ecce omen, vates fractis ex hoſtibus, inquit,
Sic potes in duros mittere tela Syros.
Et rursùs regem jaculis contundere terram
Præcipit, & ternâ percutit ille vice.
Si tu multoties terræ repetita dediſſes,
Vulnera, viciſſes ſic quoque multoties.
Sanctus ait. Terno veniet victoria caſu,
* Dum placet ad laudes parcius ire tuas.
SIc moritur vates, ſecum prudentia ceſſit;
Occidit, & patribus mox benedicta dedit.
Illius ex obitu geminantur murmura cœlo,
Hoc viſum ex omni parte cucurrit homo.
Flebile tunc vati proceres ſtruxere pheretrum,
Ut digno ſanctus collocet oſſa rogo.
Conſtituunt mirum nitido de marmore templũ,
Expenſa ad tumulum multa talenta fluunt.
Dulciter & ſpirat ſaxis venerabile corpus,
Hoc viſit flexo plurima turba genu.
Inciſus ſummo ſaxi ſub margine ſenſus,
Fulget & auratis littera ſculpta notis.
Hoc mortale jacet vatis ſub marmore velum,
Hinc greſſum citiùs verte, prophane procul.
Diſcipulus Patris ipſe fuit; Pater ipſe priorum:
Unò diſcipulus, dupliciterque Pater.


Hæ-

Hæredem Elias fecit, pluſquam altus habebat
  Huic dedit, atque unus fit duo propter [illegible]
Et timidè diri ſiſtant hâc mole tyranni
  Illius infandum territat umbra ſcelus.





Digitized by Google



FASTORUM

IN ELIADÆ INCUNABULIS

LIBER II.

POstquàm solemni celebrarunt funera pompa,
Et regum impensis stat decus omne piis.
Præficitur Jonas patribus, sic celsa voluntas
Est Domini, & vatis jam morientis erat.
Multi de populis lacrymas sparsere pheretro,
Illic mens aderat' am manifesta Dei.
Nempè catervatim gentes videre fluentes,
Versùs quà luco saxa beata silent.
Seù monachi sanctum pergunt devisere patrem,
A quo cœlestes tot didicere modos.
Atque alii, quos cogit amor, studiumque colendi
Vivida sub sacris ossa beata locis.
HInc vespillones humeris gessere cadaver,
Et quærunt aliquo jam sepelire loco.
itrarunt lucum, sacrâ qui nobilis urnâ,
Atque hùc, atque illùc lumina sparsa ferunt.
àm patris insigni surgens de mole sepulchrum
Spirabat latum sede silente metum.
um timido circum lustrant sacraria gressu,
Illorum mentes jam cecidere magis.
empè Moabitæ facto stant agmine fures,
Et strepit infesto cuncta latrone via.

Turba retrò conversa fugit; corpusq; relinquit,
Et subito plantis additur ala metu.
Atque reclinatum vatis sub marmore functum,
Proicit, & longis acta cucurrit agris.
Ceù patris super ossa stetit, ceù contigit illum,
Examinis tetro corpore vita redit.
Nec dignata forent hominem monumenta pro-
Corpore tam sacro jam relevata satis. (phanum:
Et dederunt vitam, proprio dum longiùs istinc,
* Diversum viuus possit abìre pede.

EXin rex Judæ robur malè Martis iniqui
Cogit, ut adversos sterneret ater humi.
Odit Idumæos perverso Marte colonos,
Gentis Amasias prisca trophæa timet.
Fortia multiplicis collegit robora pubis:
Externos plures sub sua signa vocat.
Unus de nostris ad eum properavit alumnis,
Edidit & tales indè propheta sonos.
Quid tibi cum tantis diversâ ex parte maniplis?
Quid tibi tot currus, belligeræque manus?
Non opus est tot signa sequi, totque extera tela,
Si Deus excelso mitis ab axe favet.
Procede, infestas Superis demitte cohortes:
Ne tibi ab auxilio damna, malumque cadat.
Rex facit ad dictum, seriesque obnoxia culpæ
Mittitur, his dederit multa talenta licèt.
Cum paucis rex bella capit, fususq; per umbras
Innumeros arctis vallibus addit equos.
Conterit obliquos hostes, cinxitque coronâ,
Corpora sub duris cautibus acta sonant.
Vicit Idumæas læto certamine turmas:
* Milliaque ex illis bis periere decem.

INgratum facinus, diræ prò munere grates:
Numina rex flexo noscit iniqua genu.
Sculptilibusque offert Divis incensa, focosque,
Et fabrile manus deveneratur opus.

Au-

Aurea nam victæ gentis simulacra feruntur
His regem falsis increpuisse notis.
Hanc tantam cecidisse luem, clademque virorum,
Illorum cultum dùm renuere sequi.
Rex metuens ne tanta lues super incidat illum,
Hos Divos multo fecit honore coli.
Infelix non vana loqui sine numine Divos
* Sensit, cur verbis præstitit ille fidem?
AD regem defertur Amos, qui fronte severâ
Institit, atque illi mox furibundus ait.
Ad quid Numinibus falsis hæc sacra, vaporque?
Solvere qui gentes non potuere suas.
Rex ait; à nobis ito, ito, absiste monendo:
Quis te præfecit prò monitore mihi?
Eripe te nobis, rapidæ petulantia linguæ
Ne secum facti præmia digna ferat.
Ast Deus immensam culpis ne præbeat ansam,
Aegidis è medio tela trisulca quatit.
Copiaque hunc diri capit adversaria regis:
* Cogitur ad vinclum fœdus inire malum.
INde Sareptani dicemus maxima Jonæ:
Tertius in munus præsulis ipse fuit.
Huic Deus ex alto apparens ita fatur Olympo,
Ad cujus zephiri se posuere pedes.
Duc Ninivi mandata mei, spatiumque furoris,
Urbs circum plenis tot spatiosa viis.
Ni ferat ad melius mentem, veniamque precetur,
Ni scelere absistat percumulare scelus.
Non hærere sinam saxis super obruta saxa,
Et cunctas tollet dira ruina domos.
Assyriis Jonas præconia ferre colonis
Fert ægrè, patriæ dum fera damna cadent.
Ne demùm regio planctu ad meliora reversa
Infesta evadat, tuta favore poli.
Et gens excurrat Judam felicibus armis:
Bella Palæstinis det furibunda plagis.

Hinc procùl à Domino Tharſim petiturus abivit,
* Et longè ignotis exulat aſper agris.

OCyùs in portum Syriæ deſcendit Joppen,
Dum peteret tumido regna remota ſalo.
Adque abitum lætus reperit navile dicatum,
Quod Tharſis peteret merce gravante ſinum.
Acceſſit, cauſam præbet, naulumque magiſtro,
Et lento ſaliit per tabulata gradu.
Extemplò nautæ perfectis rebus ad unguem,
Non dextro pergunt numine ferre ratem.
Anchoreos properant terrâ diſcludere morſus,
It primo felix hoſtia rore ratis.
Infelix Jona; quò mens ſeceſſit, & audet:
Nonnè Deus latè celſus ubique patet?
Quà regione citus, vel quas legis avius oras,
Quàqua infrà cœlum vertitur, atque ſuper.
Alta dehiſcenti te tellus ſorbeat ore:
* Hùc penetrant penitùs lumina fixa Dei.

EN levis è lento conſurgere murmure pontus,
Itque per humentem candida ſpuma ſinum.
Eolii rupto conſurgunt carcere fratres:
Aes obex contrà, non levis unda foret.
Umbroſo dirè tegitur velamine cœlum,
Ne videant rapidam naufraga ligna necem.
Vertitur ad dirum ſuprà navile, vel infrà:
Nevè ſuam miſerè ſcit reperire luem.
Ad latus alternè excutitur, regiturque, caditque:
Nunc ventus dexter, ponè ſiniſter abit.
Excipit hoc pontus, tum quò furit, extrahit illud,
Et navi laxæ ros inimicus adeſt.
Demittitque animos rupto temone magiſter,
Mors morti contrà, viſa pericla malis.
Diverrunt fluctus nautæ, vertuntque rudentes:
* Pergunt à rapidis vellere vela notis.

INtereà Jonas nil tantis motibus actus
Se trahit à tabulis, interiorque fugit.

Et

gravidum somno cilium ponit, malè dormit,
Nunc novit Domini se reperire manu.
rmit, sed tristem referunt insomnia casum,
unt oculi positi, corque timore vigil.
];hunc captantẽ placidum per mẽbra sopòrem
Rex adit, atroci corripuitque sono.
dormis, nec cura tibi tam triste periclum?
Nonnè tibi fuerit tanta ruina sopor?
igila, atque oculos inopi citus eripe somno,
Atque tuum junctim nunc prece posce Deum,
rticibus diris fractum navile voratur,
Et cœli nobis porta maligna tonat.
nimur, nec causa mali mihi nota, nec iræ:
Cernamus precibus sin locus ullus erit.
ærere consistunt nautæ, quis causa? quis author?
Et quærunt ductâ sorte notare virum.
escribunt omnes, & mittunt nomen in urnâ,
Quid scelere unius tota perire cohors?
iciunt sortem, & Jonas super adstitit illi;
Hunc tali nautæ corripuere sono. (origo?
iis tu? quæ patria est? vel quod tibi nomen?
Quid Tharsim versùs per mare nactus iter?
æ tibi mens aderit tantis obnoxia culpis,
Surgeret ut rabies tam furibunda maris?
on equidem, sed semper habet Dominiq;poliq;
Me timor, illius monte magister eram.
ım Deus impulerit, quò mens aversa negabat,
Palanti petii regna aliena pede.
Hoc dicto nautæ Jonas responsa refutat),
Nec sistit rector puppis adire patrem.
iid faciemus, ait, dum nobis vita, salusque?
Ipseque sum tantis dux tremefactus aquis.
e autem. Nunquam pelagum sedare potestis,
Si mihi sub fractâ sit mora longa rate.
iare agite, & tumido me me submergite põto,
Me, me spumanti flagitat ille sono.

Nec

Nec ſine me diras atrox aſſurget in undas
* Tempeſtas, vobis, me pereunte, ſalus.
POſt illum nautæ, quanquã dolor excutit oſſa,
Corripiunt manibus, præcipitemque premũt.
Quid faciat miſer in fluctu, quæ vita ſuperſit
Illi, dum timidas exprobat alga fugas? (horror,
Ecce autem immenſum monſtrum, datus æquoris
Cetorum è fluctu quod genus acre venit.
Par ſcopulis cervix, bifidâ ferit æquora caudâ:
Fulgurat in dura ſquama reducta cuti.
Unda ſub ingenti graviter tremit excita mole,
Et torta à fundo vaſta fluenta trahit.
E capite impellit fluvium, qui pullulat illic,
Et miſcet fuſo tot maria alta mari.
Ut propè ſe duxit Jonæ, dentata vorago
Tollitur, & longo janua ventre patet.
Deglutit vatem piſcis, tum faucibus hauſit,
Accipit hunc longæ dira caverna gulæ.
Quæ tibi mens, Jona, barathri regione ſepultus?
Mortuus in vitâ, morteque viuus eras.
Incolumen monſtrum mandit, nec dẽte momordit:
Is vada ſqamoſo cœrula piſce ſecat.
Abſtinuit guſtu piſcis, nec conterit ore,
Dum ternos menſus ventre tumente dies.
Undè preces Domino, veniamque expoſcere culpis
Jonas, dum vovit juſſa ſacrata ſequi.
Aſt vomit Euxino piſcis ſub littore vatem,
Exiit incolumis, proſiluitque ſolo.
Stratus humi, precibuſq; Deo de more relatis,
* Quod fera ſub rigido piſce pericla fugit.
ATque iterum Dñs mandata revolvere prima,
Quò Ninivis citiùs mœnia lata petat.
Cum comprenſa foret ternis ſtructura diebus:
Urbs pollens faſtu, deſidiaque fluens.
Tunc abiit Jonas, mediæque apparuit urbi,
Et perſtat dictis, mente, modoque tenax.

Quæ-

Digitized by Google

lraginta dies sceleris spatium omne nefandi,
ıst vertet cunctos una ruina situs.
hæc tam grandis fundo velletur ab imo,
vibus atque offert vasta sepulchra suis.
e agite, & vestras Dño convertite mentes:
ıminet & propiùs per capita alta malum.
ıs ad expressum, monitusq; hæc sũma superni:
ıs gnari ad vestrum sternite corda Deum.
t ad meliùs populi sua pectora mutant:
: totam luctu gens pavefacta tegit.
ı pueris, senibus viduata coloribus ora:
cunctis miserè plebs ululata viis.
tere se terræ, genibusque irreperc nudis:
umina continuo fracta tumore gemunt.
ıineæq; manus strepitant, mussantq; fenestris,
t stringunt madido pignora cara sinu.
uries citò fracta togis, vestesque remissæ,
t se se lautis abstinuere cibis.
ueri innocui, quorumque haud cognitus usus,
on sistunt culpas voce reflere palàm.
tumque urbi regis processit ab ore,
t quisquis luctus det fera signa novi.
ıe homines, puerosq; simul, jumenta, pecusq;
ex prohibet longam pascere posse famem.
ēc vincatur Numen, precibusque reclinet,
e pereat tantis urbs generosa malis.
homines mensis, pecudes vertuntur ab herbis
ũm mites pietas quit reserare fores.
pietas, pietas, nostræ indulgentia culpæ,
ılis in excelsa per[illegible]at urbe fragor.
e, Deus, populo, veniæque accinge benignæ:
fugiat justus sede tonante furor.
Xtemplò Dominus, cujus non ira perennis,
Incepit flecti, tum pietate trahi.
ıit ab excelso rorare benigniùs axe,
ıstulit in serum cuncta flagella scelus.

Quis

Quis fuerit rex iste mali, quem pœnitet acti,
* Ut multi perhibent, Sardanapalus erat.

FLetibus assiduis veniam Ninivita secutus,
Tristitiæ ad Jonam causa propinqua fuit.
Seù quia grata Deo gens infestaret Hebræos:
Seù Deus ex patriâ lumina plebe trahat.
Seù quia cum populo exitium cecinisset iniquum.
Occidat, ut plebem seditione replens.
Dum muro infecti traheret mala nuncia fati,
Et falso tantas præcinat ore minas.
Stratus humi supplex, ductis ad sidera palmis,
Sic cœpit tristi voce rogare, Deum.
O Pater Omnipotens, cujus miserata caducam,
Urbem mens miseris versa pepercit agris.
Cujus in obscuro voluuntur turbine sensus:
Nec cuidam fœdus fas violare tuum.
Nunc mihi nunc vitâ nostrum precor exue corpus.
* Nempè ego plùs vitâ vix remanere queo.

HUnc Deus ex alto curas sub corde prementē
Solatur, quamvis sit sine mente dolor.
Arripit ex hederâ causam, quò verteret illum:
Hinc hedera exortâ mystica fronde viret.
Hanc spatio arrepto pulchris florere chorymbis,
Jam vidit Jonas, prosequiturque tuens.
Sed mox curgulio, seù pictis stellio membris
Exiguo totam dente voravit eam.
Hinc doluit Jonas, frondes miseratus amaras,
Dum speciem exiguo verme petita ferant.
Ast Deus arrepto comparet tempore Jonæ:
Sic placido curam deprimit ore malam.
Jona num cernis gradibus serpentibus herbam?
Ante tuos oculos quæ speciosa nimis.
Quam tamen infamis pulchrâ modò vermis adedit;
Quod scelus indignum captus amore tenes.
Cum nil pertuleris germen sub rupe colendo,
Nec pulchrè nectis, nevè refundis aquam.

Aegrius

;trius & fuerit Ninivis me parcere genti,
)uà degunt circum millia tanta virum?
genus humanum dignum pietate vel herba
s minus? humanis nec traherere malis?
ne jam vanas cœlo jactare querelas,
umanum semper nam mihi corde genus?
pœnam venio semper sine more coactus,
empè ego Salvator spiro, hominisque pater.

FUnere legati functus, tum causa salutis:
Jonas diversum fractus abire parat.
iper & Hebræi metuit durissima corda,
uem moveant umquam pœna, vel altus amor.
iper & ad cœlum crudeli corde rebellis
sset, ut ad melius non potuisset agi.
ena de culpis nutu dimoverit urbem,
t purgat priscum gens trabeata scelus.
uo is tot precibus vatum, totq; ætheris armis
npulsus, crimen corde rigente fovet.
ltaque venturis prædixit fata diebus,
onas, quæ Jerobam corde volente bibit.
n spatiosa sui cecinit confinia sceptri
x Emath, rubri quà silet unda maris.
opulus spiret sumptis animosior armis,
: stringat pinguem sub ditione Tyrum.
lucis Eliæ gestis scripsisse volumen
icitur, & dignè concelebrasse patrem.

D patriam demum pergit, matremq; revisit,
. Atque iniit longas hâc comitante vias.
n: sed felix cœpit Phænicia primùm;
ost patriæ gressum comprimit æger humi,
confectus senio, lustrisque gravatus,
ccubat, & Parcæ fila suprema legunt.
equidem dignus, nostris dux tertius oris,
umanique fuit vera figura Dei.
stitit hic ternis piscis sub lucibus alvo,
d ternos Soles exiit incolumis.

Sic

Sic Deus in tumulo poſitus , lux una ſecundæ
* Additur, & Chriſtum dant monumenta foràs.
EXindè Ozias cœpit floreſcere regno ,
Qui viguit monitu,conſiliiſque patrum.
Zaccharias prodeſt, noſtri pius aſſecla cætus,
Ad rectum monitu regia corda movens.
Non tamen ille fuit Jojadis mucrone peremptus,
Attamen ipſe illi filius extiterat.
Perque ipſum Ozias regno benè præfuit alto:
* Ex interfecto degener ille patre.
HInc demùm plures patrum Deus ordine vates
Elicit, ut cœli conſolidetur honos.
Grandiloquâ graviter populis qui voce tonabant,
Pectoraque accedunt gentis amore Dei.
Virgineamque canunt ſacrato tempore Prolem,
Cum Deus in terris aurea ſecla vehet.
Atque alii ex iſtis majorum nomine gaudent,
Ut potè majori tot cecinere ſtylo.
Atque alii dicti ſacratâ à gente minores:
* Dum citherà primis inferiore canunt.
SCribitur Oſæas Carmèli candidus heros
Hoc genere in vatum concinviſſe priùs.
Quàm verbis potiùs cœpit prædicere rebus,
Fataque ſub factis ſtant reſerata ſuis.
Accipit uxorem, genus intractabile gentis,
Hæc tamen haud æquo ſtat ſociata thoro.
Dum pellex fuerit, totoque abſtracta pudore:
Uxorem ſceleris ſæpè vocavit eam.
Hâc genuit natum , Iezrael Deus ipſe vocari,
Juſſit, nè Naboth ſanguis inultus eat.
Progeniemq; Jehu minitans,quòd triſtis Achabi
Non penitùs totum diſtulit enſe genus.
Ob Naboth cædes, veſteſque cruore repletas ,
Nam Jezrael cædis nomen habebat ager.
Tam dirum tenuit ſoboles Oſeia nomen,
Ulciſci ſanctos ſic petit axe Deus.

Poſt

atam genuit, quam non pietatis egentem,
Domini sacro pervocat ore pater.
:t haud populos Dominus miseratus iniquos
ingeret è duplici fulmina sæva manu.
lium natum, Dominus quoq; nomina vertit,
n populus rectus; nec ratione valens.
ebus canit Osæas, ceù prole paternâ,
cecinit miro fata futura modo.
ıramq; fidem pingit, populique vocatus,
m Deus excelso sub pede sacrat humum.
olympiadas multas, secloque superstes;
: morti stravit, composuitque caput.
Tque hinc Ozias regni pius ampliat oras,
Ad Domini nutum dum movet arma sui.
rumque manus monitu benè profuit illi,
rbaque Iudæo relligiosa situ.
hiel referam, nec non tua verba, sodales,
te scribarum sacra caterva, canam.
; Carmèlus, tum vita prophetica cordi,
quo divinum sic didicistis iter.
Eliadum splendor deductus ab astris:
quem cœlitibus regna rigastis aquis.
ne Scriba sonat vates, sapiensque, sacerque,
eis cordi charites, omnisonusque decor.
èlo steterant, ex quò genus omne reductum,
nus ab Essæis splenduit ortus agris.
Loria nunc nostri viguit manifesta Johelis,
Dicitur in vatum sede fuisse minor.
Christi fines canit, adventumque secundum,
m replet sacros sancta Columba sinus.
iat hic Domini vires, gentemque fidelem;
que illâ cœpit voce tonare priùs.
eliquum Erucæ subito vorat ore locusta,
que ipsa à Bruco capta locusta perit.
quias Bruci tenuis rubìgo vorabit;
:erum in alterius dente perire iuvat.
Erucâ

Erucâ Assyrii forsan pinguntur inanes:
Et Mædos propriùs ficta locusta notat.
Imperium magnæ tegitur rubigine Romæ:
* Gloria per Brucum picta Pelasga fuit.
HInc demùm vatum decus Isaia sub auras
Venit, nec patri corde canente minor.
Hic genere illustris, propriisque illustrior actis,
Ob patriam tellus nam Solymæa fuit.
Extitit & vates inter celeberrimus omnes,
Qui vitâ, & verbis intemeratus erat.
Clariùs hic nitidis fertur cecinisse figuris,
Quidquid sub terris Christus amoris agat.
Historico potiùs visus contexere gyro,
Illius vitam, quam cecinisse priùs.
Fatidicâ indutus tunicâ, Samuelia claustra:
* Ingressus, nostris stat, capiturque locis.
HInc verò Ozias sacrâ Thymiamatis arâ
Thus propriâ Domino vult adolere manu.
Parcere de manibus vates monuere prophanis,
Ne super atrocis perstrepat ira poli.
Ozia quid agis? nevè hoc tibi præcipit Aron:
Vatibus assurgit tale ministerium.
Ast rex turbatur, primoque tenaciter hæret,
Nec sacris operis abstinuisse potest.
Ast Deus indignans quod opus temeraria dextra
Perficiat, lectis quod dedit ille viris.
Illius & leprâ corpus circumdedit atrâ,
Et sævit fractâ tabida carne cutis.
Ocyus aversus Templi penetralia quærit,
Turbatis pedibus rex, sequiturque malum.
Isaias vidit, facinus nec mente probavit:
Visceraque ingenti tosta dolore tenet
Heù mihi, cur tacui facti spectator iniqui?
An mea nodosis lingua gravata moris?
Cur non thuribulum pergo divellere dextrâ,
* Dum possem pactum sic prohibere nefas?

Ilicet

,icet Assyrii turmis strepitantibus adstant,
Et vastant cunctas igne vorante plagas.
furiis obex nullum, fuga nulla malorum:
Iam varii reges, conveniuntque duces.
ue Jsrael petitur, pereunt Galaatidis oræ,
Regnaque felici tum Galilæâ sinu.
ninaque his populis Deus adversaria misit,
Dum nollent sacro flectere colla jugo.
ictaque flammatis titubant direpta ruinis:
Vis sævit, ferrum, flamma, rapina, furor.
uta nunc nostri viderunt tecta priores,
Quæ jam diversis structa fuere locis.
non Carmeli sedes pulcherrima montis,
Quam nulli indignâ fas violare manu.
varia hospitia, & variis confinibus ædes,
Quò confert rapidum barbara turba pedem.
scite justitiam reges, & noscere Numen,
Ne sitis [illegible] præda cruenta manus.
go ista illuvies nostros quoque tangit alumnos:
Nam sunt per varias structa sacella Tribus.
e Morasthites cœpit florere Michæas,
Carmèli cùltor, vatibus ipse comes.
ius ad obduram sonuere oracula gentem:
Præcipuè & Bethlem quisquis adesset honor.
Omelius demùm Phacaes fera cōparat arma,
Judæis finibus bella movere cupit.
et ingentes parat ad certamina vires,
Et plures sævo devorat igne situs.
ncipibus multis, & qui novitate cientur
Prædatur fines, depopulatur agros.
cubuit Judæ pubes, bello inclita quondam,
Nunc urgent versi tela sinistra poli.
dditur & populo pavitante molestior hostis,
Cum duce bellator, forte peremptus iners.
c pietas movet ulla manum, cohibetque furori
Sanguine, tum pilis sternitur omne solum.
Ensi-

Ensibus & fortes, vinclis capiuntur inertes,
Nevè immune venit cæde tepente pecus.
Astringunt vinclis bis centum millia matrum,
Cum teneris pueris, virgineisque choris.
Ast Deus æthereo tot funera suspicit axe,
* Et graviter regis de feritate dolet.
OBed de claustris, sacrisque æqualibus unus
Victores rapido corripit ore duces.
Hicnè modus Martis bellis felicibus exit,
Dum tegitis telis, corporibusque solum?
Quapropter nostris mentes advertite verbis,
Nàm Deus ex alto sic jubet axe loqui.
Tristior ex omni veniet victoria casu,
Ni rex captivis solvere vincla paret.
Ni cunctos pueros, raptasque sine ordine matres,
Ad patrios mittat, nec sine honore lares.
Victores ducti verbis, monituque prophetæ,
Extemplò vinclis crura ligata levant.
Et spoliis decorant victos, donisque salutant,
Quæcumque occisis antè reuulsa viris.
Virgineosque choros multo stipantur honore,
Et mensis relevant membra caduca senum.
Libertasque simul pueris, tum matribus almis,
Et timor ante illas, obsequiumque venit.
Hos fessos rerum, dapibus tum munere motos,
Taliter & vinci, tum cecidisse juvat.
Sic Obed Judæ prò libertate rogavit:
* Et fecit mitem Marte tenere modum.
INtereà Phacaes statuit bellare seorsìm,
Demisitque animos rex tremefactus Achaz.
Et Rasim Syriæ princeps quoque jungitur hosti:
Agmina sed felix Mars animosa facit.
Rex terretur Achaz omni jam mobilis aura,
Ut potè præteritum monte revolvat opus.
Ast petit Isaias animos firmare labantes,
Institit, & timido talia dicta dedit.

Per-

Digitized by Google

er in occursum turmas reparabilis iræ,
ıllonisque patet, qua via, siste gradum.
torres hostem cernes fumare sine igne,
t vanum circum perferet aura sonum.
animi dubius princeps non credere vati
cipit, & graviter vilis, inersque dolet.
it ad eventum signum, speciemque salutis,
[unc vates rapidis increpat indè notis.
tibi prò signo, quo non magè nobile cœlo,
)uod demùm in terris secla beata vident.
gnis Virgo, puro pulcherrima partu
)ivina in sacro munera ventre geret.
Dei soboles magni de monte Tonantis
irgineo gaudet pascere membra sinu.
dè Barachiæ soboles quoque floruit, unus,
Vatibus è nostris, fatidicisque choris.
ıc vocat oraclis testem Isaia fidelem,
)ui nivei vixit gloria concilii.
itus à regis scelere Isaia recessit:
xor cui cunctæ præscia sortis erat.
[Trum fœmineæ Samuelia claustra cohortes,
Intrarint, dubio lis agitata cadit.
jectura venit, sequiturque probabile murmur,
[oc quoque fœmineas sustinuisse manus.
c patris Isaiæ legitur venerabilis uxor,
uæ quoque magnifico pectore fata canit.
ebantque simul sacris, muliebria claustra
)icuntur variis continuisse locis.
uibus aeriæ instaurant modulamina laudis?
lias his etenim jura superna dedit.
imul orabant, dictæque prophetides, istinc
)ueis timor, & Domini stat pudor ante genas.
c fuit Abigail, comitem se junxit & Olda,
nnaque, quæ mater jam Samuelis erat.
quoque fœmineis est vita monastica turmis:
ordi, illis patres remque, modumque dabant.

Tot-

TOtq; inter ſtrepitus armorum, atrãq; ruinam,
Carmèli incolumis non plaga celsa fuit.
Aſt pater Iſaias tales dedit ore loquelas,
Confirmans animos, concutienſque metus.
Plangite, demittant triſtes cava lumina guttas:
Nàm veniet noſtrâ ſub regione malum.
Et quoque Carmelus ſanctis reputabitur orbus,
Et flores perdet tam ſpecioſus apex.
Cum venient hoſtes, montemq; horrore recingent,
Hoc quoque crudelis ſæviet ira jugo.
Omnibus & viſum tantum populabile culmen,
Turbaque de ſacris officioſa trahi.
Ceù ſaltus mons iſte ſacer peragrabitur hoſte;
Ne vigeant tanto vertice ſacra diù.
Sed demùm fractus monti cadet impetus hoſtis,
Ritus & antiquum non violatus auum.
Tot monachi, clarique patres, vigileſque magiſtri
Non de propoſitis Marte minante cadunt.
Nec Deus Aſſyrios patribus dabit eſſe moleſtos,
Quin dabit ad ſacros procubuiſſe pedes.
Juſtitiæ ſemper remanent ſub monte columnæ,
Quas numquam ventum flabra maligna ruent.
Hinc oleâ ſuccincta comas Pax alma ſedebit,
Et vivent ſemper jure ſilente patres.
Hinc modus æternus cunctis remeabilis ævis,
Et ſemper morum jura probata vigent.
Hinc ingens Domini veniet fiducia genti,
Candidaque aurata turba quiete ſedet.
Hinc floret ſine fine bonum, ſpecieſque polorum:
Apparet Bonitas hoc opulenta jugo.
Et chorus æthereus Divino concolor Agno,
Par Lunæ radiat, ſideribuſque poli.
Heroeſque vagi ſemper pietate valebunt,
* Defendent ſtudiis jura ſuperna novis.
VErba oratoris referam memoranda Michææ,
Hic prò Carmèlo fudit ad aſtra preces.
Alte

e Deus, pœnas ſument prò crimine gentes
um diræ, noſtri ſit tibi cura jugi.
x pulcher ſub mõte manet, pecudeſq; benignæ,
iter cœleſtes dignæ habitare greges.
c cythiſum fidei ſacro ſub vertice carpent,
que ipſis ſolùm cura magiſtra micat.
etenim ſemper cunctis mundiſſima ſeclis,
urea ſub ſacrâ vellera pelle gerunt.
um ad curam ſemper tibi virga niteſcat:
m cœli merces quidquid abundat ovis.
dè Elceſæus cœpit floreſcere vates,
* Qui noſtro dictus monte fuiſſe, Naùm.
St nunc Ezechiæ referam fera bella, duceſq;
Et cœli tractas ad ſua fata manus.
pit trepidare priùs rex iſte, ſed indè,
patre ſupremam vim capit Amonide.
yptique vocat regem ſocialibus armis:
rò tanto bello nam ſibi pauca cohors.
dus ab Aſſyriis cœpit revocare rebellis,
ervili avertit colla ſuperba jugo.
cò Sennacharib centum glomerare cohortes,
t vires toto rex Oriente legit.
tibus infrendet, rapidaque exæſtuat irâ,
t cœpit multis arma movere minis.
otum expugnat, quæ victima prima furoris,
t Paluſiacum robur adæquat humi.
thiopes vicit, fugat è regione colonos,
it Solymis propior, finitimoſque premit.
dique ceù torrens rapidis exuberat undis:
Multaque ſub duro marte trophæa gerit.
Tque hinc Ezechias Martem trepidare mali-
Et leges pacis non pepigiſſe pudet. (gnum,
m Domino ponit, totoque ex corde precatur,
Ut ſua de cœlo ſtet pius arma ſupèr.
ic pater Iſaias tali prò ſorte cucurrit,
Et mentem revocat, contercbratque metum.

D Nè

Nè timeas, Deus ex alto tibi favit Olympo,
Hostiles stravit cæde tepente manus.
Spiritus illius gladio furit asper acuto,
Occisumque ingens surgit aceruus humi.
Ossibus hinc candere solum, tum sanguine tingi,
Ipsos hunc campum vel tetigisse pudet.
Haud secùs ex dictis sors incidit, omnia juxtà,
Hinc ingens luctus, continuusque dolor.
Angelus & Domini cinctus radiantibus armis
Impavido petiit barbara castra gradu.
Terribilis dextra graviter cui fulgurat ensis,
Illius è plumis aura corusca volat.
Continuò invadit, numerumque avertit iniquũ:
Nec robur dextræ, nec fuga ducta pedi.
Exoritur miseranda ducum cædesque, timorque,
Celsus & Assyrios terret Olympus equos.
Corpora corporibus miscentur, telaque telis,
Et galeæ galeis, mox ducibusque duces.
Heù quot nocturnis spatiis periere phalanges,
Corpora quis numero texere cuncta queat.
Centum octoginta cæduntur millia quinque:
* Vexillis, telis sternitur omne solum.
AUrora & cœlo roseis invecta quadrigis
Detegit excidium, connumeratque neces.
Sennacherib fugit, tum castris signa revellit,
Frigidus illius concutit ossa tremor.
Aversus campis sacris fugit ocyor Alce,
Et Ninivis velox regia tecta petit.
Quò fugis ah demens, cœlum tibi fronte sinistrũ
Spirat, tum quærit morte piare scelus.
Huic ergo in templo Divis incensa ferenti
Samasar gladiis, Andremaleque venit.
Atque inter peplum patrem, fanumque Deorum:
Perque ipsas aras ense minante petunt.
INtereà Ezechias bello plùs concitus æquo
Extemplò ingenti corda tumore replet.

Quam-

nvis ſub reliquis cœlo gratiſſimus eſſet,
nte Dei calles intemeratus abit.
ɔropria dextra peperit ſibi tale trophæum,
felix tumidis cœpit ovare genis.
: felices caſus, Martemque ſuperbum,
eger ſub mæſto collocat oſſa thoro.
ɩifero paſſu properat Libitina, nec illi,
ɔes vitæ ſupereſt, mors properata venit.
pater Amonides duræ canit omina mortis:
.ex mæſto cœpit fonte rigare genas.
c orare Deum, precibuſque repoſcere vitam,
ert Deus ex alto commiſeratus opem.
latoſque dies Ammonius attulit heros,
Jt linquat ſano fulchra maligna pede.
s ab indicio vates quoque talia ſignat,
Ɋuà lucis celſas umbra remenſa vias.
m ſolis menſura, levi proſpecta ſub auro
Regi erat, atque horas curva ſagitta notat.
liaci metas illic, tum clauſtra polorum,
Atque orbes cœli complicat ære faber.
retrò cedit, tum versâ ſubſtitit umbrâ,
Et videt obverſos linea dena gradus.
ɩgior iſte dies denæ ſuperadditus horæ,
Miratur longum fortè viator iter.
Egatos miſit Babylon pulcherrima regi,
Gaudia de vita, prodigioque poli.
x faſtu elatus celſis penetralibus illos
Ducit, & oſtendit quæ ſpecioſa domus.
rticibus regale decus, tum pariete picto,
Aurataſque trabes, gemmiferumque ſolum.
ɩteraſque auri ſolidos, veſtemque ſuperbam,
Atque inflat tumidum voce crepante jecur.
repat hunc vates, rapidis tum vocibus inſtat.
Eja age legatis Numen inane refer.
que Deo nunc finge parem, tua brachia tolle:
Quàpropter, Dominum nec decorare velis.

Tu rex Angelicas demittis ab æthere turbas,
Ex quibus Aſſyrii tot cecidere viri?
Sic age, legatos ſedem, perque atria perfer,
Nec Domini felix ipſe favoris eges.
Scito igitur (nec pœna minor, ſed debita culpæ)
Eſt Babylon pompis condecoranda tuis?
Ipſe etenim cum ſede ſimul, faſtuque relato
* Alterius faſtu pergis, & imperio.

HInc pius Amonides rursùs vaga monſtra no-
Tanta hujus ſacri gloria vatis erat. (vavit,
Nempè prophetali lumbos diſcingere velo
Vult Numen, crepidis tum ſpoliare pedes.
Sic debet rebus ſpoliari Aegyptus opimis:
Per ternos nudum juſſit abire dies.
Carmèli cultor tali ſe cingit amictu,
Et duplex cingit pelle nigrante latus.
Huncque Deus plantis juſſit demittere ſuras,
Ergo non nudo tunc ſaliere pede?
Nigraque concordi ducunt ſandalia formâ:
* Compoſitus ſanctos calceus ante pedes.

ATque iſtis Abacuc fertur ceciniſſe ſub annis
Carmèli inſignes inter alumnus avos.
Chaldæi incurſus vidit, gentiſque catenas,
Vexatas dirè vincla per arcta manus.
Hic nomen regis tacuit, cum fata retexit:
* Nam Judæ dirus regna tyrannus habet.

EXindè Ezechiæ natus, patre degener alto,
Rex fuit, & culpis jam nova jura cadunt.
Nam patris ſacri ſoboles ſcelerata Manaſſes
Venit, deque ipſo vel meminiſſe pudet.
Nec deſunt vates juſtis dare dogmata verbis;
Jurgia ſed ſurdis auribus ille bibit.
Quin quoque rex vates morti prò talibus addit,
* Illorum indignam ſanguine tinxit humum.

HInc pater Iſaias periit, medioque reſectus;
Abſcidit patris lignea ſerra latus.

Hic

;enere illuſtris, centum venerabilis annis,
ırior & vitæ more nitente ſuæ.
is celeber, monſtris quoque clarus opimis,
ırgens candenti verba diſerta ſtylo.
a tum vatum, noſtri lux inclita montis,
lventum Chriſti qui ſpeculatus erat.
ſub extremis deſunt miracula fatis;
:que ipſo monſtrum jam moriente ferunt.
ı labris peteret libamina fontis apertis,
:que optat grato rore fugare ſitim.
›a refrigerium vetuit quoque durior ære,
lamen miſerâ nec leve morte dabant.
:inuò vitreis rupit fons lucidus undis,
eſalit, & roſeo labra liquore rigat.
c Sylon fons nomen habet, quia miſſus habetur
m miſſus vati rore repente fuit.
ınguis inundabat graviter per compita vatum,
Nec quiſquam tanta vadere cæde poteſt.
ıs quiſque tamen, niveæque athleta paleſtræ,
c virtus noſtro culmine parta fuit.
ı quia non ſiſtunt regis magè carpere mores,
nguine pertingunt more bidentis humum.
ıumerus ſine fine fuit, multiſque querelis,
âc de jacturâ pagina ſacra dolet.
: prophetarum viguit conſtantia tantùm;
rò vero optatum ſic, placitumque mori.
ıe hos Eunuchos vocitant; ſed ſola voluntas,
mundi illecebris hos cohibere valet.
ı plaga ſacratis decorata ſpadonibus eſſet:
lias hunc docuit per tria vota modum.
lidit in meliùs legem poſt candidus Agnus,
cujus niveâ pelle refulget humus.
venit abſque ſuo diſperſus vindice ſanguis,
ıpplicium dirus triſte tyrannus habet.
rii venere duces ſtrepitantibus armis,
lius & vinclis colla ſuperba gravant.

Digitized by Google

Atque ipſum miſerè nodis Babylone revinctum
Ducunt, cui dura compede crura ſonant
Hæc tibi pœna venit, propriiſque ſimillima factis:
* Dum facis innocuo pingue cruore ſolum.

HInc rex Aſſyriorum animis elatus iniquis,
Quòd plures vicit Marte favente duces.
Se faſtu relevare fero, & conſurgere in arma,
Ut plures terras ſub ditione premat.
Jungit ei faſtum magni captura Manaſſis,
Illius & miſſæ per fera vincla manus.
Diſiectique duces Mædorum, atque oppida capta,
Et verſa ad proprium fauſta trophæa caput.
Inde ſub imperium totum demittere mundum
Oppetit, ad geminos Doridis uſque ſinus.
Undique legatos mittit fera juſſa ferentes,
Illius ut frænis quiſque jacere velit.
Ni faciant, dirum exitium, citiuſque minatur
Aequare in ſtrato culmina cuncta ſolo.
Illius infamis ducit turmas Holofernes
Sanguineus ductor, percupiduſque necis.
Quin quoque Carmèlo miſit fera nuncia mortis,
Ut Deus ex illis mox habeatur avis.
Seque Dei ſobolem fingit, cui debitus aris,
Eſſet ſacratis commemorandus honor.
Carmèli heroes dirum [illegible] furare tyrannum,
Elatos animos, barbarariemque ducis.
Movit eos tantum ducis execrabile juſſum,
Quantum ex alpino robore ventus agit.
Quid petis ex alto? nè te fera fulmina tangant?
Cede, Deo velox colla ſuperba doma.
Nec tu Carmèli potis es terrere colonos.
Hìc plena excelſo Numine turba ſedet.
Paruula te mulier, cœli ſed freta ſagittis,
Quidquid præſumens ſpe capis, ipſa teret.
Ipſa etenim roſeis cedens pulcherrima plantis:
* Perſecat in ſummo corpore triſte caput.

Rex

Ex Judæ intereà culpis resipiscitur atris;
Cum subitò sceleris pænituisset eum.
i planctu fessa ora tument, cui lingua querelis,
ingultus fracto concutit ora sono.
Deus ex alto jam jam mansuescere cœlo,
llius & vinclis crura levare parat.
quia disrupto ceciderunt vincula ferro,
Rex patria infracto carcere regna petit.
quia molle decus juvenis, splendorq;genarũ
upplicat, Assyrius mitis ut esset herus.
cipitur solio rursùs rex liber avito,
Et cœpit toto noscere corde Deum.
saque combussit crepitanti altaria flammâ,
Et veterum ducit numen inane Deum.
bore tum nodis rupit simulacra gravato,
Et splendent imo fragmina missa solo.
vates, quos ante sequens superaverat armis,
Nunc venerans multo mitis honore tenet.
mina nunc nostri vates tenuere videntum:
Mentibus ut videant cuncta futura suis.
Rtus Josiæ jam jam lætissimus adstat,
Quem sacri patres concinuere priùs.
nc Carmelicolæ menti revocate Camænæ:
Dicite sub prisco facta priora die.
nc tamen ad fontem prodest revocare liquores,
Quidquid erit nostris convenit historiis.
gis Josiæ sanctus natalis ad auras
Venit, per multos cognitus ante patres.
Um solio Roboam mæstè regnabat avito,
Magnanimi proles quæ Salomonis erat.
njurat contrà Jerobam regemque, domumque,
Vix Judæ regi regna fuere decem.
reliquum Tribuum sceptro spoliaverat omni,
Angitur & Roboam, diripiturque malis.
ocedit latè Jerobam, regnoque potitus,
Excelso populis jura dabat solio.

Tunc ingens cœlo duxit capita ardua moles,
Et multo felix ære refulget opus.
Auratâ pulchrè fulget testudine Templum,
Et medio niveum poste refulget ebur.
Machina marmoreis rutilat patefacta columnis,
Et mediis pendent dona superba tholis.
Hùc multæ gentes omni de parte fluebant,
* Illic mens aderat nam manifesta Dei. (gentes,
HInc Jerobam metuens Solymis descendere
Et petere excelsam relligione domum.
Ne se desererent, quò præsidet hostis eundo,
Infestaque ineant fædera lege sibi.
Sic Judæa sibi, cladem molita fuisset,
Atque ipsum in plumis, vestibuloque necent.
Consiliumque iniit dirum, miserumque levamen,
Ut sacrâ ad cultum vertat ab urbe viros.
Diversos Divos fulvo cœlare metallo
Fecit, moxque illis templa dicavit iners.
Ut Judæa fero celebrans mala Numina cultu,
Non velit ad Solymas ob sacra ferre pedem.
Addit eis aras, postes, additque ministros,
Ipsemet & munus pontificale gerit.
Ipse incensa manu profert, atque immolat auro,
Quem circum spectans turba ministra sedet.
Dum faceret, donisque adoleret templa nefandis,
Hùc vates currit voce tonante sacer.
O sacros equidem cultus, quò bellua Numen:
Insequere ò prudens rex decorare Deos.
Sic ait illudens, vultuque arrisit acerbo;
Quapropter pretium prò pietate venit.
Clarus Josias veniet, quæ regia proles,
Rex audi, & cordi nunc mea dicta refer.
Qui non his vitulos, albosque altaribus agnos
Cædet, & Assyrii thura cremabit agri.
Sed faciet vatum spumare cruoribus aras,
Qui dirimet vates, diripietque scelus.

Inse-

Infeſtos cineres tollent per inania venti :
* Ipſi etenim propriis victima digna Diis.
SIc vates canit ore ferox, hæc ſumma minarum,
Abdo qui ſacro nomine dictus erat.
Ordinis iſte fuit, Samnel quem ſtruxerat olim,
Quem poſt Elias per meliora trahit.
Nam pater exortus poſt multos temporis annos,
Ponè per adſpectum qui decoravit humum.
Attamen ad noſtros hic reſpectiuus alumnos
* Dicitur, ex illis quomodocumque venit.
SI juvat ulteriùs procedere vatis ad actus,
Iſtius factum, Muſa, revolve vetus.
Abdo dum tali regis ſcelus increpat ore,
Illius eſt viſus conciliare minas.
Ilicet apprendi vates rex juſſit ab arâ,
Aegrè etenim vatis libera verba tulit.
Militibus jubet increpitans, dextramq; tetendit,
Ne vates mediis eriperetur eis.
Annuit ut dextra facinus, clamavit & ore,
E ſummo ſentit dira flagella polo.
Nam nervis contracta manus, compreſsaq; motu,
Areſcit, durum quæ rogitavit opus.
Rex flexus tantâ pœna, ſubitiſque flagellis,
Exorat veniam, procubuitque ſolo.
Prò quibus officiis mutavit ad integra dextram
Rex citus, illius vate precante bonum.
Rex grates referens factis, regalia ſecum,
Ad tecta expoſcit, muneribuſque rogat.
Ad nutum Domini vates oblata refutat,
Nèc ſummo minimas attigit ore dapes.
Diverſum ſic menſus iter per devia currit:
* Nec Dominus prima juſſit abjre via.
TUm Bethel ſenior quidã cum prole prophe-(tes,
Abdo qua ſe ſe contulit, ire parat.
Ilicet inſtrato pannis ſe jecit aſello,
Atque per oſtenſum currere cœpit iter.

Nam fessus rerum vates propè substitit, arbos
  Scenam quà liquidæ margine pingit aquæ.
Hùc venit senior, vatemque ex more salutat:
  Quæ via? scitatur, quovè reclinet iter?
Invitatque illum ad mensam, sed denegat Abdo.
  Tendere sub Bethel, sic prohibente Deo.
Ille quidem hospitii causa, seù motus amore,
  Seù longum vatis commiseratus iter.
Seù Deus ex alto petit, ut constantia vatis,
  Libetur, quanti vel sua jussa putet.
Accelera, & nostris te fer penetralibus hospes:
  Hospitii causa: sic ait inde senex.
Et Deus hoc mauult; Vates quoque dicor Olympi,
  Istìc quid fessus languida membra trahis.
Ad petitum vates, victusque laboribus Abdo
  Ad cœnam pergit, nec negat ire comes.
Excipiturque humili gazâ, tectumque subintrat,
  Quò cultu præbet paupere mensa dapes.
Abdo cœnatur, dapibus sua membra refecit:
  Et sic compulsa mensa remota fame.
Invitator ait, tumidoque hæc addidit ore,
  Advena sic parvi jussa superna facis?
Nonnè Deus Bethel vetuit consistere terra?
  Ducere nec longas hâc regione moras?
An tibi speranti in Domino defecerit esca?
  Qui summo pictas aere pascit aves.
Scito ergo, & graviter nostræ reminiscere vocis,
  Hæc tibi prò tanto crimine pœna cadit.
Te rapiet mala mors, tumulo nec more parentum:
* Duceris, patriis nec veheraris agris.

SIc ait, atque asinum vati quoq; commodat atro,
  Et saliens tristes carpserat Abdo vias.
Adque viæ metam cum jam properabat abactæ,
  Adque ipsum pariter pœna propinquat iter.
Nam leo de specula mirans super irruit illum:
  Cui quatiunt trepidi colla jubata noti.

Incedit

Incedit passuque gravi,fremituque maligno,
Planta uncus, firmus pectore, fronte minax.
Lumina sanguineo radiabant horrida motu:
Sivè Deo exibat, seù stimulante fame.
Sivè Deo potiùs prò pœna criminis acti,
Exit speluncis bellua dira cavis.
Quid faciat miser? & monstrū supereminet atrox,
Quò vertat mentem, qua fugiatque via.
Ast leo cunctanti simul, & diversa timenti,
Diro vitales abstulit ore dies.
Quamquàm non miseros morsu laniaverit artus,
Sparserit & toto membra reuulsa solo.
Nam *Deus* hoc prohibet, morsu conlædere præter
Mortem, stat propiùs liber asellus edens.
Inde Leo juxtâ sedit, servatque cadaver:
Se nunquam amovit ni veniente sene.
Ille quidem sic mente putat, pius arbiter Axis.
* Dum quoque fatidicâ mente futura videt.
SIc senior properat quò substitit advena vates,
Invenit intactum stante leone patrem.
Sustulit exanimem vates,dorsoque remittit,
Atque angit multo pondere quadrupedem.
Utque propinquavit muro, qui detinet urbem,
Ad propriam tendit fronte dolente domum.
Sub proprio tumulo vatem lacrymatus humavit,
Et dixit mæsto verba suprema sono.
Quod superest, senior vatem non fraude fefellit,
Cum tulit hospitio, quò prohibetur, eum.
Annuit & tantum Dominus, cui jura probandi,
Sin servent ipsi corda vocata fidem.
Vates namque fuit, Samuelis in Ordine pignus,
Atque illi multa gloria laude venit.
Et quoque sanctus erat vates,quem bellua cædit,
Nam Deus ex sacro punit amore virum.
Propter Josiam narravimus hactenus ista.
* Agmina nunc vatum consociata canam.

TEmpore Josiæ si quis stetit Ordine primus,
Carmèli cælebs, tu Jeremia, fores.
Tuque prophetarum flores sub culmine vitâ,
Et patri propior, nempè imitator eras.
Quis tua facta queat vili contexere versu,
Ex utero ad vitam sanctificatus ades.
Sed narrare parùm prodest, satis ante fuisset
Mirari, nostrum sic tamen optat opus.
Tu casta ingenuo ducis velamina lumbo,
Et nostro vitâ cælibe monte micas.
Ast opere ex sacro legitur tibi plurima proles:
Num non virgineos inter haberis avos?
Sed qui discipuli, natos Scriptura vocavit,
Exemplo nati dum generantur, erunt.
Hic desolatos muros, captosque colonos,
Et plorat populi vincla severa sui.
Et digna involuit lacrymoso carmina luctu:
Flebilis ad tempus flebile musa fuit.
Illius & dignos sed post transcurrimus actus:
Ut se narrandi præbueritque modus.
Atque Sephoniam memori committere versu
Debemus, Musis non adimendus erit.
Hunc inter nostros generalis regula vates
* Assignat, prisci quam meminere patres.
SEd sacris cuneis venit lætissimus annus,
Quò Domini cultus, Justitiæque decor.
Regis Josiæ genius sanctissimus omnes
Instaurat cultus, qui cecidere Dei.
Atque aras Balaym infestas, monumentaque dira
Diruit, & vertit tùm simulacra solo.
Illorum ex omni delet vestigia clivo,
Nevè aliquid linqui fortè pepercit opus.
Atque sacerdotum diris super adlitat aris,
Ossa, horum monitu dum viguere mala.
Et totum cultu regnum purgavit iniquo,
Rex, ad quem superum conciliatur amor.

Hinc

Digitized by Google

Hinc Carmelitæ cœlis extollere palmas,
Et mixtis jungunt carmina læta choris.
Munera festivis celebrant solemnia pompis,
Nevè antris cogit conlatitare timor.
Nam periit crimen, vatum monumenta fatiscunt
Falsorum, multis quæ viguere locis.
Invenitque cavis rex ossa recondita saxis:
* Cuncta sub ingenti collocat acta pyrâ.

DUm pius hoc curat, rapidis ruit omnia flammis,
Quem circũ ex operis officiosa cohors.
Invenit campo tumulum, quò conditus extat
Vates, qui cecinit, quæ modò facta forent.
Dum cultus viget idòlis sub rege nefando,
Hic canit ex flammis omne perire scelus.
Aras cum cultu, cumque aris ossa cremari,
Ossibus & cinerem, cum cinere omne malum.
Sed quia post dictis Domini parere recusat,
Abdo magnanimi præda leonis erat.
Illius & tumulum inveniunt, tituloque relecto,
Rex non æquali jusserat igne rui.
Sed dignè poni jussit, tenuitque decorè,
Hinc cernunt pulchris gramen olere comis.
Sis magni rex cura poli, tibi vita perennis,
Qui cœli impensis sic operatus agis.
Rex equidem dignus, celebres ut tempore vates,
Tot pulchrè steterint, floruerintque suo.
Quos inter primos meritis Jeremia relatus,
Cui Deus en nostris se sociare jubet.
Cui lumbos accinge tuos Deus inquit, at illi.
Purgato labris grande reliquit onus.
Indè prophetarum velox se tegmine cingit,
Pergit, nam dictis fit mora nulla Dei.
Pellitur ex illo demissa propagine labes,
* Quæ nobis primo ducta parente fuit.

NEvè Sophonias tantum discrimen ab illo
Accipit, at similis jure sodalitii.

Hic

Hic cecinit diram prædam, [illegible]asque superbas,
De populo Domini, quæ Babylona tegant.
Et gemerent gentes vinclis, ità Numinis ira
Flagitat, ut tristes, compedibusque graves.
Linquere & incolumes solùm promittit egenos,
Et pauper tristi tempore solus ovat.
Nempè illis spes fixa Deo, cui corda litarunt;
Numine nempè illis stat propriore Deus.
Ordinis ista salus nostri, dum barbara Memphis
Sæviet, incolumes annuit ire patres.
Dum non Carmèlo, aut diversum sedibus actis
* Adversos tulerit bella movere duces.

INtereà Templi molem instaurare petit rex,
Ut clarus Domino nunc revocetur honos.
Dum videt argenti quæ sit substantia Templo,
Quæ subsint fosso vota talenta solo.
Inter thesauros priscos, aurumque sepultum,
Cernitur æternus lege sacrante liber.
Rex voluit Mosis leges, aperitque volumen,
Et legit populo jura relata suo.
Illìc quanta sacræ verti custodia legi
Debet, quò summi fædera scripta poli.
Hinc pœnas legit prò transgressoribus actas,
Ni multam minimus vim tenuisset apex.
Legit Josias, voluitque in pectore curas.
Dum volvat legis tam prohibentis onus.
Scilicet & propius tam fata miserrima cernit,
Vicinasque illi credit adesse minas.
Dum ruptæ leges, & non violabile fædus:
* Tam fuerit populus mente, animoque tenax.

MIsit scitatum variis oracula sanctis,
Consultum, Domini sin revocetur amor.
Ilicet excelsam celeres mittuntur ad Oldam
Doctores, mulier non inhonesta sonans.
Ipsa arcana sacri mulier reserabat Olympi,
Fœmineas docuit clara magistra manus.

Talia

Talia ductores responsa prophetide ducunt,
Quæ populi multo corda timore replent.
Nam venient, venient quæcumq; volumine codex
Adnotat, in sacris nulla litura notis.
Nempè Creatoris rupistis fœdera vestri,
Flexistis vili colla reducta jugo.
Nec cordi Deus, atque Dei memorabile munus,
Atque opus excoluit vestra fabrile manus.
Dicite Josiæ, quoniam sic curat honorem,
Et dignum cœli concelebrare decus.
Quamvis tum levibus cœlos is læserit actis,
Et pius ad sacrum sæpè reclinat iter.
Regalem posito scidit diademate crinem,
Et jecit fastus, purpureamque togam.
Idcircò à capite illius Deus acre flagellum
Abstrahet, inque alios conferet omne dies.
Quæ fuit hæc vates, celso quæ grata Tonanti,
Explanet leges, edoceatque choros.
Sed quæcumque fuit, nostri sacra filia juris
Scribitur, igniti mitis alumna patris.
Præceptisque ducis graviter costructa nitescit,
Divinisque auris os muliebre tumet.
Virtutis latè splendet circumdata luce,
* Dum tantum in cunis esset adepta decus.

FLoret Josiæ pulchrè sub tempore regis
Relligio, & nostri pace fruuntur agri.
Quamvis privatè, tam corda tenacia multis,
Surgit per varios ara prophana locos.
Non extincta lues, fumat sub nocte silenti,
Pars intenta malis durius ære riget.
Nec Jeremia scelus prorsùs removere valebit,
Nempè illi occultam pars meditata necem est.
Sanctus Josias bello transfixus iniquo
Occubat, & patriâ mox sepelitur humo.
Nec servatus erat condigna piacula culpis
Cernere, tum populi vincula dura sui.

Atque

Atque obitum vates lacrymis comitantur amaris,
Ad pheretrum mæſtis concinuere modis.
Vivida diverſos reſonant lamenta per agros,
* Et noſtra illius funere turba dolet.

HInc Joacaz regnum, cœli temerarius hoſtis
Excipit, & cunctis ſunt data jura malis.
Siſtite vos proceres planctu ſociare cadaver,
Atroci exclamat tunc Jeremia ſono.
Sat functo lacrymæ; regem nunc plangite viuum:
Rex malus ad regnum progredietur avi.
Hæreat incepto, vix ternis lucida lunis
Iſtis inſultans regna tenebit agris.
Poſt palmas vinctus nodis Ægiptia præda,
Luſtrabit ſtricto barbara regna pede.
Quin morietur ibi, ſolium nec cernet avitum:
Corpore nec nomen, nomine nullus honor.
Omnia ſic juxtà cecidere oracula vatis.
* Nec patriâ infelix rex tumulatur humo.

HInc frater Joachyn regnum ditione tenebat,
Haud fratri in cunctis impietate minor.
Perque ipſum Urias noſtro de ſtipite germen
Occidit, & mæſtam ſanguine tinxit humum.
Carmèlita fuit, Semeique altiſſima proles
Urias factis, ingenuuſque modis.
Contrà urbem diram vates cum ſolveret ora,
Et mala, quæ ſubſtant, quæve futura, canit.
Concitus ex irâ Joachym, regnique potentes,
Obtruncare patrem prò bonitate petunt.
Sed fugit Urias, tum ſe citus abſtrahit illis,
Et parvam accepit nex violenta moram.
Indeque militibus ſeptus, tum denique captus,
Antè cruentati principis ora venit.
Aſt hic diſtricto pectus mox transfodit enſe,
Et gladius capulo conditur indè tenus.
Occidit Urias, campo nec currit inultus
Sanguis, nec vani corporis umbra fugit.

Salvè

Salve noſter honos, verique haud debilis heros,
Iſtanè de verâ præmia voce refers?
Quapropter noſtræ ſi quid valuere Camenæ,
* Perducent nomen cuncta per ora tuum.

NEc Jeremia poteſt tantum differre dolorem,
Sed graviter ſacro numine plenus, aít.
Imminet exitium, & toto ſonat æthere fulmen?
Et vos infandum non revocatis iter?
Urbs hæc clara diù, regumque invicta trophęis,
Irruet in diras præda cruenta manus.
Ceù ſpatium ſilvæ, tardis quod bobus aratur,
Sic vacua, haud opus eſt indice qualis erit.
Vos revocate malum, mentes citò flectite veſtras:
Nè rapiat cunctos nex inopina viros.
Dum lacrymis delete ſcelus, cordiſque tenacis,
Ad Dominum veſtrum, quæſo, aperite fores.
Forſan divinam flectat Clementia mentem:
* Ad veniam facilis, dum rogitatur, erit.

QUid Jeremia petis? factũ immedicabile vulnus,
Linque procelloſis vela relata notis.
Magnates ipſi, Dño qui ſacra litabant,
In pejus referunt optima verba patris.
In medium rapiunt vatem, tum cæde repoſcunt,
Horrida tartareis exit Erinnys aquis.
Turba miniſteriis equidem non digna ſacratis
Sanguine cur juſto nunc maculatis humum?
Conciliumque ineunt Templo, muſſantq; ſedentes
Periurumque vocant voce minante virum?
Idcircò pœna capitis, propriique cruoris
Dicunt, dum populos verteret, eſſe reum.
Coguntúrq; ſimul proceres, comiteſque ſuperbi,
Contrà, ſed ſtatim turba refuſa venit.
Multi ſub ſancto reprobant mendacia vate,
* Vertat dum nunquam ſeditione locos.

ASt tantum vates quærens ſedare tumultum,
Audite, ò turbæ quæ religatis, ait:

Non

Non ipſe oraclis valeam ſubverteret plebem,
Cui ſemper legem, propoſuique bonum.
Non ſibi vana fero, Domini ſed nuncius adſum,
Qui totas vertit ſub ditione plagas.
Ut vos converſi ad melius de labe, Tonantem,
Placetis votis, tum ſaliente prece.
Si quod propoſui fuerit minùs utile vobis,
Debeo de dira morte piare ſcelus.
Si rectum docui, tum quod lex ſancta repoſcit,
Prò quò nunc letho crimine dignus ero?
ARriſit tunc turba ſenum, queis præſcia vatis
Ante oculos ratio, mens decorata fuit.
Vertitur ad cœtum deducta ſodalibus altis,
Ne laudetis, ait, voce tonante necem.
Non equidem clades verum, ſed præmia poſcit:
Præmia, non clades ſunt referenda viro.
Nonnè Moraſthites prædixit vera Michæas;
Nuncius & Domini non minus ille fuit.
Ob quod nunc morti, retulit dum vera per urbem
Traditus eſt? gratus dum fuit ante pater?
Nulla ignominiam cœli præconia ducunt:
Quin prodeſt facti pænituiſſe magis.
Solvamus vatem vitali munere dignum,
Et quò quò quærit cedere, liber eat.
Ne vì cœlorum, quibus eſt non debile robur
Vadat, tunc facto non medicamen erit.
Dum vi cœlorum vadit, non vadit inultus:
* Et cadet ad noſtrum pœna ſevera genus.
SOlvitur ex dictis vates, neque læditur ulli,
Infenſæque illi nec nocuere manus.
Nec Jeremia tamen vatis de munere ſiſtit,
Objurgat duros, qui voluere minas.
Quin Joachym funus cecinit, quod vera fatentis
Transfixit clari pectus inerme patris.
Nec patrio tumulo corpus prædixit humari,
Urbis & irriſum dum jacet ante fores.

Infla-

Inflatumque diù terrâ tabescere corpus:
* Quod nullus dignâ mox onerabit humo.
SEd Babylon nunc signa movet, nunc cantus ad
Si potes ad sævas, musa, valere tubas. (arma,
Jam Nabuc venit, Solymæas obsidet arces,
Et parat in capto barbara castra solo.
Urbs plæclara diù rapidis circumsonat armis,
Atque atrox facto limite flamma furit.
Panduntur portæ, nec turba resistere muris
Prævalet, & curuant ad fera signa genu.
Rex trahitur vinclis Joachym, tum mœnia luctu
Miscentur, tendunt brachia victa duces.
Et rex ad tergum vinclis oneratus iniquis,
Vectus cum sociis ad Babylona venit.
Principibus hostes victis, atque urbe potiti
Plaudunt, victores victus obintrat apud.
Nevè professores sacrato ex Ordine desunt
Mixti, quò victum lenta caterva venit.
Clarus Ananias primâ lanugine malas
Pictus, nec dispar frons Misaelis erat.
Additur his alius juvenis quoque flore sub ipso:
Hi nam Carmeli sunt decora alta jugi.
Præcipuè & Daniel primis vagitibus infans,
Cui dedit excelsas aula superba dapes.
Fatidicique etenim sublimis gloria claustri,
Cui cultus Domini, Virginitatis amor.
Sic purus vitâ, sic cunctis integer actis,
In nomen multis nempè spadonis erat.
Quis laudem, sacrate puer dabit indole dignam,
Nostra quoque ex tanto principe claustra micãt.
Præclara illius jam nunc celebrabimus acta:
* Si nobis dignum posteritatis opus.
TEmpore sub nostro jam jam, Mũdoq; redemp-
Dicitur hoc mirum de Daniele decus (to,
Beltrandus retulit, gentis lux alta togatæ,
Cui munus rauco lis peragenda foro.

Præ-


Præsbytero cuidam monstrum cecidisse Joanni,
Dicit (sub Rhodani natus uterque vadis.)
Hic fortè insomnis plumâ, stratisque jacebat,
Ad mirum forsan nox vigilare jubet.
Huic Juvenis vultu venit formosus eburno,
Vestis Carmeli candida more tegit.
Hic tonsisque comis, oculisque imitantibus astra,
In malis geminæ stantque, virentque rosæ.
Præsbiter, ex viso pulsus, retròque recedens,
Est propè dum moto concidat ille thoro.
Sed pede sub dextro firmans labentia crura,
Substitit, & firmo stat pede fixus humi.
Attamen objecto graviter conterritus alto
Instrepit, & facta post cruce pectus obit.
Nomine quin frontem sacro signavit JESU;
Insuetas Juvenis post rogat ore vias.
Annuit ille quidem, vultuque arrisit honesto,
Ille iterum binâ voce rogavit eum.
Ipse autem arridens denuò; Do cuncta libenter.
Tu tamen ad priscum quæso reverte situm.
Is constans remeare negat, quò substitit antè,
Ni primùm sciret, quis puer ipse foret?
Hoc concedo quidem, frigus patieris acerbum:
Visum ajt, è cœlo non ego dira fero.
Sum Daniel sacri quondam defensor honoris:
Vita mihi ad cunctos immaculata dies.
Tu Daniel? non vera fides; te vestis obumbrat
Candida, Carmeli num quoque cultor eras?
Carmèli patribus sunt ista insignia tantùm,
(Præsbiter ad juvenem mox pavefactus ait.)
Carmèlita fui, talis mihi ductus amictus,
Cum tractus turmis ad Babylona fui.
(Cui Daniel) nec enim nunc te mea forma fefel-
Isto virginitas floruit alma jugo. (lit,
A Domino tibi missus eram, qui sidera fulcit,
Ut tibi præstarem quamque reposcis opem.

Prò

uò corde tibi fuerit Susanna virago,
æ duplices puro vicit agone senes.
horæ spatium tali sermone trahebant:
ım responsa ferunt, propositisque favent.
a post Daniel sublimi sidera cursu,
ɔpetit, & clara sede locatus ovat.
: viso manifesta fides, nec credere durum est:
ıamquam credentis subsit in arbitrio.
Rgo Nazareo nostri se tegmine cingunt,
Subrufis vestis pellibus alba venit.
:edunt nigris tunicis, textisque cameli
Tegmina, quæ mundo vellere sacta itent.
tiquum queis lucet ebur, Pelopeia plusquam
Terga nitent, gemino forma colore venit.
nicei, niveique dabat forma ista colores,
Et sic Carmelo vestis oborta fuit.
Netereà Joachym, Babylon què barbara strinxit,
Judæo incolumis jussus abire solo est.
d Jeremia viris cecinit nova vincla, necesque,
Judæo exitium, finitimisque trahi.
xcidium sacri cecinit miserabile muri;
A culpis mentes ni revocare queant.
'ec coram timor ullus adest oracla fatendi,
Illius & famulus mox dubitare Baruc.
Je tunc ductores verbis, iraque coacti,
Tollere de medio seque, suumque velint.
Hunc Jeremia tamen verbis objurgat acerbis,
Prò vero dubitet qui mala cuncta pati.
SIc florere Baruc cœpit, populoque teneri,
In decus, & multo pondere verba cadunt.
Illum nam statuit senior Jeremia sequacem,
Ut chartis mandans quæ cecinisset aret.
Ergo Baruc propriis aliena oracula verbis
Scripsit, nec quærit fata referre sua.
Tantus honor patri, cujus contexere cantus
Maluerit, Musis prætuleritque suis.

Atque

Atque inter ſedes, nitidique ſacraria Templi,
Hunc juſſit cantus notificare pater.
Dum facit iſta Baruc, turbiſque miſerrima fata,
Nunciat, humanum quæ monitura caput.
Obſtupuit cætus circum, procerumque corona,
Illis diſcipulus dum mala fata legit.
Magnates poſcunt ſacrum, que fata, volumen,
Ut citò rex rebus conſulat ipſe ſuis.
Rex librum afferri juſſit, ſenſuſque revolvi,
Quid doceat recti, quid teneatque mali.
Intima principibus coiam dum fata leguntur,
Inſtent Judæis qualiacumque viris.
Improbus irarum vario rex fluctuat æſtu,
Sibilat, & ſævis dentibus ira fremit.
Inde minutatim librum laçeravit in igne,
Ut tollat cunctas flamma maligna notas.
Plenaque porticibus mediis ſtetit arula prunis;
Rex ſæyo damnat ſcripta tremenda rogo.
Parce notis ſcelerata manus, duplicabitur atrum
Crimen, dum ſacrum deleat ignis opus.
Nam dictante *Deo* texit Jeremia volumen:
Præcipuus libri dum Deus author erat.
An Dominum ſcriptæ capient oblivia pœnæ?
* Pœna umquam fugiet, ſed duplicata cadet.
REx geminos vates ſequitur, tü deſtinat ambos
Morti, ſic proprias conterit aſper opes.
Aſt Deus avertit vates, aciemque ſequacis
Obtegit, evadit ſanctus uterque necem.
Hinc Deus in reliquis renovari fata libellis
Imperat, atque addi durius inde malum.
Rore polus madefecit eos, mentemque repurgat,
Ut memores fiant, quæ cecinere priùs.
Indulgent Domini juſſis, rurſuſque ſub auras,
Fata ferunt, aliis quæ redeviva notis.



FASTORUM

IN ELIADÆ INCUNABULIS

LIBER III.

CAndida ver ſacrum Carmèlo lilia lactet,
Inclitaque aurato ſidera rore rigent.
Fas mihi odoratos capiti decerpere flores,
Si licet à ſacro pulchra corona jugo.
Ni meritus ſim more meo, vitæque, decore,
Qui deceat ſanctis, ingenuiſque viris.
Aſt operæ-pretio mereor, nempè ipſe Camænas
Hoc ſacro feci degere monte prior.
Mantua quò ad cœlos, duplici lætiſſima cigno
* Babtiſtam è clauſtris miſit opima ſuum.
VErſus ad hiſtoriam, quò gloria noſtra, decuſq;
Inceptum rursùs more manente ſequor.
Sacrorum vatum retuli monumenta ſub auras,
Ne cadat obſcuro fama remiſſa lacu.
Quivis ſub tanto traduceret Ordine vitam
Sub proprio junctim præſule clauſtra replens.
Elias & primus cogit ſub more, choriſque,
Ternaque tum docuit vota litare Deo.
Lux meritò noſtri dictus ſanctiſſima montis
Dum certum eſt monachos inſtituiſſe priùs.
Hos

Digitized by Google

Hos Samuel vates quamvis coiſſet in unum
Olim, dum plaudant voce canente ſimul.
Atque hos ſidereis docuiſſet pſallere verbis,
Ad populos Domini cum benefacta cadent.
Attamen incerto deſcripſit dogmata more,
Relligio ex iſtis undè ferenda foret.
Et licet is noſtris jaceret fundamina regnis,
Elias in melius porrò, apicemque tulit.
Vatibus ex iſtis, cuneiſque ad clauſtra coactis,
Qui ſeù Carmèlo, ſivè ubicumque manent.
Succeſſus noſtris longus, tum grandis origo;
Regnum uſque ad finem, dum viget orbis, erit.
Littore ſed demum ſolvenda eſt anchora noſtro,
* Concita dum ruptum navis obiret iter.
BArbara nunc Joachym rurſùs citat arma rebellis;
Ne parcus propriis adforet ipſe malis.
Ægypti confiſus opi, externiſque maniplis,
Quò nervos belli, præſidiumque tulit.
Proſpectu excidium noſtri propiore videntes,
(Nam vacuum necibus tunc breve tempus erat.)
Quisquis ſub vaſtis junctim degebat eremis,
Quique replet ſacris luſtra remota choris.
Et cætu poſcunt, quod tempus poſceret iſtud,
Ne premat ignaros, immonitoſque malum.
Ut ſtatuiſſe datur quidquid de rebus, & armis,
Æquali repetunt mœnia celſa gradu.
Et ducunt populis monitum, ſpeciemque ſalutis,
Se levet à culpis ut vitioſa cohors.
Mutatis maculis forſan ſententia cœli
Siſtat, cum graviter condoluiſſe foret.
Aut ſimul excidiis caderent communibus urbis,
Ne viſa in tantis cedere turba malis.
Seù monachi ſteterant quicumq; hac parte ſodales,
Grande Rechabitæ nomen in Orbe tenent.
Hiſque fuit Jonadab princeps, qui ducere tectum,
Sulcatiſque vetat credere ſemen agris.

Præ-

:cipuè & Bacco duræ irritamine culpæ
)mninò in clauſtris abſtinuiſſe dedit.
Ed Deus hos populis ſpeculū præbere pudoris
Dum mavult, noſtro ſic canit ore patri.
ıi Jeremia fuit, vitæ quoque munere lætus,
Huic dedit apparens talia juſſa Deus.
ıde, Rechabitis quò ſacra mapalia ſurgunt;
Exedràque illos inde repoſce tuâ.
tque coronatum vino cratera relibent,
Pocula tu perfer, purpureoſque ſcyphos.
ic Jeremia facit, vocat ad convivia patres;
Completa eſt dapibus menſa, liquore vitrum.
Iaud patres hauſere merum, ceù regula ſtrictè
Hoc prohibet, precibus nec Jeremia valet.
Tantane ſub primis ſtetit obſervantia clauſtris,
Ne liceat ſummo tingere labra mero.

NUnc horū ex vitâ, & sūmo integritatis amo- (re,
Deducit populis jurgia plena Deus.
Sic vati Deus adjunxit, ſtatuitque tenorem.
Vade, vel ingratis dic mea juſſa celer.
Turba tenax, cœli cunctis inflexilis auris,
Qui ſemper noſtrum ſic renuiſtis iter.
In vobis vis nulla Dei; tum dogmata turbis
Sic Jonadab ſacris inviolanda dedit?
Dum prohibet Bacci fortes haurire liquores;
Nec minimo hi vini rore labella lavant.
At mihi tot vates vobis, tot juſſa paranti
Non ſervatur honos, verbaque pondus habent?
Nulla meis, dirin veniet reverentia dictis?
Nec mollire valens corda parumper ero?
Et dixi à cultu mentes revocate prophano,
Ipſe Deus maneo, tum mihi cunctus honor.
Sic vobis non pondus habent mea verba, minæq;
Irrita procumbunt ſic mea juſſa ſolo!
Rupiſtis toties ſancitum fulmine fædus,
Quodque initum cœlo, ſideribuſque fuit.

Quà propter duros disrumpam turbine mores,
  Et stringam duplici fulmina sæva manu.
Hostili manui ponam ludibria vestram
  Urbem, utque astantes vis inimica premat.
Desolata meo tristis sine numine tellus
  Hostili cernet mœnia rapta face.
Nunquam vos diro cœli favor eripit hosti,
  En perfecta vident quæ minitatus ero.
Atque Rechabitis, & sectatoribus æqui,
  Mandati velox nuncius esto mei.
Prò quò sic stabiles vero, dictisque magistri,
  Et leges semper corde, operisque tenent.
Quæ mandata dedit pater, observantur ad unguẽ,
  Hæc illis igitur fata benigna refer.
Deficient nunquam rami dè stirpe virorum,
  Germina sed variis sunt renovanda locis.
Et modus illorum cunctis durabilis annis
  Pulchrior & semper, candidiorque viget.
Illorum precibus semper placabile nostrum
  Numen, queis cœli porta benigna patet.
Hoc cernent variis semper splendescere terris
  Patre pater manans, atque nepote nepos.
Hinc semper sacratus honor, tum gloria cœli,
  Altare & cultu, muneribusve recens.
Progenies cunctis semper clarissima seclis;
  Sunt hæc venturo verificanda die.
Ast Jeremia celer mandatum exponit vtrumque,
  Et generis populo fata utriusque refert.
Felix promissum, quò non præsentius ullum,
* Si quos Carmeli regula sacra juvat.

ARmorũ strepitus nostras nunc excutit aures;
  Ad Solymas carpit rex Babylonis iter.
Et velox properat Judæ, dum verteret arces,
  Adversa ad solem pelta corusca micat.
Te JoaKim, te pœna manet, cucta annuit æther
  Solvere dum solito more tributa negas.

Urbs

ꝯs Solymæa tremit crepitantibus obſita flāmis,
Portaque tunc aditum præbet aperta minis.
vadunt urbem, periit tunc florida pubes,
Et rex exangui fronte repreſsit humum.
nquitur & truncus mediâ ſine nomine terrâ,
Et tabo miſerè membra rejecta madent:
oc Jeremia tulit, tunc cum liber uritur igni:
Felix ſi dictis præſliteritque fidem.
Ic juſſu ad regnum ſaliit Jeconia tyranni:
Hic ſolio ſedit, quò ſtetit ante pater.
ed quia tum regni fuerit, tum criminis hæres,
Uix gemmis terno tempora menſe tegit.
Atque ipſum vinclis duxit Babylone gravatum
Rex Nabuc, duro carcere trudit eum.
Hic cum progenie, & primis magnatibus ædis
Ducitur, & pompas aula relicta gemit.
Hos quoq; magnificis monuit Jeremia loquelis;
Nec potè, de diris abſtinuiſſe malis.
His multi vates, noſtroque ex agmine, gentes
Junguntur, ſanctos ſors quoque dira premit.
Seù cecidiſſe juvat ſatis communibus illos,
Ne ſorti adverſo tempore terga darent.
Seù quia captivis ferrent ſolamina turbis,
Ut firment animos, conſolidentque leves.
Sive hortari illos prò libertate benignum
Non intermiſſa voce rogare polum.
Prò pulſo interea ſaliit Sedicia nepote
* Ad ſolium, huic regi nam Jeconia nepos.
POſt plures annos pergit regione tyranni,
Rex ire adjunctis ad Babylona viris.
Victorem obſequio ut foveat, doniſque ſalutet,
Mulceat & tumidum voce rogante jecur.
Uiſeret & ſocios, tum colla ſonantia vinclis,
Et levet hos verbis, quomodocumque queat.
Utque etiam cari prò libertate nepotis
Exoret, precibus ſiu locus ullus erit.

Digitized by Google

Et pergit, veniuntque simul comitesque, ducesq;
Quò sit Chaldeæ proxima meta viæ.
Saraia simul venit, princepsque quietis
Dictus, nam proprio nomine tale sonat.
Cœtibus è nostris sacræ prior inclitus ædis
Ipse erat, & rebus dexteritate valens.
Judæum regem passim comitatur, & ipsâ
* Mole valet, tantus fronte resultat honor.
NUnc te fata premūt præco Jeremia Tonātis,
Cui cuncta ex alta mente videre datur.
Ne corda hic casus felix victoribus inflet,
Et credant propriâ tot peperisse manu.
Multa canit regē ad dirum, & Babylonica castra,
Et quoque Caldæis fata maligna viris.
Atque Moabites graviter minitatur, & ipsis
Exitium dixit grande venire polo.
Quin contrà reges Judæ, finesque repostos,
Chaldæi spoli[illegible], relliquiasque ducis.
In falsos vates plebem subvertere gnaros
Sæviit, atque ipsis non placitura canit.
Nempè hi, venturi quibus ignorantia fati,
Nequaquam verbis, augurioque juvant.
Se gratos jactant cœlo, quod pellit, & odit,
* Et tegit infames pellis ovina lupos
EX istis Anania fuit, barathrique minister,
Incostans animis, desidiàque potens.
Hic petit ingenui oppugnare oracula patris,
Quid referat veri, quot referatque modis.
Assurgit contrâ, & verbis objurgat acerbis,
Atque horum pugnam mobile vulgus amat.
Quid Jeremia tibi, nullo victoria casu est
Nam fictis populo prævalet ille jocis.
Præmia, quæ veris quæris condigna loquelis?
Prò veri pretio verbere terga sonant.
Nam sanctum quidam Phassur percussit in ora,
Multari ad nervos imperat inde patrem.

Ast

Digitized by Google

t vates tandem revocatus carcere diro,
Inceptis perstat, persequiturque reos.
percussorem cecinit, quod comprobat actus,
Hic vatis rursus carcere crura ligat.
uin jussit rupto duplicari verbera tergo;
Prò veris animo tot tolerante bibit.
. rege interea jussus devadere liber,
In diras rursus incidit ille manus.
Et pater adstrictus, manibusque ad crura coactis,
endit quà lymphis ulva palustris olet.
ntepet atque herbis cænum, limoque recocto.
His vates missus fune pependit aquis.
Hinc moreretur enim, vitamq; adferret in auras,
Sed statim à tepido jussus abire lacu.
Ademalec regi motus pietate renarrat,
* Et causam illius more clientis agit.

EZechiel nostris tandem florebat in arvis,
Ingenio totam condecorabat humum.
Subtilis cui mentis apex, purissima verba;
Arcanum cœli cui penetrasse datur.
Aurea cui nitidis refluit facundia scriptis;
Creditur à multis hic fore Pythagoras.
Ipse prophetalis decus insuperabile montis,
Integer ex operis, integer ore fuit.
Filius hic Buzi, divini exemplar honoris,
Clauditur haud ulla gloria laude satis.
Quid referam visum celsis animalibus altè
Prodigium, & monstris condita fata suis.
Grande Sacramentum verbis, ac nomina rerum,
* Multaque venturi mixta figura Dei.

AST nunc vastatas arces, & diruta ab imo
Scribam Judæo mænia celsa solo.
Exitium generale urbis, summamq; minarum,
Quam toties vates concinuere pii.
Jamq; suprema dies, tum non reparabile fatum
Venit, perfidiæ nil opus ulterius.

Digitized by Google

Gens infrænis enim nullo tractabilis usu,
Liquit inexperti mox, scelerisue nihil.
Urbs præclara, potens, sedes clarissima vatum,
In terrâ, atque omni sic dominata mari.
Communi dirè cingit sua mœnia luctu,
Ut famula ad sævum ducitur acta jugum.
Turbinis ad morem Chaldæi rursùs inundant,
Nec civis timida sustinet urbe minas.
Excipitur rapidus portis bipatentibus hostis,
Barbaries nullum scit violentà modum.
Regalem sobolem obtruncant ante ora parentis,
Ipsius & terebrant lumina capta patris.
Seù pietatis opus, ne fata misertima cernat,
Seù majus credant non superesse malum.
Urbs præclara suis flebat viduata colonis,
Nec sistit mæstis exululare sonis.
Relliquias ferri demum Godolia gubernat,
* Res inopes, metam quò furor hostis habet.
IMpunis Judæ Jeremia relinquitur arvis,
Quin sibi sub belli principe factus honor.
Nec socium sistit cunctis adhibere Baruchum,
Qui fidus fatis, qui laterique comes.
Mittit epistolium, quò victa tyrannide dirè.
In sævis vinclis, gens Solymæa gemit,
Prò grato monitu, & duræ solamine sortis,
* Ut fruge addiscant jam meliore bonum.
ISmaël quidam regali è stipite germen,
Sistere sub patriis nescit inultus agris.
Hinc dextrâ, tum fraude potens, cautusq; periclo
Præfecti crudo trasfodit ense latus.
Sic Godolia perit, secum cecidere faventes,
Atria diffuso tincta cruore madent.
Barbaricis populus subitò conterritus armis
Cum duce in Ægyptum vi properante ruunt.
Et secum rapuere patrem, neve ire negabat
Hùc cum discipulo mox Jeremia suo.

Atq;

Digitized by Google

Atque Rechabitæ reliqui, sanctusque senatus
Sistunt, non fatis, temporibusve leves.
Quin Templi ex solitis ineunt solemnia pompis,
Ne prorsus Domini destituatur honos.
Cedere non visi fatis, rebusque sinistris;
Semper in incepto mente, modoque manent.
Ut potè barbaricus numquam furor atterat illos,
Mæsta licèt tantis corda fuere malis.
Qui peccant peccata luant, subitisque flagellis,
Horrendis cœli subjaceantque minis.
Sed quibus innocui mores, & candida vita,
Debent communi cur recubare malo?
Proque illis magni substant promissa Tonantis,
* Qui dedit æternè vivere tale genus.

QUæ mihi nunc oculis lacrymæ, qui corde dolores,
Ut possim tantam carmine flere necem.
Impavidus semper per cuncta pericula vates
Extremum claudit nunc Jeremia diem.
Hic veri custos, divini flamma decoris,
Arbor Carmeli non inhonesta jugi.
Siste, precor, plebs, dura, ferox quid corripis arma
In patrem? messem spernis iniqua tuam.
Proicite & lapides, saxis nam dignius olli
Extolli ad laudem celsa theatra decet.
Cerne verecundo saxosa rubescere tela
Ostro, sic diras stet pudor ante genas.
Judæi Ægypto profugi formidine martis
Dum steterant, patrios contulerantque lares.
Hoc regno sperant inimica revadere bella,
Nec rursus pugnas, excidiumque pati.
Miscuit has inter se se Jeremia catervas,
Vi fuit ad tantas concitus ipse vias.
Quid venisse negas, istinc te fata reposcunt,
* Hoc pater, hoc dirum carpe libenter iter.

JUdæi in Daphni bellis, ac marte repulsi
Sistunt, Ægypti, quæ fuit alma sinu.

Digitized by Google

Flectere dum summo renuit præcordia cœlo,
  Consilium cepit pessima turba malum.
Tot sortes diras, versique incommoda fati,
  Credit dè cultu cuncta venire Dei.
Sic gens illa putat, genibusque idola reflexis
  Noscit, re sperans, desidiàque frui.
Difficili dicunt cervicem imponere circo,
  Dum Deus indignâ conditione premat.
Ut potè se cernant duri succumbere fatis,
  Et corda adversis exagitata malis.
Uivere sed pulchro gentes felicius usu,
  Qui plures aras, numina plura colunt.
Numinibus multis fatum quodcumque levari;
  Nec foret alterni Numinis ira diù.
Quò vos dira lues rapuit, mentesque peremit?
  Desinite excelso jurgia ferre Deo.
Non cultus Domini cunctis durabilis ævis,
  Sed vestra ignorat mens scelerata modum.
Hoc statuunt animis illi, tum terga rebelles
  Voluunt, abiciunt fræna superna poli.
Ex colere & veterum pergunt simulacra Deorum,
* Dum Deus illorum sit Deitatis inops.
SEd tale excupiens Jeremia refellere crimen
  Obstat, & horrenda voce lacessit eos.
Judæi adversùs patrem, scelerisque magistri
  In sanctum multo turbine saxa rotant.
Discerpunt illum, tepidoque aspersa cerebro
  Post saxa indignam sunt lacrymata necem.
Illius ad tumulum ferri miracula crebrò
  Dicunt, quò multo membra decore cubant.
Labere, dive polo, valvæ pandantur Olympi;
  Sed primùm inferni te rapuere lacus.
Nam Christus, quem, clare, typo, celsisque figuris
* Gessisti, sacras dat reserare fores.
SEd dignum fatu noster nunc addit Apollo;
  Venit in antiquo codice siqua fides.

Ex

Ex istis vinclis profugi plerique per Orbem
Thaboridæ varià sub regione manent.
Transiliunt fines varios, atque extera regna;
Illorum variis sunt munumenta locis.
Ex istis plures adspexit Iberia gentes,
Nam referunt multam saxa vetusta fidem.
Præcipuè patres Carmeli monte coloni
Diversum veniunt, instituuntque lares.
Hos inter quidam nostri collega senatus
Hesperiam tangit, vir probitate gravis.
Filius Uriæ, Samuel qui dicitur alter,
Dictus ab æquevis tum Malachia senex.
Et fuit hic regno nimiùm dilectus Ibero,
Post jacet Hispanis morte repletus agris.
Transiit ex illa sed dum regione Jacobus
Exemplo purgans, quò graderetur, humum.
Hunc vatem rursus sub luminis advocat auras,
Ut præsul Christi templa sacrata regat.
Res equidem digna, & cunctis memorabilis ævis,
* Is sua bis vivens munera pastor agit.

INde Baruc functo petiit revocare magistro
Se dudum, & sacram ferre sub urbe moram.
Quod facit, abjecti visit penetralia Templi,
Instauratque focos, colligit inde choros.
Et junxit cuneos fratrum sub monte receptos,
Illæsus Domini dum remaneret honor.
Tempore sub tanto Jeremiæ oracula patris
Impleri, haud auris irrita verba cadunt.
Luminibus Sedicia perit terebratus amatis,
Confectus curis, multigenisque malis.
Indèque multiplici nimium legione superbus
Nabuc fastidit noscere marte modum.
Junxit Idumæos frænis, Arabesque feroces;
Ceù fulmen plures dissipat igne plagas.
Actaque jàm dudùm nostris juvat addere fastis
* Istius regis, quælibet ipsa forent.

DUm rex aurato fulchro, ſtratiſque ſuperbis
Subſtitit, & multà membra quiete domat.
Terrificum viſum noctis comparet in alâ;
Somnia tum ſignis, ominibuſque madent.
Surgit dè plumis princeps Babylonius altis,
Lumina nec ſomno conciliare valet.
Excitus ex magnis monſtris, monituque Deorum,
Neſcius & quidnam ſomnia nigra ferant.
Ut cœlo auratâ fulget Tithonia palla
Aurora, & redimit flore rubente caput.
Rex jubet acciri vates, regnique priores,
Queis nomen vatis, tum ſapientis erat.
Quiſquis & ariolus, quiſquis florebat haruſpex,
Qui menſus medio ſydera celſa polo.
Atq; hominũ quiſquis luſtrans legit omina fronte,
Omen cui præſtat grande volatus avis.
Cui fatum dant triſte manus, cui forma genarũ,
Oſtentat ſummum quæ poſitura caput.
Fulminis obſervans curſus, ſulcumq; relictum,
Per cœlum dexter, ſive ſiniſter abit.
Qui noſcunt ſortem flammis, tum flamine venti,
Et pecudum fibras, ſibila tum colubrum.
Licia quis ſignat, lapidum quis noſcit acervos,
Semper Chaldæis vana ſuperſtitio.
Porticibus regis mixti, tumque ædibus altis,
Atria tum ſapiens longa ſenatus habet.
Rex levis in ſolio apparet, cui barbara pectus
* Auratâ tumidum cyclade veſtis obit.

REx profert cauſã in medio; curamq; vocãdi:
Portenta in ſomnis nigra videre refert.
Mixtaque terrifico ſteterant inſomnia luctu;
Neve animo ambages jam reſoluta cadit.
Quod ſupereſt, ſomni oblitus, mẽte excidit omne,
Signaque nec penitùs nunc ſupereſſe ſibi.
Sed cura inſiſtit fibris, anſamque timendi
Præbet, quæ graviter ſe pavitante furit.

Uo9

Uos ego, quos volui tantos aperire dolores,
Dicite sub primo quis mihi somnus erat?
Artibus & vestris scitari insomnia quæro,
Ad mentem nostram dum revocetis ea.
Nempè estis docti, & fatum jactatis in astris
Cernere, tum vobis & penetrare datur.
Post mihi muneribus quicumq; ex omnibus altè
* Dignis donatus, tum cumulatus erit.

IGnari rerum vates, & turba magorum
Se posse occultum jam penetrare negant.
Dum minimè somni princeps reminiscitur acti
Nec narret quidquid protulit umbra sibi.
Turbatur princeps, rapidaque excanduit irà;
Omnes hos vastâ morte perire jubet.
Atque simut cunctos doctorum nomina regno
Qui teneant, somnos nève aperire queant.
Tunc fuit & Daniel, nostrisque ex fratribus unus,
Qui fuit extractus sub Babylone puer.
In decus, & regi mansit, nempè illius aulâ
Crescit, dum mensis porrigit ipse merum.
Cultor honestatis, puroque innoxius actu
Is fuit, & pulcher corpore, fronte nitens.
Hunc ad supplicium crimen commune poposcit;
Ni vero somnos explicet ore satis.
Seque offert regi Daniel, tempusque decenter
Accipit orandi, sin Deus axe velit.
Et post ambages, tum visa nigerrrima noctis
Promittit nitidâ solvere voce sibi.
Fortunate puer, quidquid tu poscis ab axe,
* Arrident votis astra reducta tuis.

TEmporis elapso spatio gravis omine sacro
Se regi Daniel, principibusque tulit.
Principis ora subit, coram data copia fandi:
Incipit in gratis ille tonare notis:
Rex equidem nunc ritè potes cognoscere Numē,
Omnia quod famulis dat penetrare suis.

Digitized by Google

Inconcessa petit nunquam qui noverit illum,
Et Dominum prono corde fatetur eum.
Ipse revelavit puero tibi quidquid in umbrâ
Subvenit,& multo corda dolore premit.
Grande sacramentum,tum fata recondita somno,
Quæ nobis noster reddit aperta Deus.
Tu,princeps,verum debes quoque noscere Numẽ,
Occulta en nobis,qui manifesta facit.
Dum tibi sub plumis strato jam membra fovebat
Somnus, & in medio nox tenebrosa polo.
Infelix Simulacrum atrà circumstitit umbrâ,
Apparet medio tristis imago thoro.
Incertam effigiem pavido circumspicis ore,
Dum grandis sese machina mole rotat.
Atq;ipsi ad collum cervix aurata nitebat:
Argento ad pectus brachia clara micant.
Poplitibusq; æs grande micat; sed crura,femurq;
Irradiant ferro, terrificèque micant.
Sed crurum tenus ossa fuit pars apta cothurno
Sub pedibus ferro,pars fabricata luto.
Sed lapis abscissus nullo quatiente per auras
Efficit,ut moles procubet icta solo.
Fictilibus pedibus magno cum turbine saxum
Incidit,& totâ machina mole ruit.
Et tantis periit jàm dudum operosa metallis,
Dum regit in luteo corpus inane pede.
Sparsa minutatim simulacri membra quiescunt,
Et fulgent strato cuncta metalla fimo.
Æs,ferrum,argentum,tum Phæbo concolor aurũ,
Fragminis ad morem cuncta voluta ruunt.
Et lapis effigiem,qui sic percussit inanem
Subsequitur pactis præmia digna suis.
Paulatim in magnum se se convertere montem
* Est visus,totum mole operire solum.
ISta fuit somni species,reminiscere princeps,
Occulti referam,quid modò fata ferant.

Tu

Tu rex imperio celeber, multisque triumphis
  Pars statuæ melior, splendidiorque fores.
Descriptus capite aurato, radiisque superbis;
  Dum tantos vertis sub tua fræna sinus.
Post minus insurget sceptrum, pars altera formæ
  Argenti est, illic nam micuere manus.
Post æris frænum totum præcinxerit orbem
  Æris sub formâ pars quotacumque fuit.
Ulteriusque venit ferrum, quò crura rigebant:
  Cuncta sub imperio regna venire suo.
Pars postrema manet digitos complexa biformes,
  Divisum imperium forma remissa notat.
Quò ferrum, regnum firmum describitur, atque
  Debilis in fragili pars renotata fimo.
Demùm sydereo regnum adventabit Olympo,
  Tum molis totum diminuetur opus.
Firmius haud ipso veniet, nec dignius ullum,
  Imperium, substant sceptra sacrata Dei.
Denotat ista lapis, molem qui conterit altam:
*Omnia sub tali sæcula lege vigent.

DIvidit hinc Daniel regni decus omne quaterni,
  Alternâ repetit sceptra renata vice.
Primùm Chaldæi multis dominantur in oris,
  Hoc sceptrum auratâ luce micasse volunt.
Non quia vel fuerit regno præstantius omni,
  Auratum præbet vi radiante caput.
Sed quia felici capit incrementa rotatu,
  Cum properat subitò marte domare Syros.
Atque Moabites domuit, Tyriosque nitentes,
  Ægyptique plagas, atque Orientis agros.
Et regni breviter Solymæi disiicit oras,
  Et Babylon spoliis condecorata tumet.
Demùm Persarum spatiosa potentia venit,
  Quæ vaga longinquos usque cucurrit agros.
Dicitur & rectè claris argentea costis:
  Argenti Cyrus multa talenta gerit.

Græ-

Digitized by Google

Græcorum terno veniet post tempore regnum
More æris; cujus nomen in Orbe sonat.
Pellæus juvenis totum nam disiicit Orbem;
Nominis illius currit ubique sonus.
Inde moraturo Romana potentia sceptro
Venit, & è septem regnat acerba jugis.
Divisum imperium bellis civilibus extat;
Testantur cives, Emathiumque Solum.
Post Deus aerio veniet sublimis ab axe:
* Et sunt imperio regna reducta suo.

SIc finis fandi; Rex illius ore pependit,
Lumina sub puero fertque, refertque simul.
Et sensit roseis disclusa oracula dictis,
Et dulce obloquium, compositumque caput.
Ipsum divino credit magè Numine plenum,
Illius en se se projcit ante pedes.
Oscula demisso libat curvamine plantis,
Atque illi certum Numen adesse putat,
Incensum afferri puero jubet ocyùs arâ,
Numinis ad morem, sydereique ducis.
Restitit at Daniel, munusque aversus obodit;
Ut potè ducatur gloria tanta Deo.
Præficitur Juvenis, multis super eminet oris,
De solio regis visus abesse parùm.
Illius & Numen Princeps subsistere discit;
Cætera de falsa numina lege vigent.
Muneribus Daniel celsus, regnoque decorus,
Non minus obsequium dat, Dominoque decus.
Nec mutant puerum mores, ut contigit usu,
Sanctior in vita, candidiorque fuit.
Quin sibi collegas regno, sociosque reposcit:
* Sydrac, tum Mysach, Abdenagoque simul.

UT potè mens hominũ nullo moderatior usu,
Angitur adversis, prosperitate tumet.
Rex Nabuc vastas regni cum cerneret oras,
Tot terræ finibus, tot domitatus aquæ.

Ex-

olli cœpit subitò, & super æthera ferri,
Ventilat & tumidas aura superba comas.
ıe figurari somno, tum noctis in umbrâ
ingi, supremi causa tumoris erat.
n Juvenis sensus, stellæque ad fata reductæ
ım sua, tum celeri parta trophæa manu.
ːt is Juvenes, quos jam præfecerat urbi,
ıxcelso statuit mox revocare gradu.
Babylonis ei curare negotia debent,
uæ magnæ molis, quæ validique forent.
c Sydrac generosus erat cum pube comante,
victi juvenes, conspicuique duces:
Ex animis post dira movet, tum mente ma-
Consilia à sacris non obeunda viris. (lignâ
ari ex auro multâ jubet arte Colossum,
ui Beli subsit numen inane Dei:
potiùs rex ipse subest, præstantior ut vox,
ːque jubet Princeps mole nitente coli.
ıe instar superum venerari in imagine fecit,
t cunctos flexo sternere membra genu.
ı strepitāt citharæ,& rauco crotolystria motu,
t cum regales concrepuere tubæ.
ıibus ad sonitum genibus simulacra reflexis,
djunxit, summum tangere fronte solum.
ıs è contrà plenas fornace favillas.
.ccendi jussit, sulphureumque lacū.
uis divino renuisset noscere cultu,
lolem, sit flammæ præda maligna citò.
torum major numerus, tum mobile vulgus,
.d genium sceleris quò data jura, cadunt.
ı sociis juvenis Mysac, clarissima pubes,
cet infandum crimen inire negat.
Xtemplò ad sonitum citharæ, strepitumque
Ingentes terra procubuere manus. (tubarum
juvenes vanæ rident ludibria mentis,
uòd Domino fuerit tantus habendus honor.

Ut

Ut rex Iudæos pueros nil pendere vidit
Jussum, tunc rapidis dentibus ora ferit.
Ardore adcresci jussit septemplicis ignis
Fornacem, & juvenes vi rapiente trahi.
Tunc pueri innocui manibus post terga revinctis
Flammantes subeunt ore nitente rogos.
Spiritus hinc Domini, roseæque à sedibus auræ
Æternis rapido tunc saliere foco.
Grande refrigerium prunas super excutit atras
Cœlum, ceù stratis lene cubile rosis,
Et flamma auratâ pueris dedit oscula lingua,
Et solùm palmis linea vincla vorat.
Attigerit minimè, haud crinem violaverit ignis
Ut vetitum, & pueri fronte nitente canunt.
Atque alterna simul jaciunt benedicta Tonanti,
E cujus summo flamma favore tacet.
Ambrosiam stillant prunæ, levibusque pruinis,
Prò sanctis patrat tot sacra monstra Deus.
Quin flamma ardentem rapidè tunc deserit ædē,
Materiem fudit dira caverna suam.
Et super adstantes flammarum defurit ęstus:
* Authores sceleris sic periere palàm.

CUm demū Ezechiel multos numeraverit annos,
Ostia syderei cernit aperta poli.
Mirandas species, nigrisque invecta tenebris
Fata, sub aereis attenuata plagis.
Quæq; hebetant sensus hominū, mentesq; caducas,
Huic scissa mentis nube videre datur.
Heros Cermèli, summi vagus arbiter axis,
Quis cantus referet laude decente tuos.
Candida purpureo tingis velamina succo,
En tibi prò vero vita sacrata fugit.
Nam candore sacer sic tu procedis eodem
Quò claro scribis fata reducta stylo.
Cum scelus objurgas, paruique idòla rependis
Occidis, & cerebro tempora mixta madent.

Di-

Digitized by Google

:rahitur rapidis corpus ſolemne quadrigis,
ıxaque diſperſo rore ſacrata madent.
cujus tumulum poſt ſacra frequentia gentis
enit, quà mulco membra decore cubant.
Eque ipſo plures referunt miracula patres,
Neſcio ſin juſta quis ratione neget.
æi ſicco ducunt veſtigia greſſu,
Quà Goboar rapidis ſibilat amnis aquis.
ı Pharao infenſi nigris merguntur in undis
Chaldæi, telis qui propè terga premunt.
ɔetrat à cœlo piſces, quibus omnis abundat
Menſa, viros ſiſtit tunc agitare fames.
dditas contrà rigidos ſtimulare dracones
Pergit, Gadditæ queis lacerantur humi.
Hinc Dn̄s crepidas ultrà tranſcurrere mores
Non ſinit humanos, quos modus ater habet.
ım doceat Nabuc, quod non Deus intonet axe
Se præter, mundum tum ditione premat.
ſomnis agitat regem, ſubitiſve figuris;
Atque illum monſtris terruit umbra novis.
fulchris ingens mediis apparuit arbos,
Quæ circum pulchrà fronde comata viret.
ɔcera, illuſtris, viridique adamabilis umbra,
Vertice quæ cœlos, tartara ſtirpe premit.
ius aſpectu pendent maria omnia, terræ,
Florentes colles, interiuſque ſpecus.
folia in ramis, foliiſve tenerrima poma,
Floruit & cunctis gentibus eſca ſuper.
ius in ramis nidos poſuere volucres,
Undè cibum pulli fronte loquace petunt.
: variis circum ſubſtant animalia formis,
Hircus, Equus, Coluber, Bos, Leo, Cerva, Canis.
cce autem auratis [illegible]endit vagus Angelus alis
Mens fortis, ſplendens, mens ſpecioſa, vigil.
t furit adversùs truncum, tū germina pulchra,
Increpitans tales edidit ore ſonos.

Eja

Digitized by Google

Eja agite in terris ſucciſa ſecuribus arbos
Procubet,& ſicco vertice quærat humum.
Et foliis ſpoliate caput, tum fuctibus amplis,
A ramis fugiat mox tremefactus [illegible]
Diverſumque genus pecudum , formæque ferarũ
Ex illa ſiſtant jam rogitare cibum.
Attamen intactum radicis germen in agro
Servate , atque illud non violate manu.
Illius & germen reliquis nectatur in herbis,
Mixtum cum foliis, ceſpitibusque ſoli,
Æratis illud nexum per gramina nodis
Pergemat, & glebis non prius ire velit.
Roreque communi cœli tingatur , & imbri,
Et ſolis patiens, compatienſque gelu .
Scilicet humano ſpolietur tegmine corpus,
Induat & ſpeciem forma ſuperba bovis.
Septem labentur variato tempore ſoles,
Ad priſcum donec ſit remeare decus.
Iſtaque divini fuerit ſententia regis :
Libera dum culpis oſtia nulla patent.
Addiſcat gens cuncta, Deus, Deus ille deorum,
Volvat in arbitrio cuncta creata ſuo.
Imperio mutet, tum deprimat aſpera corda,
Pectoraque ultrici cæde ſuperba terat.
Oderit humanos faſtus , humileſque ſub auras
* Extollat, cœli qui petiere vias.

HOc viſum ambiguũ regis,tum noctis imago,
Is monſtro à plumis, excutiturque metu.
Ilicet acciri vates, gnaroſque futuri,
Atque intrant plures atria longa ſenes.
Squallida canities ollis, vultuſque decori ,
Defluit ad ſummos lurida palla pedes.
Sedibus in mediis ſiſtunt, manibuſque retractant
Barbam, tum regi, propoſitoque favent.
Rex arcana refert deviſa ſub arboris umbra,
Quis decor in foliis, germinibuſque fuit.

Cœ-

estesque minas docuit sub cortice pulchro,
am cœlo illius displicuisset honos.
ıbet affari quid sortis germen inumbret,
ıid sensus claudat, quid teneatue novi.
tarum vates tanta farragine rerum;
uid fati ignorant, consiliique ferant.
Deƈtant alternè, oculisve stupentibus errat:
ɔst capere ambages, fataque nigra negant.
Ccitur Daniel, qui se quantocyùs offert
Regi, nam stimulant nuncia plura patrem.
ıs adorari totâ cum cœperit urbe,
ıd longas misit rex Daniela vias.
a sibi fuerit juvenis constantia nudum,
Quem superadsistat cura, favorque poli.
quidem proceres inter, totque inter honores
ıbstitit,& tantas intemeratus opes.
ɔaret Daniel, tum coràm rege superbo
ıstit, rex multo captat honore virum.
visum exponit noƈtis,tenebrasque vagantes,
Quæ multo illius corda timore replent.
d mirum visis, quæ circumstantia rerum,
xponat causas, edoceatque modos?
Ivorum interpres, regali proximus ædi,
Exiguam petiit per repetenda moram.
n cubito frontem fixit, spatiumque remensus;
Rex numquam illius lumina fronte movet.
ıbari juvenis vultus, totusque moveri,
Et pingit sanguis flore rubente genas.
id Daniel micare tenes, sanguisque polorum,
Cur mala sub nitidâ nubila fronte ruunt?
Rex ait,) & Daniel contrà sic pergit adorsus,
O utinam hoc nostris hostibus esset onus.
I te fata manent, te noƈtis postulat umbra,
Adque tuum dirè nox operata caput.
bor, quæ cœlos sublimibus inclita ramis
Attingit,pomis quæ redimita caput.

Tu

Tu fueris, princeps, speciem dedit illa decoris
Vestri, , qui cœli margine regna tegis.
Istaque terribilis legitur sententia cœli,
Quæ rapidis exit fortis ab ore notis.
Scilicet â solio pulsus, partisque triumphis,
Errabis longos inter ineptus agros.
Oblitus decorisque tui, mentisque superbæ,
Per campum carpes gramina more bouum.
Sub dio degens nudus dumeta pererras:
Teque inter numquam te reperire vales.
Solarisque famem pecori communibus herbis,
Et linges labris pura fluenta tuis.
Sed radix servatur enim per tempora septem,
Non te de tota sydera mole ruunt.
Errabis septem circum miserabilis annos;
Post veniæ arridet mens generosa Dei.
Et ratio ad mentem, tum mens ad prisca redibit:
Purpura tum pectus regis obibit adhùc.
Imperium rursùs pandes regionibus amplis:
* Sic Deus exoptat grande piare scelus.

HAud minùs evenit ; Daniel quàm concinit ore,
Regis Circæo more figura perit.
Chaldæosque situs mugitibus implet amaris,
Per nemora infamis,perque volutus agros.
Atque inter pecudes, interque armenta retectus,
Gramina rex humili dente serina metit.
Donec per cœli claustrum, metamque supernam
Septenis vicibus Sol agitavit equos.
Vertitur ad mentem princeps,formamq;recepit,
Et monitus vitæ de Daniele cupit.
Expurgat scelus antiquum , ploratque remissè,
Et vadit mentis, consiliique capax.
Rex undam sumens, & lenta legumina pastus,
Iratum vicit voce precante polum.
Obcupit ut regno Daniel persisteret hæres,
Et caperet regno sceptra superba suo.

Abnuit

ıit & Daniel prò paupertatis amore,
ırmèli ut penitùs regula ſancta docet.
ſabuc moritur, citùs ad cœleſtia raptus,
ːmpora tum ſceptro, ſceptraque fine tulit.
ı Evelmerodac ſequitur, Danielis amator,
ıem præfert cunctis, ceù pater ante dedit.
ṡ & menſis ſemper conviva reſedit,
talis normæ, conſiliique dator.
tereà idolum quodam ſuper adſtitit aris,
Quod Babylon ſacris devenerata focis.
uit huic nomen, reſonat quod Belus & idem,
icitur hanc urbem qui ſtatuiſſe prius.
tur hic Memrod Nini pater, ipſe tremendo
nitimos bello diſpoliavit agros.
Belum admiſsâ venerari fronte ſolebat:
xpoſcit genibus de Danielis idem.
levis increpitat juvenem, cauſamq; popoſcit:
ur tantum incultum numen ineſſe velit.
ı tu, cui pietas toties peraperta niteſcit;
ːud debueras percoluiſſe priùs.
itit & Daniel cognoſcere fictile numen,
uod careat vitâ, quod careatue fide.
ı Belus vitâ gravidus, rex concitus addit,
ınnia nam valido munera dente vorat.
e diem offerimus munus, tum ducimus eſcã,
.unera non rapida linquit inhauſta gula.
ex menſuras ſimilæ nam devorat alvo,
uadraginta novo de grege ſumit oves.
que ſpumanti toties venit amphora vinô.
r noſtrum lautè nos alviſſe Deum.
bridens Daniel, quo vos mala fata reducunt,
Tam capti ingenio, luminibuſque [illegible]s.
ıa ſacerdotum multâ vos fraude fefellit.
oſcere nec ſanus talia quiſque queat?
etenim occultos templi tranſgreſſa receptus,
d templum ignotis itque, r[illegible]ditque viis.

Pro-

Procedit, quò numen adeſt,& munera libat,
Et veſtrâ ventrem tum pietate replet.
Illudit veſtris geniis, ſtultoſque reſignat,
Et corpus rubro proluit omne mero.
Atque pavimentum conſpergunt pulvere furtim,
Ne niteant diri ſigna relicta pedis.
Oſtendit Daniel furtum, tetraſque cavernas,
Quâ venit umbroſo certa rapina ſitu.
Rex in ſe rediens idolum abrumpit, & aras,
Et juſſit falſos enſe perire choros.
Et ſcelus avertit vetus, & fruſtantia dona,
* Prò grato monitum rex Danielis habet.
RUrsùs adorabat vaſtum fera turba draconem,
Qui clauſus nigrâ ſibilat in ſpecula.
Terrificum Numen, maculis turgeſcit & aluus,
Squamea prò rigidâ tegmina pelle tegunt.
Atque procelloſis immenſa volumina ſpiris
Attrahit, & guttis ſtat maculata cutis.
Sibilat & coluber, menſæque aſſuetus iniquæ,
Offert ad ductos colla ſuperba cibos.
Perſtrepitat clauſus foveâ, rigidaque cavernâ,
Dignus tantiſper prò feritate coli.
Hunc poſcit precibus Babylon, & turba piorum,
Ipſe aperit diram,certa barathra gulam.
Faucibus expectat prædam, celer arripit eſcam:
* Sed potuit Daniel ſic prohibère ſcelus
REx juvenem appellat, tali tum flagitat ore:
An ſerpens numen nunç manifeſtus erat.
Et contrà Daniel, colubri quid vita valebit,
Si perit, & noſtro more perire poteſt.
Si mihi permiſſum fuerit tibi quidquid apertè
Oſtendam numen jam deïtatis inops.
Jus verſum juveni, tum facta licentia regis,
Exprobet ut divos, congenereſque probet.
Ex adipe hinc Daniel, tum ſetis decoquit offam,
Et petiit nigri mox penetrale lacus.

Digitized by Google

icit & massam monstro, quod faucibus hausit,
lateries pinguis, quò medicatus adeps.
eries medio diffusa revolvitur ore,
t sistit summa jam resoluta gula.
itur in siccum coluber, tum concutit alas,
ec valet objectum dente movere cibum.
repuit terrâ disrupto gutture serpens,
t se conversa mole remittit humi.
gentes irâ pulsæ, & mutabile vulgus,
.ox cunctas replent seditione vias.
ɔa sacerdotū stimulat, tū murmur inhorret,
ɔtruncare patrem dira caterva petit.
ferans plateis populus prò numine læso,
ɔstulat in medio vi feriente virum.
valet ingentem princeps sedare tumultum:
tulit & patrem, quò furor ater adest.
Orripiunt juuenem dirè, nodisque revinctum,
Iniciunt tetro, quò fera cruda, lacu.
terga horrentes quatiunt villosa leones;
ıi septem numero, sunt totidem furiæ.
fectorum monstris duo corpora dantur,
pecudes præbent more recente duas.
e fames gravius crescat, stimulusque furoris,
rba vetat clausis prima tributa feris.
venis miseros lanient crudeliùs artus,
liter hi statuunt, sed renuente Deo.
animùm parcunt patrem violare leones,
us & plantis procubuere leves.
:tu placido pedibus stant mitius agno,
mulcent claudis, oscula summa ferunt.
oties currum Phæbus devexit ab ortu,
Daniel circum vana pericla videt.
:u vatem semper pia monstra salutant.
circum plaudunt, concutiuntque jubas.
ı mira poli, senis grex ille debus:
inuit gustu; nec nocet atra fames.

Judeis

JUdæis Habacuc quidam degebat in arvis,
  Innocuus vita, conſilioque gravis.
Carmèlo noſtræ legis ſub monte profeſſor,
  Dicitur ad patriam parte fuiſſe Levi.
Pulmentum coxit, parvæque obſonia menſæ,
  Cum pane in manibus, cum dapibuſque venit
Ut ferat in campo dulces meſſoribus eſcas,
  Angelus ad medium pervolat altus iter.
Obvius his rapidè compellat vocibus illum,
  Siſte Habacuc, longæ meta peracta viæ.
Ad muros Babylonis iter converte, nec obſtes,
  Quò Daniel languet, comprimiturque fame.
Porrige tu vati tecum mox quidquid edendi,
  Et quid decocti, quid Cerealis habes.
Aſt Habacuc; Babylon nobis ignota, nec umquã
  Oblitus tantas me tenuiſſe vias.
Tum capite arripuit vatem, tenuitque capillo
  Angelus, & roſeâ fert per inane manu.
Chaldæos fines ſuperant, gradiuntur ad oras,
  Quò jam murorum lata corona patet.
Et cernunt ſummæ fumare cacumina turris,
  Angelus & rapida [illegible]endit ad ima rota.
Et penetrant clauſam foveam, capuloque relicto,
  Incluſum penetrant vi ſuperante lacũ.
Accurſu primo ſuſpenſus in aere vates
  Offert permixtas pane calente dapes.
Uir Domini, Daniel, Daniel, te diſcute terra,
  Accipe, tum parvo membra refecta leves.
De nutu Domini parvæ frugalia menſæ,
  Ne prorsùs longa poſſis obire fame.
Sic oblata pater, vatiſque cibaria ſumit,
  Veſcitur, & Domino poſt benedicta dedit.
Aſt Habacuc ſublimis abit, tum crinibus aclum:
* Angelus hunc confert, conſtituitque loco.
SEptima lux cœlo tandem revocata niteſcit,
  Rex venit ad dirum corde gemente ſitum.

Hor-

'rendis credit Danielis dentibus artus
ıfractos,signum nec supereſſe ſolo.
:enta at poſtquā ſummis videt acta fineſtris,
t juvenis flexas ad pia crura feras.
ue illum placidos inter recubare leones
ſpicit, & duro monſtra nitere ſpecu.
iferans,Daniel,Daniel,tibi Numen amicum
'ertere nunc video ſub ditione polum.
ıoſtra artificis fuerint figmenta nefandi:
Iumina & hoc præter non aliena puto.
edere intereâ;tum mecum concipe fœdus.
'ſque mihi carus,tum celebrandus eris.
it à foveâ Daniel,diràque cavernâ,
ulcher & incolumis,ceù priùs ipſe fuit.
ue repertores memorandi criminis ipſos
d fera demitti rex citus antra jubet.
:cedem ut capiant fraudis,cultuſq; nefandi;
lauditur in tetro turba coacta lacu.
ue oculis hauſere feri nova membra leones,
lorribiles vates ut ſaliere ſuper.
ue minutatim lacerant præ dentibus artus,
t pinguis miſero ſanguine ſpumat humus.
læ relliquiæ,neve oſſa tepentia terrâ
pparent,crimen,quod peperere luunt.
vatem claudī ſpecubus, monſtriſque referri,
ſt advertendum non cecidiſſe ſemel.
uſus bis lacubus,bis cuncta pericula vadit;
umine dum vati ſtat propiore Deus.
Armeli ex cuneis,ſanctiſq;ſodalibus Eſdras
Cœperat hoc triſti tempore mira loqui.
ı longū tempus,ſequitur trigeſimus annus,
uò dirè vinclis gens Solymæa gemit.
ubi nulla ſibi tandem fuga viſa malorum,
xcepit curam volvere corde gravem.
:œlos oculos vertit,palmaſque tetendit;
: dixit miti triſtia verba ſono.

Alte Deus, mens ſacra, potens, tu rector Olympi
Conſurgens tandem nunc miſerere Sion.
Quid Babylon noſtris toties decoranda trophæis,
Quæ ſcelere immanis, tum feritate potens.
Aſpice, ceù populus, quondam tua cura, favorq;
Pergemat exilio, compedibuſque ſonet.
Cædibus atque hoſtes circum, ſpoliiſque ſuperbi
Inſiſtunt culpis, iniciuntque minas.
Gens infeſta polo gaudet, plauditque choreis,
Illudit noſtris gens ſcelerata malis.
Placare Omnipotens, veniæque accinge benignæ,
* Iſraèl premitur, ſidereumque genus.

ASt Deus æthereo tegit inſcrutabile cœlo
Judicium, & tetrà nube recondit opus.
Angelicos miſit ſummâ regione miniſtros,
Qui mentem vatis mox revocare queant.
Inter præclaras mentes, Superumque cohortes,
Urièl gradibus, muneribuſque micat.
Hunc Deus accerſit, tum juſſis imbuit altis,
Ut doceat vatem, corripiatque preces.
Ad juſſum Uriel niveas citus induit alas,
Et tranat ventos mox, liquidumque ſecat.
Atque ſuas noſtro malas accomodat ori;
Illius è vultu nox tenebroſa fugit.
Atq; Eſdram graviter meditantem jurgia cœlo
Corripuit ſubitis, increpuitque notis.
Quid petis humanâ cœli ſublimia mente
Percipere, & Domini tu penetrare vias?
Tres nobis aperi cauſas, & maximus eſto;
Atque unam ex rebus ſcito aperire tribus.
Si facies ſic dignus eris, cui ſidera mentem,
Et petat excelſus cuncta referre Deus.
Nunc mihi tu flammæ pondus perſcribe volantis;
Aut metire citus, quà volat aura, viam.
Aut potius, ſi fortè tibi duo dura videntur;
Præteritam propera nunc revocare diem.

De

re difficili, contrâ ſubit excitus Eſdras;
Ieù ultrâ humanum cuncta petita genus.
e precor, nec plura petas, nimis ardua quæris:
An tantum mentes non ſaliere virum.
gelus inſiſtit contrâ, & gravis intonat ore,
Ardua percontor, quâ ratione probas?
mox ſcitarer, quæ ſint minùs obvia vobis,
Non equidem fueris nunc rationis egens.
vobis quot regna maris ſub corde reſidunt;
Lurida quot venas ſubter Abyſſus alit.
ut quot ſidereæ labunr confinia lymphæ:
Quot fontes felix ſeù Paradiſus habet:
'unc benè concludes te te ignorare, quod opto,
Non etenim cœli ſub regione manes.
Ieve tenebroſis penetraſti tartara lucis:
Jntima nec vaſtæ viſcera menſus humi.
ed te dè rebus, quas tu nunc vivis, & inter,
Ex quibus & factus, compoſituſque viges.
Deque die, quæ tranſit enim, de ſole rogavi,
Nec noſcis lateri quæ jacuere tuo.
Illarum ignoras cauſam, & primordia rerum,
Quæ coram vultu luminibuſve tenes.
Judicia & valeas penetrare altiſſima cœli?
Teque tuum ſuprâ nunc relevare genus?
Quæ vix angelicis detecta cohortibus eſſent,
Et ſunt ſupremis vix retegenda choris.
Deſine te dicto accendi, & moderamina lingue
Sumas; mens grandis, conſiliumque Deo eſt.
Cur carpis populo corrupto tempore mores?
Impunes vadant qui nocuere magis?
Hæc Eſdræ pars ſumma fuit viſique, precũmq;
Sæpiùs is cœlum, moltotieſque, videt.
Sæpiùs huic lucens patuit cortina polorum,
Et videt humanis, quæ minus apta forent.
Multa ex illius narrantur apocriſa ſcriptis:
Hic quoque perverſæ partẽ habuere manus.

 Ac

Digitized by Google

Ac narrata tenus, quæ cantu pertulit Esdras,
Debeo nunc alio volvere vela salo.
Me Daniel vocitat monstri speculator in axe,
Qui mira hoc tanto tempore visa tulit.
Quatuor hinc venti totidem de partibus Orbis;
Bellua de summis visa quaterna plagis.
Quæque nec aspectu similis, nec consona setis;
Nec parili cœli radit aperta gradu.
Nempè monarchias terræ sub fronte futuras
Aspicit, has species dum retulere feræ.
Et flabra Eurorum magno resonantia motu,
Prælia significant, quæ peragenda forent.
Bellua sub torvâ simulavit fronte Leænam,
Cui aquilæ in tergo substitit ala levi.
Chaldæi imperiũ promptu est, quod tẽpore floret
Isto, quò sacro visa reclusa patri.
More Aquilæ, surgit quò non velocius ullum,
Quod plura edebat funera more feræ.
Et propè procedit puris regionibus ursus,
Qui pingit villis Persica sceptra suis.
Plurima nam bello subeunt incommoda Persæ,
Et tenuit longus per vaga fata labor.
Nempè ursus patiens semper, nec inertia tardat;
Excurrit captum regna remota cibos.
Atq;aptis Pardus Græcorum regnâ figuris
Pingit, cui tergo prouocat ala vias.
Fortis Alexandri speciem dedit ista propinquam
Bellua, quæ reliquas captat odore feras.
Demum terribili procedit bellva motu,
Et gerit in tumidà cornua fronte decem.
Imperium Romæ simulata perennius ista,
Quæ bellis vicit regna priora suis.
Cornibus & totidem reges sub fine futuros
Pingit, post regni finis acerba venit.
Illius & parvum furit inter tempora cornu:
Cornua ad illius cuncta reflexa decus.

Pin-

igitur hoc viso Christus, qui præsidet orbi,
Qui cunctas vicit, qui domuitque plagas.
visum expositũ, Daniel quod percipit umbrà
Rebus in humanis sors ea sæpè furit.
TEmporis ad longi spatiũ, quò Balthasar altè
Stringit sublimi regia sceptra throno.
d portam Ulai (Susis sic porta vocatur)
Visit terrificis monstra redacta modis.
Iixtarum rerum species, atque ora ferarum;
Et visa aëriis tum simulacra uiis.
dæas rerum obscuras, rapidasque figuras;
Atria nec facili sunt reserata fore.
Hinc Aries vastæ venit dè parte paludis,
Se multâ volvens lumina mole tenet.
Cornua succedunt, quorumque excelsius unum.
Visum sub tumidâ crescere fronte magis.
Et cornu occiduas calefactus ventilat oras:
Huic præbet felix ala Aquilonis iter.
Post ferit Atlantis cornu confine superbo.
Et reliquæ contrâ non valvere feræ.
Nec minui vis tanta potest, atq; impetus ingens;
Et vicit cunctas, obtinuitque plagas.
Post furit occiduis celeber de partibus Hircus;
Nec tangit mira prò levitate plagam.
Aspectu totius fines telluris obumbrat:
Terribilis visu, tum violentus init.
Ex oculis cornu dirè consurgit acutum;
Passu ocyx; fuluus pectore, fronte minax.
Arietis adversùs frontem subnititur altè,
Illius è villis cuncta trophæa rapit.
Neve Aries valuit Capri superare furorem;
Prostenitque illum, tum pede tundit atrox.
Et dux Caprorum cunctis citus instrepit oris:
Horrendè plures vicit adultus oves.
Corruit huic cornu melius dè fronte revulsũ:
Cornua sed citius quattuor inde virent.

Quattuor hæc ventis diſtincta plagalibus horrēt,
Ex illo fracto ſunt rediviva tamen.
Ex ſerie illorum viſum tunc tortile cornu
Exire,ardentes quâ facit auſter agros.
Sic contrâ auſtralem velox hoc deſurit oram, *
Et regna horrendo vaſtat Eoa ſono.
Jam pergit felix, nec quævis fortia contrâ,
Cui Fama ad ſummum viſa ſalire polum.
Nec cœli contrâ,rapto nec ſidera curſu;
Quin cum ſideribus fingit habere locum.
Cœlorumque duci compar, tum principe maj[illegible]
Uiſum,qui ſummo robore cinctus ovat.
Nempè incenſa ſibi, Diuumq; exoptat honores,
Dicit ab excelsâ mente tenere genus.
Atque illi in multis ſpirat reverentia terris:
Araque odorato fumat amæna foco.
Prævalet ulteriùs,dum facta potentia major,
Ob cujus cœli canduit ira ſcelus.
Totq;inter ſpecies,tot monſtra volantia cœlo,
Vox rapidè mediis nubibus acta tonat.
Quo tantis monſtrum ſic prævalet uſque ruinis,
Abrogat & cœli jura ſacrata ſibi?
Anne diù vis tanta foret,ſceleriſque poteſtas,
Fulminibus Domini num viduata manus?
Reſpondetque alius primo,loquiturque viciſſim
(Sidereis aulis ambo fuere duces.)
Bis mille,& ducet ſoles Aurora trecentos,
Hoc ſpatium diri triſte furoris erit.
Poſt cultus Domini,tum ſacra novabitur ara,
* Omnis & ad priſcum reſtituetur honos.

ATtonito Daniel ſpectabat myſtica motu,
Atque oculos circum fert,retrahitq; ſuos,
Aſpectu iſtorum pendet,ſtat mente refixâ,
Attamen haud facili ſingula mente capit.
Cui Gabriel roſeis venit pulcherrimus alis
Aſpectu inſignis,tum choreis nitidus.

Au-

Digitized by Google

Aurea cui pulchrè ſinibus diviſa duobus.
Circumdat pectus, tum cita crura clamis.
Purpureus tergo crepitans volitabat amictus;
Et vinctus ſuras crura cothurnus init.
Hic volitat, tum juſſa facit, ſe librat ad auras,
Et ſiſtit, Daniel quà tremefactus hiat.
Corruit ad terram pronus, tetigitque remiſsâ
Fronte ſolum, ſubſtat per Gabrielis opem.
Diſcute te, vates, gradibus conſiſte ſupremis;
Tum ſummi pulcher nuncius Axis ait.
Ipſe ego per fuſcam tot viſa recondita noctem
Explano, verbum corde repende meum.
Ipſe ego venturi te fata noviſſima regni
Perdoceam, & juſto tempore quæ veniant.
Cornibus inſultans Aries, tum fronte ſuperbâ,
Depingit vultu Mædica ſceptra ſuo.
Et quoque Perſarum regnum deſcribitur olli.
Poſt venit è celſis horridus Hircus agris.
Græcorum ſic regna ſcias; Ubi flexile cornu,
E mediâ cernes fronte micare ſibi.
Hoc cornu præſigne foret rex primus eorum,
Qui plura in dextro prælia Marte gerit.
Quattuor inſurgent hoc fracto cornua cornu
Illorum cernes regna quaterna ducum.
Partibus imperium totidem ſcindetur in arctis,
Quot capient functo ſceptra priore viri.
Poſt ſcelus infandũ referet fera ſigna ſub auras,
Et virtus fugiens regna remota petet.
Rex ferus inſurget, regnique adipiſcitur oras,
Cui nullus rigidas ſtat pudor ante genas.
Sors tutatur eum, latè confine ſuperbum
Depandet regni, nec potè ferre modum.
Porvolat, & multis felix dominatur in oris:
Illius ex oculis arma, duceſque cadent.
Concidet is tàndem, ſummi cum terminus axis,
Qui dextrà ſceptrum ferre perenne velit.

Digitized by Google

Viſcrum tibi fata patent;ego vertor Olympo :
Tu Daniel memori mente relapſa tene.
Sic ait,& liquidum ſecuit ſublimibus alis
* Angelus, expleto munere lætus abit.
HÆc Daniel viſit, noctiſue ænigmata ſolvit.
Quæ fuerint demùm,quo fuerintve modo.
Ciru ſ adumbratus,tum vaſto fine Darius,
Qui domuit multas ex aquilone plagas.
Et qui divitiis Aſiæ,gemmiſque ſuperbus
Imperium nigros duxit ad Æthiopes.
Et Babylon claris gemuit viduata trophæis,
Egyptum,Pontum mox,Libiamque premet.
Atque hinc Gambyſes,regnique infamia Xerſes,
Qui montes tranat,tum freta vaſta ſalit.
Poſt Græci invicti,nec paruum nomen, Atridæ.
Horrendum bellis intonuere ſuis.
Quos inter primos nituiſſe Philippica proles
Dicitur,& ſortem mox terruiſſe comâ.
Ad cujus mortem fines,atque oppida capta
Quattuor en ducibus ſunt reſoluta quater.
Ilicet Egyptum ſubiit Ptolomæus opimam,
Quà Nilus ſeptem cornibus arva ferit.
Seleucus Syriam frænat; dat jura nitenti
Hinc Aſiæ(Mavors dum ſinit) Antigonus.
Fortis Arideus domuit Lacedemona bello:
* Atque inter ſeſe tunc cojere duces.
Sed noſtris felix devenit olimpias aruis,
Pythagoram terris quò viguiſſe ferunt.
Carmelo Sophiæ libaſtomata veræ;
Seque inter noſtros inſerit ille choros.
Virtutes pulchras,tum ſacra ſilentia linguæ,
Atque habitus illum noſtra palæſtra docet.
Cui vita inſignis,cunctoque elucida motu
Inflectit cilium prò probitate virum.
Cujus præclaros primum deſcribimus ortus,
Natales ducit Sole ſinente Samo.

Illum

Illum cœruleis primum Phœnicia regnis
  Vidit, Carmeli quà ſacra terga patent.
Deſalit ad montem, temploque acceptus honeſto,
  Vidit clarorum cuncta ſacella patrum.
Concurrunt iſti ad juvenem, dextramque fidelẽ
  Adjungunt, illi dos veneranda fuit.
Sicnè ſacer noſtros lætus ſubis advena fines?
  Quò vitæ modulos, conſiliumque capis.
Quò ratio noſtros agit ad moralia greſsus,
  Et virtus miros eſt meditata modos.
Sæpè jugi ſylvas peragrans, geniique receptus
  Illecebras fugit, compoſuitque caput.
Clarorum ſemper viſens collegia patrum,
  Illorum vitæ candida jura legit.
Miraturque etenim verſam ad communia legẽ,
  Aſpera tum tergis pallia ducta piis.
Iſtaque diſcipulos docuit, vitæque tenorem
  Adſcripſit, virtus quò capienda foret.
Adſcivit legem cœli, tum jura ſilendi,
  Atque albis cingi veſtibus inde jubet.
More Eſſenorum juvenes collegia fundunt,
  Queis vetuit ſapiens, quæ vetuere patres.
Moribus innocuis etiam pius imbuit agmens
* Pendere nocturnis facta diurna moris.
BAlthaſar intereà vocat ad convivia plures;
  Regifico ſtatim menſa parata modo.
Magnates regni veniunt, proceresque ſuperbi:
  Omnis inauratis gens epulata thoris.
Luxuria reflvunt ſpondæ, mappæque recentes,
  Gemmeaque auratis emicat anſa ſciphis,
Et ſpecies varianda dapum, ſenſuſque vocatus:
  Quiſque replet ventrem rore labella tenus.
Fervet opus luxu, menſæ tabularia fumant;
  Et redit expletà turba miniſtra manu.
Veſtibus inſignes radiant longo ordine turmæ
  Indulgent propriæ vi ſatiante gulæ.

Digitized by Google

Extemplò mensis venit conviva superbis
Alecto,& diros concinit ore modos.
Atque voluntatem stimulat regisque,ducumque
Expetere à sacra vasa revulsa domo .
Vasa Jerusalem manibus sublata nefandis
Per medias substat,proh scelus acre,dapes.
Atque coronantur Bacco;rex improbus hausit,
Et dedit alterius mox repetenda manu ,
Et miscent ludos inter,fractosque cachinnos ;
Et referunt multis verba prophana jocis.
Femineæque manus gaudent,fastuque superbo
Divinas pellex ore reposcit opes.
Atque inter medium spumat lascivia Baccum ,
* Est victor pejus,qui graviusque canit.
AST Deus è cœlo, propriū qui curat honorem
Criminibus cernit crimina adaucta novis.
Vasaque sacrati reddi sic vilia Templi:
Infandum ulcisci jam meditatur opus ,
Luminis adversus speciem,radiosque lucernæ.
Continuò umbroso turbine monstra vident.
Cernuntur circâ muros remeabilis aulæ
Tres digiti dubiis linquere scripta notis .
Atq;apicū incertus sensus,brevibusque character
Clauditur à punctis:littera terna fuit.
Certa sub ambiguo legitur sententia mortis :
* Nec quisquam sensus prævalet esse capax .
REginæ monitu Daniel accitur in aulâ:
Rex jubet ambiguas ferre sub aure notas.
Præmia proposuit multis duplicanda trophæis ;
Et Daniel tali post movet ora sono .
Ingentem luctum,versamque obnuncio sortem ,
Princeps,haud equidem talia ferre velim.
Venit summa dies regni, mortisque per umbrã,
Per dirum facinus cuncta sepulta vides.
Aurea vos manibus fœdastis vasa prophanis ,
Atque habitus cœli prò levitate lebes.
Ver-

Verbaque dixistis fumo salientia cœlo ;
Vos modò vicinis colla parate malis.
Iste apicum sensus, quem Numinis ira notavit ;
En mihi volventi diriguere genæ. (tur,
Unde Mane, Thecel, atq; Phares, tria verba legun-
Accipias verbis nunc tria fata tribus.
Volve Mane; Imperio tempus fatale propinquat.
Chaldæo, illius nec minus umbra foret.
Per Thecel; Equatis Dñus te lancibus aptum,
Appendit, dudum visus habere minùs.
Perq; Phares; Mædi, & Persæ tua regna resument,
* Ea mortem, & luctum nil tibi, præter erit.
REx vatē amplexus collū citò torquib. aptat,
Purpureàque jubet terga nitere togâ.
Is gravia auditu quamvis, tum dura tulisset,
Ingenti vatem fecit honore coli.
Prò quo speraret duros evadere casus.
Veh miser, excelso cum tenor axe venit.
Vi rapidâ venit Cyrus, tum mænia cingit,
Et multà inclusos arte fefellit heros.
Celsa per Euphratem Babylon distenditur amnē,
Qui fortes cives, impavidosque facit.
Atque alium fluvio Cyrus transcribere cursum
Obcupit, ut siccis transeat ala viis.
Ingentesque sinus fodit, terræque cavernas,
Innumeras cumulat vi celerante scrobes.
Chaldæi indulgent somno, vinoque madentes
Non flectunt tantis nescia corda malis.
Ignari substant pugnæ, incertique pericli:
Numquam sperabant quæ propiora forent.
Irridet cunctis Babylon fortissima pugnis,
Dum solidos vasto mergit in amne pedes.
Nec minus ingenium Cyri crudeliter urget,
Festinat tacitos arte movere dolos.
Donec transversas flumium percurrere valles,
Edocet, & sicco semita calle patet.

Invadunt urbem, regemque ad tuta trucidant,
* Insultat rapidus bellipotentis equus.
NEc minus & Cyro carus, quā substitit olim
Chaldæis Daniel, tum peramandus erat.
Præfecit cunctis, multoque adstrinxit amore;
Utque illi imperii sepofuisset onus.
Integer inventus, tum cunctis dexter agendis
Rebus, consiliis marte, quiete potens.
Sed Dea dumtaxat vatis fugit invida nomen,
Obturat vili lumina torva manu.
Illius, & nomen graviter, graviusque tulere
Ductores, lævum sic meditantur opus.
Utq; animo excideret regis, rueretque retrorsum,
Et perimat sanctum nex inopina patrem.
Instinctu illorum prohibet rex æthera posci
In precibus, cupiens jura referre Deo.
Ni facerent, damnat morti, lacubusque recludi;
Horrida tum diri præda leonis eant.
Nec Daniel dubitat juri divina prophano
Præferre, & solito Numen honore tenet.
Lumina Jerusalem vertens hic Numen adorat;
Et terna repetit vota beata vice.
Quod dictum regi, facinusque aversus obodit
Princeps, tum sanctum lædere velle patrem.
Instigat populus, strepitu sonat invida turba;
Hunc ad supplicium prò bonitate petunt.
Inuitus rex damrat eum benè credidit ipsum
Exire incolumen, dum favor Axis erit.
Mittitur in foveam Daniel; præsentia regis
Adstat, ne vatem spontè minister agat.
Regiis obscuri lapidem notat annulus antri;
Ne queat ad fraudem quisque aperire lacu.
Rex abiit lacrymans, lecto super adstitit æger:
* Se somno abstinuit, continuitque dape.
AUrora & postquā spondis Tithona reliquit,
Per colla & roseas pectit eburna comas.
Rex

Rex fulchro rapidus surgit, tum lintêa liquit,
Et venit ingressu, vestibuloque lacus.
Fornice dum summo nigri patet exitus autri;
Magnatum turbà rex comitante venit.
Et sedet adspectu foveæ, supereminet orco:
Singultu vocitans impediente patrem.
Serve Dei, Daniel, Daniel tibi vita vigetne?
An fera crudeli bellva dente premit?
An Deus incolumẽ, ut potius reor ipse, reservat,
Haud ope qui servis deficiente favet.
Inferior Daniel cclamat; dulcisque per antrum,
Jam patris ad regem vox resoluta salit.
Vivo equidem; Deus ex alto mihi favit Olympo;
Angelus & nostrum constitit ante latus.
Hic firmus fuit, & celerum premit ora Leonum,
* Ne possint sęvo dente nocere mihi.
Extemplò lætus patrem rex imperat antro
Deducizis misso fune superna petit.
Pulcher & incolumis, viridi ceù rure vagatus
Exiit, & nitidas stat decor ante genas.
Rex offensores patris, cupidosque remitti
Mutata citiùs damnat ad antra vice.
Illorum uxores iunctim, prolesque sequaces,
Ilicet is pœna, supplicioque petit.
Hi miserè vincti, quò princeps destinat, ibant.
Et subeunt pœnam, quam peperere modò.
Hosque cruentato rapidè leo corripit ore
* Illorum memebris, visceribusque tumet.
IN lucem edictum cunctis regionibus exit
Regis, & illius notificatur agris.
Ut cuncti teneant Numen, quod sanctùs adorat
Sic Daniel, solùm quod pietate madet.
Hinc Daniel multis vixit laudabilis annis,
Atque omnis patrem *P*ersidis ora stupet.
Dum pius oblongis populis dat iura Darius;
Et Cyrus dignè Persica sceptra tulit.

FA-



Digitized by Google



FASTORUM

IN ELIADÆ INCUNABULIS

LIBER IV.

(dor?
QUò rapitis Charites? mentē quis cōcitat ar-
Non mihi ſublimis Bellerophontis equus.
Quò poſſim aeriis volitare licentiùs oris,
Atque Promethæi furta novare ducis.
Nulla ſuperborum nobis redimicula vatum,
Muſa nec aurato ſtat Sophoclæa pede.
Aſt ego gramineâ,cujuſq;unde undique gramē
Tempora de vili fronde recincta geram.
Tu Sacra Relligio cigni velut alba colore,
Tu noſtrum dulci rore refunde caput.
Tu candore ſtylum , & noſtram tege maxima
Lætus eo veſtris,Diva,ſub auſpiciis. (mentē,
Sancta Parens cœli ſedes electa replere,
Quàm ſpiras geſtis ingenioſa tuis.
Tu primū Angelico clauſtris ſtruis agmina more,
Egreſſa à ſummo vera magiſtra polo.
Tuque prophetarū jungis per clauſtra maniplos ,
Virgineaſque trahis per bona fata manus.
Tu cœleſte genus , primordia ducis ab axe,
Deſinat & quæquam ſe tibi ferre parem.
Alma parens ſic ſubſtat Opis,Diuumq;virumq;
Et fert turritas ducta leone comas.

Sic

Sic Natura ſuas centum diſcincta papillas
Pignora materno cuncta liquore replet.
Nilus & æthereâ cum jam caput occulat urnâ
Tot fontes gignit, tot fluvioſque parit.
Pythagoras comes, & vitæ ſervator honeſtæ
Hic fuit, & morum jura probata legit.
A quò cœleſtis manat ſapientia regni;
Aſt te Carmèli ſacra palæſtra docet.
Tu quoque luſtratis geſtans humeralia tergis,
Carmèli inſignem diſcis habere modum.
Et quoque diſcipulos clamidis candore recingis
Et ſtruis illuſtres jure ſilente viros.
Tu quoque per rectos ducens veſtigia calles,
Per vitium diſcis non maculare ſinum.
Sic mea Relligio quarumvis mater, & authrix,
Regina ex alto ſic dominata jugo.
Juventrix ſacri moris, fideique magiſtra,
Angelicos cœli ſic imitata choros.
Tu princeps mundi, Domini tutata decorem,
Quam cœlum promptâ ſic adamavit ope.
Elias extremum viuus ſervatur in æuum;
Sic quoque ſub vivo filia patre viges.
Ex tot ſacrorum numeris, vatumque catervis,
Ad ſeſe Daniel pectora cuncta rapit.
Care pater, quis tanta queat tua dicere facta,
Aut quæ poſtremò, quæ magis ante legam.
Aſt nunc Suſannæ caſum referamus ad auras,
Illius & verſos ad mala fata ſenes.
Propter honeſtatem Daniel ſic fervidus orat,
Illius & cœli fulgura voce tonant.
Elcyæ ſoboles mulier Babylone manebat,
Inſignis formâ, compoſitiſve genis.
Olli nam ſpeciem cœli Deus imprimit ori,
Humanum vellet oum decorare genus.
Centum formarum mixtum ſub fronte redundat
Sunt huic diverſum quæ ſpecioſa vigent.

Frons

Frons huic lata ſatis, puroque argentea gyro,
Quò ſolium exponit, quò ſpatiatur Amor.
Et geminas flectit cilii curvamine ſtellas,
Cladem ducentes, naufragiumque malis.
Siderei refluunt roſeâ cervice capilli,
Nec jactat nitidas nunc Ariadna comas.
Gemmaque ſerpentis ſubſtat prò limite crinis,
Non licitè amplecti lactea colla ſinit.
Viſuntur geminis florere roſaria malis,
Talia non ſinibus pulchra Damaſcus alit.
Labris viuus honor, propiùs quæ pallor inumbrat
Jactat quæ vivi, puniceique Tyros.
Spiritus huic formæ puro velamine fulget,
Fulget ab externis intima forma bonis.
Nempè pudicitiã ſervat mens caſta, nec umquã
Auſa maritalem clàm violare fidem.
Nam digno conjuncta viro paribuſque jugata
Ominibus, nodus corda pudicus habet.
Aſt Joacym vir nomen habet, proaviſq; ſuperbus
Servat & ingenuos gloria multa lares.
Cui multi ad campum fines, ad mœnia ſedes:
* Illius & clarum nomen in urbe ſonat.

HUic domus inſignis, viridi tũ proxima luco
Surgebat, ſaxis, porticibuſque nitens.
Veſtibulum illius felix circumdabat hortus;
Heſperii tantùm non oluere ſinus.
Cui pulchri fines, & non æquabilis ordo,
Atque pavimentum flore comante nitet.
Ingenioſa ſolo varios Natura colores,
Finxerat; Ars compto filia more venit.
Florida de variis radiabant compita pompis,
Atria tum cœli campus aperta videt.
Serpit ſub cultis diviſa vialibus herba:
Culturam ſpirat, munditiemque locus.
Obiciunt oculis viridem saga gramina formam,
Quæ Nymphæ felix dextra legentis amat.

Com-

Digitized by Google

Composita areolis halant violaria longis,
Floribus in quadro limite buxus adest.
Hinc variæ species diverso tempore florum,
Pars radis fruitur, pars nive ducta viget.
Illìc Narcissus, tum germen Adonidis almi
Nascitur, & circum mollis Acanthus olet.
Tulipæ, & longas complexa Sysimbria valles,
Nardus, à longis stat Cyclaminus agris.
Et Crocus insurgit, propiùs pulcherrima Smylax
Atque alii foliis, cespitibusque leves.
Nec desunt calles, quò centum marmore puro
Resplendent formæ, nobilitantque situm.
Et vitrei fontes, refluit laberynthus aquarum,
* Millenas texit lympha serena vias.
PRæcipuè fons pulcher erat, tü candida moles
Ars numquàm melius permeditata decus.
Unda sub ingenti refluit translucida conchâ;
Quæ recipit lato pulchra fluenta sinu.
Per labra ipsius felix alabastrina molis
Mollia despectans tela Cupido jacit.
In medio Delphin puras vomit aureus undas,
Illius & dorsum cærula Doris agit.
E tubulis transmissa gradu ruit unda sonanti,
Candida felici rore theatra madent.
Per liquidum rosactus adest, decurrit & infrà,
Argenta & circum sic liquefacta cadunt.
Ad morem vitrei cœli cristallina moles:
* Texitur, inque imo murmurat unda vado.
CApta decore loci multis Susanna vagatur
Matronis, fluvio tum speculata genas.
Florentemque sinum, & varios legit obvia calles,
Et tenero rutilas colligit ungue rosas.
Intereà aspectus graviter telluris hiabat,
Ad Solem; hæc multo cocta calore riget.
Et canis ignìto Phæbi vaga plaustra rotatu
Insequitur, sedem dum petit Erigonis.

Im-

Impatiens æſtus lucum cito quærit opacum,
  Suſanna, & dulces fronde tegente ſinus.
Nec famulæ deſunt matris propriora tenentes,
  Adſiſtunt lateri, colloquiiſque favent.
Suſanna extemplò fontis perducta decore,
  Quærit ſub gelido membra lavare lacu.
Et clauſtrum claudi juſſit, tum vectibus arctis
  Muniri, & cunctos ſcindit honeſta ſinus.
Quin famulæ mandat ſponſi ſub ſede nitenti,
  Ut plena aurata vaſa liquore ferat.
Ungeret ut corpus nardo, myrrhaque ſuperba,
  Et membra unguenti perlita rore riget.
Ad nutū ancillæ Dominā ſub fonte relinquunt,
  Quæ nitet officiis valdè decora ſuis.
Infelix mulier membris opobalſama quærit,
  Quæ mox infames debet inire notas.
Nam proceres quidam illius dulcedine formæ:
* Capti, perquirunt vi ſuperare decus.
FOrtè ſenes gemini, properæ tū pabula mortis
  Obſcęnis flammis oſſa repleta tenent.
Hocque diù cupiunt, tempus meditantur, & horas
  Quò poſſint juſtis ſollicitare modis.
Atq; die ſtatuunt ipſo, quo membra lavacro
  Hæc confert, aliquos percumulare dolos.
Magnates ipſi urbis erant, prò judice ſubſtant:
  Tanta illis vultu ſtat manifeſta fides.
Nam crines albi fidei ſunt ſigna decoræ,
  Sic petis in rigidâ vivere flamina nive?
Hi furtim ingreſſi fines, variiſque retecti
  Arboribus, cupidè ſic ſpeculantur eam.
Atq; hanc fundentē lympharum aſpergine corpus
  Spectant, & calidum commovet unda rogum.
Et formâ moti, captique cupidine patres,
  Arripiunt vanæ tempus inane ſpei.
Fornicibus florum ſpeculâ gradiuntur apertâ,
  Et mediæ reſonant fronde ſtrepente viæ.

Im-

Improvisè adsunt ipso velocius igne,
Qui trahit, ad gelidam currit uterque pyram.
Quid faciat misera, & mentë citò sustulit horror
Quæ via, quo sese proripiatque modo?
Exoptat mortem mulier, mors absuit atrox,
Et ruber insignes stat pudor ante genas.
Ut melius potuit corpus velamine mundo
Protegit, atque illis exprobat atra viam.
Cur petitis nostrum graviter violare pudorem:
* Quæ clausa ad proprios adsto misella lares?
Tunc duplex senior brevibus dedit ista loquelis:
Dum captos duro rete tenebat amor.
Susanna ad nostras accinge quiescere voces,
Si proprium mulier quæris amare bonum.
Consona sin pulchro substat clementia vultu,
Ossibus accensi tum miserere rogi.
Nos graviter mala flãma tenet, te quærimus am-
Servitium durum ferre coegit Amor. (bo,
Nec tu rugosam formam, & labentia crura
Temnas, Vulcano sic quoque juncta Venus.
Quare age vel mitis nostro assentire dolori,
Atque sub umbrosis prona recumbe thoris.
Ni facias tibi triste malum, dum cogis amantes,
In tenues iras vertere blanditias.
Progressique foras tota resonabimus urbe
Cum quodam obscœnam te recubare viro.
Dicemus vidisse, fidem reverentia ducet;
Procvmbet vitæ fama pudica tuæ.
Ast mulier tum casta gemit, seducta duobus
Fatis, nam pendens oderat alterutrum.
Nescia se verti, facinusque aversa negavit,
Et Famæ timuit dura pericla levis.
Hinc agitat vitæ præsens jactura pudicæ;
Hinc timet ultoris sæva flagella Dei.
Elegit meliùs, quamquam sibi durius esset,
Nec se se tali vult maculare lue.

Pro-

Propter honestatem partes sibi legit amaras:
* Sed tota auxilio spes sibi fixa Dei.
ANnosi proceres solidam divellere quercum,
Dum nequeunt, nullam vim tenuere minæ.
Exclamant rapidè, verbisque tonantibus audent,
Adque ad vicinum vociferantur iter.
Currite vos populi, tantum temeraria coniux,
Audet, cum puero concubuisse tulit.
Nos testes, juvenem fugientem vidimus ambo,
Cernite ceù pellex stet sine veste palàm.
Et gaudet pectus, nudasque ostendere mammas:
Sic meretrix lecti spernis iniqua fidem?
Heu heu sub nostris devenit adultera palmis:
Nunc ad judicium morte pianda lues.
Concurrit populus, quamvis sit credere durum,
Et mussat variis turba coacta viis.
Nempè pudicitiam noscunt mulieris, & omnes,
Ingenuos actus, egregiumque caput.
Implorant Divos, cupiuntque absolvere matrem:
* Ast tandèm invenit sordida lingua fidem.
CRiminis authores proceres, durusque senatus
Coguntur, circum fulva corona sedet.
Judiciumq; ineunt, crimen scrutantur, & instant,
Et vincta trahitur fœmina casta manu.
Ipsa verecundo texit velamine vultum,
Lumina demissa fronte modesta cadunt.
Obscæni patres retrahi velamen ab ore
Obcupiunt, illis dum satietur amor.
Pascitur à pulchro veterum lascivia uultu,
Objurgant illi voce minante scelus.
Post morti tradunt, ductis infamia saxis,
Subsit, tum lapidum monte sepulta cadat.
Detrahitur mulier, populus lacrymatur in urbe,
Et falsò matrem turba secuta ream.
Cœlum obtestantur, gravior sententia patrum,
Quod tam formosa fœmina fronte ruat.

Ibat

Ibat ad excidium mæſto circumdata luctu
* Suſanna; heu pietas hæc tua cauſa, veni.
AST Deus ex alto radiat jucundus Olympo,
Inſontes cujus mens propè ſemper adeſt.
Ebibit & vero mentem Danielis, ut alte
Luceat inſontis non violatus honor.
Nequitiamq;ſenum docuit, ſtimuloſque furoris,
Mendaci linguæ nevè adhibenda fides.
Inſurgit Daniel cœli circumlitus aurâ,
Et gravis excelſa voce tonare cupit.
Menſque magiſtratus,populique frequentia vati
* Arriſit ; rapidis incipit ille notis.
CUr juſti cives , ſeries digniſſima patrum,
Munìtis veſtro grande favore ſcelus.
Inſons hæc mulier, cujus verecundia vultu
Fœmineo docuit nunc reticere modo.
Propter honeſtatem,nec enim ſcelus occidet illa,
Siſtite, tum juſta pendite lance malum.
Et numquam vobis verum mendacia vincant,
Suſannæ falſas quæſo abolete notas .
Morte ſenes digni caſtam tentare petentes,
Atque hoc vicinis aggrediuntur agris.
Se petit infelix domus ad pomaria ferre,
Solari ut tandem membra calore levet.
Cancellos claudens horto , cupienſque videri,
Nec minus ancillis , tàm decorata fuit.
Aſt gemini veteres tempus ſpeculantur iniquũ,
Quò poſſint ſanctum clàm violare ſinum.
Et ſupter clivos , mixtique umbracula florum;
Incluſi furtim conlatitare petunt.
Sin ſolito ad fontem veniſſet fœmina greſſu,
Dum patrios eſſet ſæpè vagata ſitus.
Et tandem venit, duroſque refrigerat æſtus
Suſanna, & lymphis pectus aperta rigat.
Infandique ſenes correpto tempore currunt,
Adiciuntque preces, obiciuntque minas.

Cum-

Digitized by Google

Cumque illa cupiunt explere libidinis æstus
Sed jam blanditiis non locus ullus erat.
Prò quò commoti patres, hostesquepudoris,
Mutato fingunt ordine crimen ei.
Ite piæ gentes, civem defendite vestram;
Edictum duplicnm vos reprobate senum.
Sed mihi causa senum, scelerisque examen iniqui
Ferte illos ad me, vos remanete palàm.
Et verum illorum faciam citus ore referri
Tunc omnes currunt; impediuntque necem.
Et Joacym vir movit eos, sanctique pudoris:
* Hæc mulier custos, ingenuumque caput.
INfandique senes coràm Daniele relati
Discordi falsum voce tulere scelus.
Quisque suo infelix alieno discrepat ore,
Nec simul inventi reque, modoque pares.
Quisquis diversa vidisse sub arbore furtum
Jactat, mendaces tunc patuere soni.
Solvitur ex ipso dignis matrona triumphis,
Et ruit in diros gens violenta procos.
Et vita illorum condigna piacula sumunt,
Turbine saxorum percumulantur humi.
Hic nostri Danielis honor, quo vindice crimen,
Tollitur, & coniux intemerata micat.
Ac narrata tenus Susannæ fama pudicæ
Punitumque scelus, judiciumque patris.
Vertor ad historiam nostram, ceptosque labores:
* Nam reliqui Daniel me meminisse jubet.
VOtum prò populis summo pius edidit axe
Vincula dum victis sic diuturna sonant.
Et Deus oranti vertit citò lumina patri,
Promittens vinclis tempus adesse breve.
Huic Gabriel roseis volitans apparuit alis,
Auratoque levem discutit ore metum
Nunciat adventum distincto tempore Christi
Debeat æthereas qui reserare fores.

Sup-

Digitized by Google

Supplicat & Daniel Cyrum prò pace ſuorum,
Ut gentes manicis,carceribuſve levet?
Mitteret ad patriam tandem, ſic poſcere Numen
Edocet, & tantùm concinuiſſe patres.
Indulget princeps patri, tum liberat ultrò,
Ad patrios vadit liber Hebreus agros.
Atque facultatem tribuit quoq; Templa ſtruendi
Ut poſſit vero ſacra litare Deo.
Inſtauratque iterum ſacris ſolemnia muris:
* Munera tum Domino ritè priora ferat.
PErgunt Jeruſalem cuncti lætanter Hebræi,
Dum rex illorum ſacra, focoſque probat.
Nam cogit Danielis amor, nomenque Tonantis,
Quem numquam factis degenerare videt.
Perſarum imperio ſubjecta per oppida Cyrus
Scribit,tum venit cuncta per ora tenor.
Audeat ut nemo turbare ſacraria cœli,
Quin cuncti auxilium dent, opibuſque juvent.
Conferrentque manus,operas,fabrilia,nummos,
Et ſaxa, argentum, materiemque,trabes.
Lætius ut Dño ſuperum conſurgat Aſylum,
Ad quod Judæi relligione fluant.
Pergunt Judæi, quibus expectata tot annos,
Ad priſcum poſſint dum remeare, dies.
Doctoreſque ſimul, quorum princeps Zerobabel,
Aſt ducit Daniel ſub Babylone moras.
Ut regi adſiſtat, preſtò præſentia cujus
Sit patriæ, & regem mox tueatur apud.
Heu, heu quid faciat? ſævit violentia gentis,
* Structuram Templi quæ tolerare nèquit.
Cyrus per Thomyrim fundens cũ ſanguine vitã,
Liquit Gambiſi Perſica ſceptra ſuo.
Atque ad Gambyſen gentes ſcripſere malignæ,
Ne ſinat ad ſinem culmina celſa trahi.
Ne ſinat ulteriùs ſtructuræ inſiſtere molis,
Ni gens ulciſci tot mala vincla velit.

In-

Infesta evadat versisque audacia fatis
Venit, gens lapso tempore clara fuit.
Obiciunt regi, vastis regionibus olim,
Quòd gens sub multis sit dominata plagis.
Pro quo Gambyses Judę prohibere colonis
Institit, haud licitè progrediantur opus.
Interrupta manet mòles, opera alta quiescunt:
* Sternuntur mediis marmora secta viis.
NI Zerobabelis Judæ sapientia prosit,
Jam numquam moli ductus adesset apex.
Hujus & insignis multum facundia regi
Adplacet, & mixto verba diserta sale.
Ductores inter resonat discordia verbis,
Quidne potens esset, quid validumne magis?
Prò pulchro Hebræus subiit certamina vero
Ductor, tum dictis comprobat omne suis.
Rex fulchris spectans sensum sedet arbiter altis,
Hebræi dictis, propositoque favet.
llius & graviter trahitur dulcedine linguæ;
Atque ipsi amplectens oscula chara dedit.
t jubet ulteriùs duci sublimius urbem,
Et struere excelsæ tecta sacrata domus.
d[illegible] sublimem duci fastigia molem,
Nec quisquam tantum rumpere possit opus.
rvet opus rursùm, Templi structura novatur,
Quam circum vigiles percrepuere manus.
Nterea Daniel, quoniam nil liquit inausum
Famæ, mundanum morte repressit iter.
ade pater, neque enim quidquam valuere Ca-
De te quid cecini vile, minusque fuit. (menæ
onstraque felici vidit nitidissima vultu,
Atria sublimis stant adaperta poli.
de pater, nec mente cadat pulcherrimus Ordo,
Iæc quævis fuerint regna fuere tua.
St curans validè sacri Deus Ordinis auctus,
Non alios fecit monte deesse patres.

G Qui

Qui ſint rectores regni, vitæque magiſtri,
Qui pungant fratrum per tria vota pedes.
Ilicet Ægeum noſtris Deus excitat oris
Vatem, cui plenè candida vita micat.
Parte Levitarum nivea ſub ſede ſacerdos,
De quo fit noſtro gloria multa gregi.
Illi Zaccharias ſocius, duo lumina morum,
Plurima qui vero præſcius ore canit.
Iſte Barachiæ ſoboles, pius arbiter axis,
Myſtica cui cœli fata videre datur.
Aſſiſtunt pariter Templo, faſtigia duci
Hortantur, verbis, conſilio ve movent.
De grege noſtrorum numerus ſic grādis abundat,
De rebus ſtatuunt, temporibuſque ſimul.
GLoria Carmeli ſed nūc nimis ampla videtur,
Illius & variis lex ſpatiata locis.
Ordinis augentur fines, nova regna propinquant,
Nempè Eſſenorum turba ſacrata venit.
Quorum ſcriptores certant detexere laudes,
Quos admiratur jam plaga cuncta ſoli.
Plinius hos ſpectat; Solinus laudibus ornat,
Mirati patres, perpetuumque genus.
Quorum Pytagoras vitæ ratione vigebat,
Atque hoc diſcipulis vivere more dedit.
Eſſæique etiam dicti, gens ſacra, potenſque,
Quorum de vita ſæcula cuncta ſtupent.
His Domini ſemper viget obſervantia legis,
Nec cœlum mundo præpoſuiſſe volunt.
Hæc ſacra de noſtris proceſſit ſecta colonis
Ad noſtros quævis pertinet illa choros.
Coguntúrque ſimul clauſtro, parentque magiſtro,
Qui nutu tantùm pectora cuncta movet.
Cultibus addicti cœli, communibus arvis
Viuunt, & multo membra rigore domant.
Aggreſſiq; aliquid Domini ſine laudibus umquā,
Semper & Angelicus perſonat ore modus.

Ele-

ecti juvenes iſtic magis indole digni,
Qui cupiunt parili clauſtra ſubire gradu.
nper compoſitæ ſacrata ſilentia linguæ
Inſtaurant, cœlos mente, animoque tenent.
cinctique ſtolis albis, cui vita nitori
Reſpondet, geſtis, tegminibuſque pares.
arima per varias fundunt ſacraria terras,
Majeſtas Domini dum coleretur humi.
mineas, ajunt, etiam viguiſſe cohortes
Taliter, & viduas, virgineaſque manus
cibus inſignes Domino inſtaurare melodem,
Dum vox fœmineo dulcior ore venit.
s noſtro felix manabat ab Ordine vita;
Quæ tamen Eſſæos cauſa vocavit eos?
Eliſeo etenim nomen delabitur illis,
Ex ipſo nomen ſic tenuere patres.
jurandum illis cœli ſervare decorem;
Et tria ſupremo ſolvere vota Deo.
itiamque ſequi, veſci communibus eſcis;
Odiſſe infandi quid, ſceleriſve foret.
rtutis caſtæ primùm tenor adfuit illis,
Et fugiunt Venerem, connugioque carent.
is ſacra, inſignis, cunctis adamabilis ævis,
ntegra, tum vero relligioſa modo.
noſtro Elia tales gradiuntur alumni,
Qui ſacras leges more parentis alunt.
ulgent muſis, tũ texunt carmina tythmis,
Hæc [illegible] compoſitâ carmina voce canunt.
Nclita ſe noſtri offert annalibus Eſther;
Nunc benè ſit faſtis applicuiſſe manus.
ueri coniux, roſeis pulcherrima malis,
Et vixit noſtros inter alumna choros.
nobium variis ſitibus ſtruxere phalanges
fœmineæ, & ſacris, carminibuſque favent.
pudor ingenuus, maliſq; modeſtia ſplendet,
audibus & vitam mox, ſtudiiſque terunt?

Digitized by Google

Nobilis & teneras redocet matrona puellas,
Eliadum pulchro vivere more ſtruit.
Eſther ipſa fuit tali de parte prophetes,
Et ſubiit ſacram clara puella domum.
Hanc Deus ob finem pulchrum, requiemq; ſuorũ,
Regali voluit jam ſociare thoro.
Ut ſe Perſarum roſeis locet aurea ſpondis,
Ingenteſque inter ſponſa micaret opes.
Hinc Artaxerſes Perſarum regna ſuperbus
Accipit, atque alio nomine Longimanus.
Hic vagus & populis patrias oſtendere pompas,
Et multum regno conciliare decus.
Porticibus longis ſedis viridaria circum,
Inſolito fecit more parare dapes.
Invitatque omnes ſimul ad convivia gentes,
Ductores claros, inferiuſque genus.
Centum octoginta remanet conviva diebus;
Surgunt per virides celſa theatra ſitus.
Tantane Perſarum fuerit jactantia luxus?
Immixtique locis, ordinibuſque duces.
Et munda auratis ſoluunt velamina fulchris,
Omnis & ingenti menſa redundat ope.
Conſurgunt variis contexta ſedilia gemmis,
Undique quæ radiis, divitiſque fluunt.
Uelaque de fulvo pendent hyacintina tecto,
Uiſuntur levibus, quæ fluitare notis.
Surgunt aërei tentoria picta coloris,
Quò ſubter tegitur vix numeranda manus.
Splendor ineſt circum, radiant ſpectacula menſæ;
Argentum, & niveum ſede refulget ebur.
Byſſina purpureis refluunt vaga lintea ſpondis,
Ut melius poſſit vix retinere decus.
Puniceis tunicis, auroque rigentibus halant
Ductores, felix texta cucurrit acus.
Per vaga ſuffuſi reſonant tabulata ſpadones;
Scitque voluptates ſenſus habere ſuas.

F

Feliceſque lyræ,& dulci crotolyſtria motu,
Et mediis reſonant ſiſtra reducta choris.
Pingernæ ſagulis pictis;menſæque miniſtri
Apponunt leni quæ ſpecioſa gulæ.
Auratiſque ferunt guſtus ſolamina vaſis,
Et menſa ex variâ fumat onuſta dape.
Expreſſa è prælis veniunt bona vina Falernis,
Atque coronati ſtant adamante ſcyphi.
Et decor in lycnis,ſpumatque lebetibus aurum,
Atque epulæ guſtu,luxuriàque madent.
Quidquid odorati mollis fovet ora Canopi,
Nativis quidquid colligit Indus agris.
Ambroſiâ redolent lances,tum mellibus Hyblæ,
Jucundo atque omnis menſa ſapore calet.
Rex medio in cœtu clarâ ſublimis ab æde
Eminet, & junctos fronte nitente beat.
Intextum gemmis pendet velamen ab alto,
Et rutilant mediis ſydera picta tholis.
Regali velum profert umbracula ſedi,
Et ſolium aulæis occupat omne ſuis.
Et ſuper auratis cortina recondita loris,
Et circum regis ſtegmata clara micant.
Sol nitet in medio, Perſarum inſignia regum,
Quò multâ circum luce pyropus ineſt.
Ex auro ſolium, moleſque ſmaragdina ſurgit;
* Cumque operis ipſis ars quoque clara viget.
UT captus menſas tandē tenor attigit altas,
Et ſumunt tumidis vina recocta genis.
Concitus ex Bacco reginam appellat in aulâ
Princeps,atque illi nuncia plura tulit.
Abnuit & mulier,ſponſi nec paret amori
Vaſthi, fœmineo more ſuperba negat.
Hinc amor in ſævam regis convertitur iram,
Contemni ex illâ corde dolente tulit.
Illius & thalamum graviter, tædaſque peroſus,
Et fugit ſpretum duris adire thorum.

Magnates ineunt cœtum de rege,domoque,
Reginæ haud ſenſum,perfidiamque probant.
Uxorìque monent alii ſe jungere regem
Quævis grata magis,tum ſocialis erit.
Tollitur à regno Uaſthi,teriturque ſuperbum
Connugium,læſi tanta repulſa thori.
Eligiturque magis felix , & nobilis uxor
* A patribus,regi quæ magè grata foret.
HInc noſtra apparet malis rutilantib.Eſther,
Eque Palæſtino ducitur alma ſinu.
Pulchrior atque omnes inter micat ipſa puellas,
Atque aptus toto corpore venit honor.
Frons eboris moles,ciliumque Cupidinis arcus,
Sydereas referunt lumina viva faces.
Et coma fulgenti deſcendit concolor auro,
Et decus in roſeis fulget Aprile genis.
Spiritus in membris, comptus dulcedine motus,
Cui Charitum greſſus eſt comitata cohors.
Atque animæ virtus puro velamine fulget,
* Ceù cœli in fulvis gloria ſyderibus.
HÆc Virgo ad primũ viduata parẽtib. alget;
In teneris annis ſors ſibi læva fuit.
Mardocheus tectis parvam ſuſcepit alendam,
Qui ſibi prò patruo,pro genitore fuit.
Illius in ſtudiis,vigilique puellula curâ
Creſcit,nève ſeni filia grata magis.
Poſt infantiles cum jam traduceret annos
Ducitur ad ſacros caſta puella choros.
Quò Domini ad cultũ vigilant muliebria clauſtra
Inſtructa ætherea fœmina lege nitet.
Matronis nimium ſpirans adamabilis Eſther
Illarum mentes,conciliatque decus.
Rite videbatur ſub fronte viraginis altæ
Gloria Hebræorum,tum radiare ſalus.
E clauſtris trahitur,tantùm decreverat axis,
Gens Domini è cujus libera fronte foret.

Digitized by Google

Ornata incedit, crines circumligat auro;
* Illius & quamvis forma ſine arte micat.
AD regem in ſponſam variâ regione puellæ
Mittuntur, claris quæ micuere genis.
Fulgida virgineæ gradiuntur ad atria turmæ,
Elegat ut princeps, quæ ſibi grata magis.
Atque puellarum fertur cuſtodia diro
Egæo, charus qui ſpado regis erat.
Evenere chori; nituit formoſior Eſther;
Ceù mage florenti jam roſa plebe rubet.
Cinthia ſic curru cœlos conſcendit eburno,
Atque aptat fulvis alba liguſtra comis.
Aurato niveos ducit temone juvencos;
Concolor argento pectus amictus obit.
Stellarũ chorus omnis adeſt, facibuſque ſupernis
Reginæ excelſum concomitantur iter.
Taliter è cunctis regina reluxerat Eſther,
Et magè virgineis it ſpecioſa choris.
Quoſcumque ornatus, quæcumque decentia crini
Formoſæ Ægeus ſpontè procurat heræ.
E cunctis tantùm ſplendet ſelecta puellis:
Neve audet quævis ſe ſibi ferre parem.
Hanc comitatur honos, tũ ſacra modeſtia frõtis,
Et propriis ſpirans lucida forma bonis.
Sed nos illius thalamos ſociare jugales
* Poſcimus, atque brevi rumpere texta morâ.
IUngere nunc patrem noſtris Annalib. Eſdrã,
Gloria qui noſtri, egregiumque decus.
Illi Aron dè parte Levinam fluxit origo,
Inſignis vitâ ſub Babylone micat.
Inter doctorum noſtras ſacer aſſecla turbas,
Traduxit multâ qui probitate dies.
Eliadum caput ipſe fuit, quò tempore vixit,
Et noſtro paſcit monte magiſter oves.
Excelſus doctor, cujus ſapientia cunctis
Altior, & latè concelebranda venit.

Illius nam grande ſonat nomenque, decuſque,
Conſilio ipſius regna, duceſque vigent.
Extitit è cunctis Perſarum gratior urbi,
Præcipuè & multo regis amore calet.
Majeſtate nitens, vero dulciſſimus ore,
Qui legem Domini, tum monimenta docet.
Curat enim quæcumque Dei, regiſque decori
Adſint, quæ populos, Eliadaſque juvent.
Adque Eſdram venit ſolemnis epiſtola regis,
Dulcis regales ſtat decor ante notas.
Atque Artaxerſes verbis ſublimibus Eſdram
Alloquitur, multis exprimit alta ſonis.
Doctoremque vocat legis, primumque magiſtrũ,
In cujus manibus ſtat decus omne poli:
Jeruſalem ſi fortè velis convolvere greſſus,
Dum Templi moles ſurgat ahena Deo.
Quique Sacerdotes tecum, quicumque Levitæ
Adventent, juſsis elige cuncta tuis.
Judæas capiant oras, patriæque propinquẽt,
Atque illùc nutu cuncta revolve levi.
Hinc Deus & veſter, quo non mihi fortior alter
Adſit, qui cœlis jura ſuperna tenet.
Inſtaurate illi pulchro ſolemnia fano,
Illius & ſacram tu moderare domum.
Agmina ſint illìc veſtros ſtipantia greſsus
Et populus templo munera ſpontè ferat.
Et dè divitiis templo, Dominoque relatis
Lætus emas ſacris, quæ magis apta forent.
Scilicet in vitulos, pecudes, libamina, fines;
Ut ſacris fumet victima digna focis.
Et quæcumque forent argenti pondera, & auri,
Solvite pro templo, quæ pretioſa vigent.
Atque voluntatem juxtà ſit Numinis omne
Ueſtri, vel mentem vos penetrate ſuam.
Si tamen expenſis Domino majora requiris,
Præter & adſcriptum jam ſuper ipſa rogas.

The-

Thesauris nostris sumas quæcumque libenter,
Ad nutum sumas quæque talenta tuum.
Talia mandamus nostræ custodibus arcæ,
Ut capias lætus quamque reposcis opem.
Libera gens Domini solitis sit cuncta tributis,
Ex illâ annonam nec sibi quisque legat.
Sic fiat vestro Numen mihi mitius ore,
Nec nostrum celso fulminet axe caput.
Quin quoq; judicium populi tibi grande remitto,
Sub te Judæus judice lætus ovet.
Ut doceas cunctos, Domini quæ grata, revolvant
* Quod facias.. Nostri summa tenoris adest.
LEtitiâ exultans Esdras spe nobilis auræ,
Invitat plures ad sacra tecta viros.
Colligit Hebræos diversis finibus orbis
Visere securo tecta priora pede.
Atq; ineunt cœtum; statuunt de rebus, & urbe,
Et fingunt sacris aurea vota tholis.
Solemnes celebrant soles: dux omnibus Esdras,
Cœpit & Hebræis jurare ferre choris.
Conjugium dirũ reprobat cum sanguine gentis,
Et quemquam æquales jussit inire thoros.
Multorum assensu statuit divortia lecti,
* Et sunt gentilis vincla dirempta facis.
EXin se regi roseis sub motibus Esther
Offert, & pulchrâ candida mole venit.
Inceditque gravi passu, vultuque modesto,
Per colla auratus crinis eburna fluit.
Rex formâ illius capitur, præque omnibus unã
Eligit, & nimio captus amore tenet.
Nàm roseo Uirgo apparet nitidissima vultu.
Deque hùc connubio vox replicata sonat.
Rex festas statuit luces, & nobile tempus:
De tali resonant Persica regna die.
Aulæis picti muri, florumque tapetis;
Splendent per medias picta theatra vias,

Plurima per festos surgunt spectacula ludos ;
Divitiis latis, tecta, viæque fluunt.
Elæum spatium statuunt, circoque salutant
Victores, cursu cum quatiuntur, equos.
Rex relevat populum datio, solitisque tributis,
Omnia compositâ regna quiete silent.
Quin rex magnifico duplicat convivia more ;
Ilicet auratis mensa parata thoris.
Rex sedet in medio; propiùs pulcherrima cõjux
* Sedit: ceù claro sydera sole, micat.

ASt mulier quamvis celso sub culmine fixa
Non humili sistit corde rogare Deum.
Mardochei puro nunquam de corde recessit
Dulcis amor, sanctum sed venerata patrem.
Illius curæ meminit, fractique laboris,
Cum tenera illius cu[illegible]ante pedes.
Colloquio semper fruitur vaga filia patris:
Præfecit rebus, ceu potuisse datum.
Moreque magnatum patrem præfecit in aulâ:
* Nàm quovis pietas invenit alma locum.

SEd nunc Mardochei prodest solertia regi,
Illius & nituit forte tremente fides.
Nã gemini Eunuchi regem obtruncare sub aulâ
Decernunt, humeris tum resecare caput.
Occultam ad fraudem noctis sub tegmine sidi
Jam statuit certum mens scelerata modum
Rumorem sensit senior, dubiumque susurrum,
Et furtim cunctos ebibit aure sonos.
Omnia reginæ retulit, quæ sedula sponsum
Commonet ad proprium pervigilare caput.
Detectâ rex fraude furit, punitque rebelles,
Illorum durâ corpora fixa cruci.
Codice regali, sedisque Annalibus omne
Scribitur, excelsi gratia summa senis.
Mardocheique fides memori sic traditur ævo,
Ut factis capiat præmia digna suis.

Re-

Regina intereà cines tutatur Hebræos,
Pro quibus hæc regni culmina tanta salit.
Neve oblita sui mulier dignissima civis,
* Inclita quæ formâ, non pietate minus,
TUnc gratus regi totâ regnabat in aulâ,
Præ cunctis nimiâ sorte superbus Aman.
Quem regis tumidum favor ad sublimia tollit,
Ut nemo excepto principe major erat.
Ille quidem sic multa putat, dum crine vagantē
Est visus sortem corripuisse manu.
Elatusque animis graviter, genioque superbus,
Est vanum tumidâ mole remensus iter.
Evolat excelsum ductor sublimibus alis,
Et talem ascensum lapsus iniquus habet.
Quò transit gradibus flexis hunc vulgus adorat
Et cadit in media garrula turba via.
Majestas sic culta fuit; dum more deorum:
* Noscitur; en cœlis quis superesset honor?
ASt dux Mardocheus, cujus prudentia rerum
Ingens, hunc tali noscere more vetat.
Diffugit à cultu, genibusque occurrere flexis
Abnuit, ut Domino tantus habendus honor.
Judæique omnes, pietas quos sancta coegit
Solum sub tanto noscere more Jovem.
Intumuit sceleratus Aman, tum canduit irâ,
Et tacita quærit mente necare genus.
Ulcisci irrisum citiùs meditatur honorem,
In quemquam illorum, qui decorare negant.
Obtruncare virum, duramque refellere gentem
Obcupit, & statuit mente tacente modum.
Atque adiit regem, causam cœlavit, & artem;
Ex illo ad cladem regia jura petit.
Tollere de medio, si quis sub ritibus axem
Diversis noscat, supplicibusque sonis.
Persarumque Deos renuat cognoscere ritu,
Relligio quorum tam decorata fuit.

Tùm color in verbis, pingit mendacia linguæ:
Nunciat & salvos sic fore regis agros.
Atque arcas regis multis onerare talentis
Spondet, tùm proprios hìc reserare lares.
Si quid defuerit datii pro gente peremptà:
Regia tùm multo fænore damna tegit.
Annuit & Princeps, votoque inflectitur ultrò;
Dum faciat, regis cuncta tributa cadant.
Regali articulos gemma quoq; compserat atros;
* Illius arbitrio volvat ut omne suo.

AD Satrapas regni scripsit, quòcumq; moretur
Notus de claro nomine regis Aman.
De medio tolli cunctos citò jussit Hebræos;
Nec quisquam vità mox superesse queat.
Nec parcant senibus, propriisque infantia cunis
Sit rea, tùm pariter vir, mulierque cadat.
Undique cursores mittit, cædisque ministros,
Et certa statuit funera tanta die.
Lugent Judæi, rigidus stetit artubus horror,
Cum resonant diræ nuncia tanta necis.
Cunctis ante oculos tempus, tum nigrior hora,
Quò debent parili morte gravare solum.
Figitur edictum portis properanter, ut illi
* Possint de propria volvere fronte notas.

HAud quit Mardocheus tantos tolerare dolores,
Et gradibus senior vix remanere valet.
Cervicem tristi deturpat pulvere supplex,
Et corpus multo fune senile ligat.
Reginæ mortis metam, excidiumque suorum
Nunciat, atque Esther plena dolore cadit.
Infelix languet, pectus percussa pudicum,
Et lacrymis molles fert medefacta sinus.
Crudelem legem, tum non mutabile jussum
Sensit; sed vigili prompta cucurrit ope.
Et triduò Domino servat jejunia supplex,
Et summum pura voce precata Jovem.

Et

Digitized by Google

Et charo quærit coram se ferre marito,
  Ut cunctas teneat, quas via monstrat, opes.
Quod gravius sibi adesse videt, madidumq; periclo
* Præsentem quemquam non tulit ira viri.
REgina ad morē pulchros percompserat artus,
  Purpureo cinxit membra venusta sinu.
Et gemma premit articulos, crinēq; vagantem,
  Et roseus toto spiritus ore venit.
Et tali ornatu coram delata marito
  Apparet, tacito venit honesta gradu.
Et famulæ gressus Dominæ comitantur heriles,
  Quæque suis propiùs prompta sub officiis.
Reginæque sinus longos, orasve fluentes
  Sustentant, pulchram tum comitantur herā.
Ipsa etenim sociis procedit nixa puellis,
  Gratia tum secum, subsequiturque decor.
Ingressum solii primum speculata superbi
  Regis, de subito concidit icta metu.
Iratusque oculos sponsus vibravit in illam:
* Dum solium illius se prohibente petat.
REgina ardentes oculos dum cernit, & ora;
  Pallet, & ornatas stat violata genas.
Inclinata caput tergo procumbit earum,
  Quæ sistunt lateri, tum comitantur iter.
Occurrens solio sponsus descendit eburno,
  Et fulcit propriâ languida membra manu.
Alloquitur clemens. Surgas, mea nobilis Esther,
  Ipse etenim frater, non tibi sponsus ero.
Percontere, licet, capias quæcumque libenter;
  Si sceptri partes, imperiique velis.
Sic ait, & dextram citiùs, virgamque tetendit,
  Auratam, signum quod pietatis erat.
Paulatìm rediere animi, primusque cucurrit
  Sanguis, tum vivâ lumina fronte micant.
Surrexit primùm, & summæ dedit oscula virgæ,
  Tollere dum lapsum quit rediviva caput.

Exopto,

Exopto, mi dulcis amor, si digna videbor,
Ut pergas epulis mane favere meis.
Et mensis mecum sedeas conviva parandis,
Et tecum pariter subsit amatus Aman.
Sic mulier loquitur; sponsus; Do cuncta libenter,
* Vadas, tum mensam cum venit hora, pares.
REx venit, & sedis picto discumbit in ostro,
Et micat ad dextrum candida sponsa latus.
Rex mitis tunc poscit eam domitante Lieo,
Quis fuit adventus, quæ sibi causa precum?
Ipsaque venturæ pariter discumbere mensæ
Postulat, & secum tum quoque pergat Amã.
Atque voluntatem mensis aperire futuris
* Spondet, rex certis annuit omne sonis.
HInc animis elatus Aman, tũ certus amore
Reginæ tumidus tecta paterna petit.
Quod dignata suis regina accersere mensis
Illum, dum cives perdere vellet atrox.
Dum peteret sua tecta ferox, venit obvius illi
Mardocheus, torvâ fronte revadit Aman.
Nevè salutari vidit, neque noscier olli,
Ilicet ulcisci mens inhonesta petit.
Exarsit sic dirus Aman; jussitque parari
Immanem sectâ de trabe porrò crucem.
Sic quinquaginta cubitis crux alta resurgit,
Quò dux Mardocheus per sua colla fluat.
Improba mens hominũ, cunctis incerta sub actis,
Quæ sæpè alteriùs dat sibi dira luem:
Durus Aman trabibus tollit fera signa resectis,
Quò versâ affigi debeat ipse vice.
Hæc pia cura poli, gravidos disperdere fastus:
* Sternere tum vili colla superba fimo.
INtereà Assuerus spondis instratus in altis:
Institit, & medio nox revoluta polo est.
ET nigros graviter luctatus carpere somnos,
Nec potis est oculos claudere posse suos.

Com-

Compressus vigili curâ, & nigrantibus horis,
 Cœperat insomni pervigilare thoro.
Prò quo dum leviter peragret fastidia noctis,
 Regali petiit voluere facta libro.
Quò casus regis, capitique adstantia fata
 Adscripta, & vitæ missa pericla suæ.
Hinc quoq; scripta fides; si quis discrimine regē
 Traxerit, ingenio distuleritque pio.
Mardochei princeps voluit pulcherrima facta,
 Illius & versam per bona fata fidem.
Hic jam de jugulo regis qui distulit ensem,
 Copula num diram sit mediatata necem.
Rex stupuit graviter relegens miratur, & horret,
 Quod fuit oblitus tot benefacta senis.
Scitaturque duces, quæ præmia digna tulisset
 Mardocheus, tantam qui sibi duxit opem?
Nil sumpsisse audit; pro quo commotus ab altâ
 Sponda se rapuit, composuitque sinum.
Auratâ ingentes tunicâ succingitur artus,
* Aurora & roseas duxit ab axe comas.

HUc se duxit Aman, atq; atria regis obintrat:
 Nàm matutino tempore surgit inops.
Dum tentet regem, de quo petit ipse licere,
 Mardocheus celsa dum cruce fata gemat.
Occursu primo rex illius inscius artis,
 Scitatus velox; consiliumque petit.
Si velit excelsè princeps extollere quendam,
 Quò sit condigni summus honoris apex.
Quanti vis valeat, tum magnificentia regis,
 Nevè ultrà illius progrediantur opes.
Quo debet se ferre modo, quid concipit artis,
 Dum mens obtentum possit habere suum.
Tunc respondit Aman (tales sibi sperat honores
 Conferri, & vano corda tumore replet.),
Non melius decorare potes, rex magne, merentē,
 Quam sua purpurea cingere membra toga.

Re-

Regali illius redimes diademate crines,
Per pia inauratus tempora ſplendor eat.
Atque tuo perductus equo per compita vadat,
Ut populus regis more ſalutet eum.
Claſſica tum reſonent circum,plauſuſq; videntũ:
Inflato tubicen concinat iſta modo.
Talis honor debetur ei, qui dignus amore
Regis, cum felix eſt meditatus opus.
Rex ait, hoc facias, regiſque inſignia tendas,
Atque pares fido cuncta trophæa duci.
Mardocheoque citus tantum molire decorem,
Nam fidei princeps debeo plura ſuæ.
Rumpe moras,ſonipemq;para,phalariſq;ſuperbũ,
* Et ſceptrum auratum, purpureamque togam.
PAlleſcit mutatus Aman, tranſcribitur hoſti
Gloria, tum jaculo ſaucius ipſe ſuo eſt.
Nevè obſtare valet, regis ſic celſa voluntas:
Se citus accingit juſſa ſuperba ſequi.
Inſtratumque auro ſonipem citò flectit, & illic
Mardocheum propria dat reſalire manu.
Auratum ſertum circum ſua tempora ducit;
Ipſe regit ſonipis fræna ſuperba pedes.
Ductorem trahit invitus, plateiſque per urbem,
Figere quem dura percupit ante cruci.
Sic verſum fatum, & ſortis variabilis ordo,
Heù non perfidiæ fidere quiſque velit.
Quid voluis nunc,triſtis Aman,te Parca popoſcit
* Hinc ſinit haud atrox, ulteriusque petit.
DIſcubuitq;Eſther pariter cum conjuge mẽſis:
Poſt aperit mentem docta puella ſuam.
O dulcis coniux,pro me duo ſola requiram,
Ut populo parcas damna referre meo.
Et vitam defende meam: ſi digna videbor:
Uxor nàm dira morte perempta cadet.
Meque,meumq;genus vaſta jam cæde repoſcit
Unus, qui regis perdere regna cupit.

Tur-

Digitized by Google

ırbatur rex torua tuens, atque horridus infit;
Quis nobis audet : tanta? quis author erit?
n fumus abiecti , nec vafta potentia Cyri
Proderit, ut noftræ coniugis ultor iners?
her tum contrà, digitoque obfignat eburno,
En coràm, quem nos cernimus, author adeft.
:us Amã tot damna movet, nec parcere difcit
Reginæ excelfæ; vel quibus ipfa favet.
pa vacat, rea facta tamen, fed fola fuiffem:
En populus tanto vel gemit excidio.
:m nunc fæuus Aman letho pervoluere juffit,
Atque omnes unâ luce necare viros.
:rte innocuo terram maculare cruore ;
Iam miferi contrà non peperere fcelus.
d patravit enim contrà Judæa juventus,
ıum cadere in tanto debet adempta die?
prompti femper vita defendere regem,
ınguine tum folium confolidare tuum.
etit ifte tuas dirè deperdere vires,
t Regis clemens commaculare decus.
ue tuis titulis nomen mifcere tyranni,
ui tua clementi numine regna foves.
cre fic regis perquirit amabile nomen,
:o quo tot gentes fic tua fræna petunt.
genus Hebreum quondam peramare folebas,
ro quo ftat certi pignus amoris adhuc.
ponfæ pius optat amor, tum nobilis Efdræ:
m diram cladem, barbariemque tue.
ugis ut princeps audit mitiffima verba,
: diram fraudem, quam meditatur Aman.
met, & malis volitat flagrantibus ignis,
rapidos mortis protulit ore fonos.
rat ut ligno pereat tàm peffimus author,
nfiliis ducens ad fcelerata fuis.
durus Aman ligno dependet eodem,
l fua quod patri tecta pararat atrox.

Pen-

Pendet ab infanda deducto pectore mole,
Horrida tum vitam sustulit aura suam.
Et rex Persarum mortis fera jussa refellit;
Ilicet Hebræi sorte nitente canunt.
Pro quibus adstaret reginæ adamabile nomen,
Quæ precibus regem flecteret alma piis.
Tu tandem mulier sacris nunc addita fastis.
Plaudas de nostris sic celebrata choris.
Sic canit auratis pro te Lezana libellis,
* Ordinis inventus firma columna sui.

SEd nunc si quisquā nostris venit assecla regnis
Præsignis vitâ tu Malachia fores.
Præclarus vates, nomen dedit Angelus olli,
Qui nitet in niveis intemeratus agris.
Et Zabulon de parte trahit natalia vates,
Post sacra sub nostrâ dogmata sede bibit.
Tandèm more patrum nostro tumulatus agello:
* Et digna à digno funere vita micat. (dram

MOenia fundantē Solymis nos liquimus Es-
Qui petit antiquis tecta novare locis.
Numine munitus regis, pulsusque savore,
Secum cum tota plurima pube manus.
Affixi circum steterant opera alta magistri,
Urbs jam consurgit, tum speciosa Sion.
Finitimæ gentes, Judæque obnoxia turba,
Structuram muri vi prohibere petunt.
Et quibus obstiterat Judææ gloria gentis,
Actus & ad punctum tam speciosus apex.
Coniurant contra, & sumptis opera omnia telis:
Conturbant, terrent ense minante fabros.
Omnia decutiunt terra murosque, trabesque,
* Exuruntque novas igne vorante fores.

ASt tunc Judæi, stimulis dux excitat Esdras
Immensam quærunt sic reparare luem.
Nuncia Persarum citius mittuntur ad oras,
Judæus regnat quò Nehemia ferox.

Nam

Nam regis ductor regnat Nehemia sub aula,
Mensis pingernæ munere vina dabat.
Sic Nehemia petit miseris succurrere muris,
Dum manibus regis pocula plena trahit.
Pocula de rubro replet gemmata Lieo,
Obtinet ex hilari principe quidquid amet.
Atque facultatem per muros urbis eundi
Impetrat, & patriam posse videre suam.
Illius aereis muros extollere regnis,
Ut juxtà placitum cuncta secundus agat.
Addit opes rexipse sibi, sonipesque feroces,
Robore militiæ, præsidioque juvat.
Munera largitur reginæ propter amorem,
Cunctaque regali nomine dona tegit.
Sic Nehemia venit, sociis patria alta revisens,
Ut proprià rebus consulat æde suis.
Cujus ad auxilium multi venere Lævitæ,
Atque ingens nostra parte caterua venit.
Et Carmelitæ monitu pia pectora firmant,
Ut Templi moles tunc operosa fluat.
Et muros, turresque struunt, centumque labori
Strictè incumbentes hìc micuere manus.
Dulcis amor patriæ, & veteris reverentia sacri,
* Et cunctos pietas mox revocata movet.
SEd specialis erat monitu præclarus, & auro
Melchias, nostrum qui profitetur ópus.
Quò poterat servator erat, nam maxima pubes
Huic fuit, & nostræ legis alumna tamen.
Ipse Rechab proles, strictè sua dogmata servat,
Illius & sequitur signa relicta pedis.
Multa sibi quamvis refluant patrimonia sedis;
Et titulis clari, muneribusque lares.
Attamen ad sacros argentum conterit usus,
Atque suis Domini tecta novabat agris.
Largitur quidquid sacris opus esset alumnis:
Jugera nempè illis, tùm duplicavit opes.
Ergo

Ergo hic cum tota ad patriæ moſimina prole,
Conſtitit, & fabros officioſus agit.
Sponte urbis partem, ſacris quæ proxima clauſtris
Iſtruit, & proprio de Lare dona tulit.
Ingentem ducit portam, quam vectibus arctis
Muniit, & fixo cardine pulſa gemit.
Stercoris hic cardo dictus, nam cuncta ſolebat
Hinc aqua permixto defluitare lutho.
Jeruſalem ſub monte manet, declivis ad infrà,
A cilio celſi pendet amœna jugi.
Ulteriore ſitu noſtris ſtant hoſtia clauſtris,
Quò torrens refluit, ſeù fluvialis aqua.
Hinc variis ſitibus noſtræ collegia prolis
Surgunt, & circum florida rura virent.
Culturæ hortorum vitantes otia vates
Incumbunt, ſacræ dum vacat hora precis.
Diffodiuntque ſinus, & rura ligonibus aptant,
* Et quærunt pingui proxima regna fimo.
VIcini fruſtrâ exterrent, diriſque repoſcunt
Vocibus in tanta rumpere mole decus.
Infeſtis ineunt telis, tum mœnia quaſſant,
Indeque per fines irrita turba fugit.
Judæique operis, muroque tenaciter hærent,
Et lata extremo mœnia fine tegunt.
Incurſum evitant gentis, tum tela latronum,
Nulla manum fabri vis revocare valet.
Turba ferox muro incumbens operatur & una,
Atque alia ſtringit tela tremenda manu.
Donec perfectis murorum pulchra coronis
Urbs micat, & capiti cuncta reducta ſuo.
Exin cantores variis confinibus illìc
Accerſunt, Domino dum reſonare queant.
Eliadum variis revocant tunc agmina clauſtris,
Et venit mixtis turba canora choris.
Carmèli illuſtris legio, qui dulcia ſemper
Præclara Domino carmina voce canunt.

De-

Deveniunt noſtri, tum dulci pſallere verſu
  Pergunt, vox mediis faucibus acta ſonat.
In decus eximium ducti ſic montis alumni
  Noſtri de cuncta gente fuere priùs.
Inſtaurant cœlis dulci modulamina voce,
* Ex omni ductus parte triumphus adeſt.
ASt decus heroum noſtræ pars alta catervæ
  Nunc duplicas clauſtris tu Mathania decus.
Abfuit haud tantis operis doctiſſimus Eſdras,
  Qui caput excelſum, tum ſacer author adeſt.
Et nutu regit ipſe patres, regit ipſe magiſtros,
  Illius & multo pondere verba cadunt.
Inſtituit ſtudium legis, rexitque theatrum,
  Quicumque ex populo pendet ab ore patris.
Ipſe perauratis ſacrata volumina verbis
  Explicat, Eliadum clara corona ſedet.
Ad vatum mentes obſcura dylemmata ſoluit,
  Nam dulcis patri mos,faciliſque fuit.
Oraclum reſerat ſacrum, quo pagina plena eſt,
  Edocet & verbis quantus habendus honor.
Diverſos libros primùm collegit in unum,
  Et luſtrat ſenſus, aſpera verba novat.
Ex iſtis multos Babylon ſcelerata peruſſit,
  Et pia ſub triſti tempore ſcripta ruunt.
Codicibus ſacris prodeſt ſolertia vatis,
  Qui memori rursùs mente priora canit.
Candentique ſtylo rursùs demiſſa novavit,
  Et ſunt ſub claris cuncta reducta notis.
Sic renovatur opus ſacrum, vatumque loquelæ,
  Cunctaque Lethæo fata remiſſa lacu.
Invenitque notas alias, vetereſque refellit,
  Et docet Hebræos his valuiſſe ſonis.
Scribarum inſtituit cuneum,cui Biblia nota,
  Explanet ſenſus, edoceatque viros.
Aſt omnes noſtro collegit ab Ordine ſcribas,
* Qui gentes poſſint fata docere poli.

In-

Intereà nostros spectans Samaria vocatus,
  Sanctorum claros est imitata modos.
Instituit cuneos varios, ritumque priorum,
  His Essenorum nomina clara dedit.
Et templum fundit, pictisque sacraria muris,
  Ex quo sub dura scysmata gente furunt.
Sed quia non tales, quamvis se fingere tales
  Quærunt, pro nihilo tunc valuere chori.
Atque prophanatis miscent solemnia pompis,
  Et feriunt stulti dona relata popæ.
Plebs fera, crudeles populi, exacrabile vulgus,
  Apta viatores gens spoliare magis.
Obfuit & nostris porrò, fictaque potentes
  Dicere se nobis relligione pares.
Fallitur & simplex vulgus, motumque colore,
  Illorum fallum deveneratur opus.
Nostram, atque illorum nullo discrimine turbam
  Noscit, comparent more, habituque simul.
Ex hoc sub nostris injuria multa catervis,
  Vincere quæ tantum nonpotuere nefas.
Atque habitus similis, sed multũ discrepat actus,
  Haud illi innocua post micuere manu.
Illorum interdum populis simulamina clarent,
  Non casti mores, compositique soni.
Noscuntur nostri, quorum manifesta nitescit
  Virtus, sub radiis sat patefacta suis.
Si Rabbinorum voluamus scrinia patrum,
  Mira per Essenos facta leguntur avos.
Quorum sub sacro viguit custodia Templo,
  Impensis pergunt sacra novare suis.
Incumbunt decori, tum picta sacraria curant,
  Nonaque mentali transfugit hora preci.
In ternas partes soliti dividere soles:
  Pars precibus, legi pars, operisque datur.
Sanctorum cœtus cuncta de parte vocatur,
  Servant majorum jura relata patrum.

Lex

Lex illis pręclara fuit, vitaque probatur,
Præceptis fulsit nam resoluta decem.
Non ultrà ternos cubitos extollere quærunt
Lumina, quæ ducta fronte modesta cadunt.
Vadere per plateas nequiunt cervice retecta;
Usque Deo series fundere docta preces.
Non vano referunt circum vaga lumina visu,
Et mortis discunt clàm reserare fores.
Et strepitu socios nunquam terrere molesto
Addiscunt, dapibus nec recubare ducum.
Dignè, aut indiguè si quis comburitur ira,
Illius miti flectere voce jecur.
Pro laude Excelsi mutare in dulcia voces,
Concordi ut possit carmina ferre modo.
Objecto legi, quacumque satisfacit hora,
Hinc monachus; petitum ducit ubique pede.
Et Domino certo fidium modulamine laudes
Concinit, hæc legis sunt capita alta piæ.
Ad placitum cœli semper servata voluntas,
Nec possunt ipsa mente tenere malum.
Illorum cœtus semper divisus ab urbe,
Nec fastus hominum, deliciasque probant.
Ulcisci offensas fugiunt, nevè effera contra
Obtrectatores verba movere suos.
Assidei sacro semper florescere more
Quærunt, Angelicum tum meditantur opus.
Mixta sub Essenis, sed perfectissima vixit
* Secta, bonæ mentes, æthereumque genus.

NUnc horum princeps obiit doctissimus Esdras,
Et sua mortali limite vita cadit.
Gestorum illius pro nostra coronide Musa,
Addit, quod patres mox meminisse juvat.
Hic ducis Eliæ scripsit pulcherrima facta,
Et multà decorat cognitione virum.
Quæ nostris etiam veniunt revoluta diebus
Ad palmas, læto quæ perarata stylo.

In-

INtereà Eſſenis tempus lacrymabile venit,
En ſubitum crimen quis removere valet?
Surgit per geminos triſtis diſcordia fratres,
In Templo Domini pugna neſanda furit.
Diripiunt enſes, & cæcis ictibus adſunt:
Donèc ſub ſacra ccncidat alter humo.
Atque prophanorum ſpumant pia ſaxa cruore,
Et moles Domini ſic violata riget.
Nevè ignominiam poterant vitare prophetæ,
Non præſtò ſteterunt, tam citò ferra rotant.
Et dux Perſarum ſceleris de parte Ragoſes
Judæa prohibet ſacra litare domo.
Ingreſſus Templi vetuit, ſeptemque per annos,
Juſſit divinus ſit ſine honore locus.
Sic quinquaginta ſolito pro munere dracmas
Imperat, atque omni ferre tributa die.
Triſtitià Eſſeni capti, quod lucida moles
Langueat, haud aris dona Sabæa calent.
Aſt ipſi aſſiſtunt, & ſemper ſacra reſervant,
Inſiſtunt ſtudiis, evigilantque ſimul.
Et propriis operis Templi libamina ducunt,
* Atque hoc privatè, quiſquis adeſſe nequit.
PRælia nunc lætis miſit Phænicibus Ochnus
Perſicus,& vaſtat mox legione plagas.
Excitus exitio quærit miſcere colonos,
Dum ſecum extremam non pepigere fidem.
Obfuit & noſtris atrox violentia clauſtris,
Nam perdit multos militis ira ſitus.
Carmèli ſedes Phænicibus obſita campis
* Hinc paſſa, & variis tecta priora locis.
Eliadum clauſtris quò digna frequentia ſurgit,
Et quibus ad noſtros venit origo choros.
Nam miles multis tranſit per clauſtra rapinis,
Militibus poterit quis prohibere manus.
Prædanturque, [illegible]ſinibuſque virentibus ædes:
Et vexat noſtras lenta ruina domos.

In-

Digitized by Google

Insurgunt majora tamen, sic nostra colonis
Carmèli in priscum sors variata fuit.
Intonat in bellis graviter præclara Philippi
Proles, tum mundum sub sua jura vocat.
Iste Accone furit, quæ nunc Ptolomais habetur,
Ægypti sternit, perdomitatque situs.
Illius excelsos mordet Phænicia frænos;
Atque Palæstinis castra locavit agris.
Sidonem excelsam rapidis exterruit armis:
Millia sub claro Marte trophæa gerit.
Eliadum extensæ diversa per oppida sedes:
Martis in arbitrium cuncta sacella cadunt.
Militis incursum metuunt, furit impetus hostis
Ingens, & signat sæva pericla pede.
Et Solymæ quoq; bella timent, regemq; superbũ:
Illius & fortis commovet aura pedes.
Quin quoque Pontifici Judæ tunc scripsit Jaddo
Pellæus juvenis, præsidiumque petit.
Seque Sacramenti costrictum jure Dario
Scipsit ab excitis clarus Jaddus agris.
Nec benè juratas aliis trasmittere vires,
* Nec sibi perfidiæ figere velle notam.
SÆvit Alexander, rapidaque excanduit ira,
Et miscet multis horrida verba minis.
Et fundamentis Solymas subvertere ab imis
Spondet, tum vili mœnia ferre solo.
Ilicet immensum Solymas propè dirigit agmen,
Et vastat fines, qui jacuere via?
Vastatur præclara Tyros, nec Gaza maniplos
De muris celsis vertere pulsa potest.
Utque Sacerdotum princeps hos cernit Jaddus,
Cœperat ingenti jàm trepidare metu.
Solemnesq; preces statuit, cœlumque poposcit,
Ne sacri bellis diripiantur agri.
Et nivei Esseni Domino subvoluere voces,
* Pellæi ut mollis concidat ira ducis.

Pontifici Numen mediis comparet in umbris
  Noctis, dum tristi membra sopore domat.
Ne levis adventum timeat tam nobilis hostis,
  Quin muris læta fronte receptet eum.
Floribus ornatos reseret per mœnia postes,
  Atque omnes hilari gaudia voce canant.
Et niveis regem tunicis modò turba salutet,
  Arcus & in media floridus urbe micet.
Ipse Sacerdotis nisu procede sacrato,
  Et quisquis tali munere functus erit.
Et stola longa pedes, sacrum tegat infula crine,
  Procedatque tuo tota caterva gradu.
Te regi vestis sacris splendoribus affer,
* Nam mitem reddam mox, facilemque tibi.
EVeniunt oracla Dei, surgitque Sacerdos,
  Civibus & retulit jussa beata suis.
Ducit inexcitos Macedon ad prælia Graios,
  Nec jam progressus longus ab urbe fuit.
Procedit præsul vatum stipante corona,
  Et parili sequitur gens Solymea pede.
Obvius antistes sacris insignibus offert
  Se se, tum multo membra decore movet.
Gemmea per totum deserpit purpura corpus,
  Et tegit excelsum mitra decora caput.
Perque oras vestis gyris stellantibus aurum
  Funditur, & cyclas picta refulget acu.
Aurea sub sacra prælucet lamina mitra,
  Quò nomen signat littera sacta Dei.
Et stola de summo fulgens hyacinthina collo
  Diffluit, & candens pectore barba micat.
Motus ab aspectu, tum majestate superna
  Pellæus juvenis concidit ante pedes.
Pontificem idcircò terra veneratus adorat,
  Illius ut fronti Numen inesse putet.
A quo per somnos didicit sperare juvamen,
* Ut vincat telis Persica regna suis.

Rex

Digitized by Google

REx veniente choro vatũ descendit ad urbẽ,
Invisum sacræ tecta superba domus.
Miratur molem Templi, & venerabile Numen
Instratus sacra mitis adorat humo.
Quin quoque solemnes donum libavit ad aras,
Atque offert propria pinguia thura manu.
Gentem Essenorum, Domini quæ curat honorẽ
Miratur venerans, colloquiisque rogat.
Esseniquc hilares regis pietate fruuntur
Quòd versa Numen noscere mente velit.
Solamenque illis peperit clementia regis
Qui durum Hebræis ante spopondit onus.
Et quibus irradiant superum præcordia flammis,
* Ut Deus in cunctis agnitus esset agris.

POst lætum tempus, nostros premit horror alumnos
Mortales etenim tẽpus utrũq; ferit.
Nam quidam ductor regis munimine fretus,
Diverso petiit fundere Templa loco.
Quod vetitum legis, gentis regione sacellum
Instruere, & variis dona referre focis.
Hic fanum extruxit, solemnes addidit aras,
Quo cœlo haud grato fumus odore salit.
Addidit & cuneos vatum, qui nomine dicti
Esseni, nostris sic venit error agris.
Excipiunt nostri paruum discrimen ab illis;
Nomine confuso dum videantur idem.
Nec confusa sacros pietas discriminat agros.
Discrepat ex uno nomine vita tamen.
Et gens illorum duplici renovata favore
Crescit, datque aliud mox Samaria genus.
Et veris semper viguit contraria claustris
Géns ista, & nostris tum violenta choris.
Esseni propriè Solymis viguere sodales,
Judæique illos semper honore tenent.
Inter utrumque genus non sunt comercia linguæ,
Et gens per fines stat revoluta duos.

Antiguus, Simeon, nostri duo sydera cœli,
Motibus insignes hinc patuere bonis.
Deducta exemplo, tum majestate duorum
Ex nostra melior parte caterva venit.
Essenique patres verbis ferventibus ambo
* Affectum, & mentes tum rapuere virum.
CUncta per oraclum nostri venere Prophetæ
Pellæus juvenis multa trophæa gerit.
De duce sic etenim Daniel priùs ore canebat,
Successus juxta, quæ referebat, adest.
Persarum regi movit fera bella Dario,
Illius & gazas, tum populatur opes.
Captivas multum sequitur decus heroinas,
Tàm mens victori fulsit honesta duci.
Uxor & adversi rosea pulcherrima forma
Regifico ut capitur, stat revoluta modo.
Ob quod Persarum princeps sibi fœdera vellet,
Atque ipsum pacis conditione rogat.
Et sibi formosam natam sociare jugandam,
Ut regna in valida plurima dote ferat.
Quæcumq; Euphrates fulvis lavat aureus undis,
Quæcumque & ripis oppida ducta vigent.
Divitias Asiæ, atq; auri quoque multa spopondit
Pondera; sed Macedon cuncta recusat atrox
Dona recusavit princeps, seque obtulit armis,
Non auro capitur mens generosa viri.
Sic reges coeunt, quisquis monet agmina verbis,
Discrepat & numeris agmen utrumq; suis.
Fortis Alexander paucos certamine movit,
Lecta sub horrendo pectora Marte tamen.
Sed Persæ campo turmis ingentibus undant,
Succedunt Græco bella secunda duci.
Vicit Alexander, gemitu replet astra Darius:
* Deque suis Asiæ rapta corona comis.
SIc Daniel cecinit virtutem regis, & arma,
Illius & versas ad bona fata manus.

II-

Illius & pugnas, tum non superabile robur,
Qui propriis addit regna paterna bonis.
Occidit & tandem mundo sub jura redacto
Quattuor & capiunt oppida capta duces.
Ilicet Ægyptum captat Ptolomæus opimam,
Et vertit dura sub ditione Syros.
Oppugnat plures campis Phænicibus urbes,
Judæos muros obsedione tenet.
Plúrima sub tantis Esseni incommoda bellis
Sensere, & propriis Mars spatiatur agris.
Dūm furit horrendis miles lymphatus in armis,
* Pugnantum varia copia parte furit.

NUnc tamen Essenis venit nova gloria regnis,
Quæ nostris dudùm non reticenda foret.
Simon de nostris heros præclarus alumnis
Nunc summi munus pontificatus habet.
Ex nostris legitur, summa qui mole supremas
Res curet, populis tum pia frœna gerat.
Cui summus præstandus honor, sic tradidit Aron,
Et tegit aurata membra decora stolà.
Cui præclara quidem retulere encomia vates,
Gloria per multos tum celebrata dies.
Cui steterant pulchri mores: Hinc ille Sacerdos,
Qui fulsit propria diruta templa manu.
Ad culmen molem duxit, pius ampliat ædem,
Atria tum propria firma reduxit ope.
Solamen nostris ingens ob digna relati
Munera, tum cuneis non mediocre bonum.
Multiplicantur enim niveis solamina regnis,
Nam perdit fictos nunc Samaria choros.
Essenos falsos princeps Demetrius omnes
Perdit, in hostiles hi cecidere manus.
Et viduata sui plorat Samaria colonis,
* Nec minus & vates, quàm mala templa ruunt.

TEmpus adest sacrum jam nunc lustrare volumẽ
Scripturæ sensus tum reserare pios.

Sexaginta, decemque patres ex agmine nostro
Electi, tantum qui meditentur opus.
Quisquis & interpres Scripturæ arcana recludit,
Quisque fuit nostri gloria concilii.
Prosequor historiam. Ægypto Philadelphus in alta
Regnabat, fastu, divitiisque fluens.
Ipse etenim reges vicit splendore priores,
Ad cujus nutum stat numerosa cohors.
Nostrorum non paruus honor, jam panditur altè
Gloria, per cessas regnat itura plagas.
Huic virtus cordi, & regno sapientia major,
Nam multa rerum cognitione valet.
Iste peraurata diversa volumina mole
Colligit, & doctos collocat arte libros.
Scrinia tum sacris quærit decorare libellis,
Et legere incertis fata relata notis.
Plurima Jerusalem misit donaria Templo,
* Donaque de tanto, quæ referanda viro.
ET tunc Judæis residens Eleazarus arvis
Vir sapiens, munus pontificale gerit.
Pontifici scripsit princeps Ægyptius alto,
Ut sibi sacratum mittat amicus opus.
Doctoresque simul poscit, legisque magistros,
Scripturæ ut lustrent quæ magis arcta forent.
Tunc summus vatum legit de parte sacerdos
Doctores claros, ingenuosque patres.
Moribus innocuos, nec non pietate nitentes,
Præclara degant qui probitate dies.
Scripturæ innumeros validi dissolvere nodos,
Queis Domini felix advolet aura super.
Fultaque codicibus sacris, vatumque loquelis
Pergit ad Ægyptum turba sacrata simul.
Sexaginta duo veniunt, quibus addidit indè
Doctorum antistes de legione decem.
Deveniunt urbem Pellæi nomine regis
Illustrem patres, perspicuique senes.

Re-

Digitized by Google

Regali cultu excepti, domibusque superbis,
   Dum cuncti proceres hos reverenter habent.
Rex secum doctum fecit recubare senatum,
   Et multa jussit membra levare dape.
Vescuntur patres, Domino de more relatis
   Laudibus, hos inter dux Elisæus erat.
Secessus longos capiunt penetralibus ædis,
   Sensus scripturæ quo superare queant.
Nec sedes tenet una omnes, studiisque seorsim
   Instant, à sociis quisque remotus erat.
Rex miranda quidem; varii concordia sensus
   Instituit, haud sese discrepuere patres.
Cogitur & mirè sensu Scriptura sub uno,
   Atque unam mentem continuere simul.
Vertitur in sonitum Scriptura novissima Graiũ,
   Quæ tunc Judæis constitit acta notis.
Uno, eodemq; modo veniunt nam singula captu,
   Quot tunc authores, totque abjere dies.
Post labor ad finem, Graio purissima verbo,
* Omnia concordi fata reducta modo.
Filius hinc Sirach latè pelluxit Jesus,
   Ipse prophetales inter alumnus avos.
Ex quo colligitur quævis sententia vate
   Ordinibus, magni quæ Salomonis erat.
Judæus Philo nostri decor inclitus agri
   Floruit, in sacro jure magister erat.
Scribitur in docto felix sapientia libro
   Ex ipso, Salomon quam tulit ante canens.
Filius hinc Sydrach alter post floret Jesus
   Essenus, primi sed fuit iste nepos,
Transtulit in Graium quidquid cecinisset He-
* Sermone, & multa laude micaret avus. (bræo
Nunc aliqua in nostris properare injuria claustris
   Est visa, advenit gens minus apta choris.
Dum recutite sacros fines Pharisæe perumbras,
   Misceris nostris tum genus acre viris.

Quidam Essenorum mirati exempla virorum,
  Istorum cupiunt fingere posse modum.
Obsequio Domini pollent,precibusq; reclinant,
  Sed non ex summo spiritus axe venit.
Nostrorum immixti tandem socialibus arvis,
  Non tamen in cunctis dogmata sacra tenent.
Nam nostri vilem ducunt pro tegmine pellem,
  Hi crepidis degunt cingula pulchra novis.
Pallia sub cultis tendunt mollissima tergis,
  Neve ipsi ex uno vivere more petunt.
Pauperiem spernunt, nostri res maxima cultus,
  Hi jam divitiis incubuere leves.
Multiplicant propriæ semper patrimonia sedis,
  Nec commune tamen,quidquid inesset opum.
Nostri sub cultis degunt communiter agris,
  Isti habitant patrii tecta superba laris.
Corda istum Domini numquam fidentia dextræ,
  Et nostri auxilio spem posuere Dei.
Quisquis ab Essenis videat quàm differat almis
  Hoc genus,atque oculis res patet ista virum.
E nostris quamvis sumant primordia claustris,
  Legibus hi demùm prævaluere malis.
Hoc genus haud sacris mixtum,sed discrepat altè
  Quantum ex Hesperio Caspia regna sinu.
Nec minus istorum nobis genus acre virorum
  Refert, si ad nostros pertinuisset agros.
Nempè relaxati mores,corruptaque vita,
  In pejus semper, deteriusque ruunt.
Post gens infamis venit , tum pessima turba,
  Omnibus & vitiis, criminibusque madens.
Atque Redemptorem mundi sprevere negantes,
* Illum Essenorum sed sacra turba juvat.


TEmpore sub tanto implentur Danielia fata,
  Quidquid de bellis,regibus is retulit.
Seleucusque Asiæ periit regnator amœnæ,
  Et nati illius maxima bella movent.

Ad-

Adversùs regem Syriæ movere phalanges,
Sed Phrigiis unus concidit ictus agris.
Antiochusque ferox dictus cognomine magnus,
Germani sumpsit regna perempta sui.
Atque hunc adversùs bellis Ptolomæus amaris
Consurgit, bello concidit Antiochus.
Et victor spoliis, tum captis finibus altus
Fortunam subiit, subsequiturque suam.
Jerusalem muris petiit violare quietem,
Essenus multo corda labore replet.
Nam subjectorum visens Delubra Deorum,
In Solymis sacram quærit inire domum.
Majestate domus pulsus, molisve decore,
Sanctaque Sanctorum mox violentus init.
Et contrâ legem penetrare sacraria quærit,
Essæi poterant non prohibere scelus.
Dum pergens sequitur; cœptoq; tenâciter hæret,
Extemplò summi pertonat ira poli.
Nempè pavimento cecidit resolutus in alto
Mortuus, aut morti jam propiora tenens.
Custodes Templi citiùs traxere trementem,
Et redit in duro corpore prisca salus.
Essæus doluit Templi sub limine custos,
* Qui curat portas, excubiasque movet.

INde Sacerdotum Onias citò culmen adeptus
Jam patribus nostris gaudia plura tulit.
Is pietate potens sacros veneratus alumnos,
Præclari illorum sic rapuere modi.
Atque hinc Assideum clarissima turba relucet,
Et mirè in tanto principe ducta viget.
Gens pia, & illustris, tum tali nomine dicta
Assiduè Domino quod vigilare solet.
Pars nostri veneranda jugi, vestigia patrum
Insequitur, sanctos verè imitata modos.
Cui ratio sensum domitat regina furentem,
Odit delicias, illecebrasque fugit.

Digitized by Google



Digitized by Google



FASTORUM
IN ELIADÆ INCUNABULIS
LIBER V.

SEmper ab antiquo, cum conditus extitit orbis
  Torserunt hominum tempora dura genus.
Nec gens, aut regnum diris immune periclis,
  Quisque suum lævo sidere currit iter.
Et quævis magno leges crevere tumultu,
  Sors instat cunctis obice dira bonis.
Quodvis concilium, & surgens Academia mundi
  Sæpiùs â multis restitit acta malis.
Sed velut attritum sulco splendescit aratrum,
  Clarior extremo lumine tæda micat.
Nube perumbratus spirat lucentior Horus,
  Et puncta ex sævo purpura dente fluit.
Optima sic rerum, tum quæ virtute fluebant,
  Advertis radiant exagitata dolis.
Assidei idcircò tantis feliciter usi
  Temporibus cedunt sorte volente malis.
Altius obiectum, surgit nova gloria monti,
  Carmèli prodest solvere rupe lyram.
Heroum laudem illius renovare sub antro
  Prodest, ex ipso carpere serta jugo.
Majus iter moveo, series Machabæa propinquat,
  Pectore cui virtus constitit, atque manu.
Pro pietate ferox, citheras removete Camenæ,
  Et nobis pronas quæso parate tubas.

Facta Maronæo tantùm sint digna cothurno,
Lesbiadum prorsùs, Meonidisque modis.
Sed molles Elegi nostram rapuere juventam:
* Quam citò non Pimpla pertonuisse queo.
ADvenit lacrymosa dies, tum flebile tempus,
Inque Palestinos surgit Erennys agros.
Agmina baccantur sacris furialia claustris,
Nempè improvisam cinxerat horror humum.
Et vitium Solymis fecit sua jura licendi,
Quo virtus solium contulit ante suum.
Confusi redeunt mores, gentilia jura,
Exoritur cœdes, terricolæque timor.
Rex fuit Antiochus Solymis caput acre malorũ,
Corruptor morum, tartareusque furor.
Mens inhonesta sibi, versæque ad pessima vires,
Injustitiæ custos, dedecorisque pater.
Hic Syriæ princeps, cujus præcordia mulcent
Sub tot belligeris parta trophæa viris.
Quem Daniel longè sensit, monuitque cavendũ,
Et dedit oraclis plurima signa suis.
Horridus insurget princeps, cœlique flagellum,
Qui vastat sacras ense minante plagas.
Et secum dat signa dolus, violentia, fastus,
Vertere qui vellet sub ditione polum.
Ægyptum domitat, tum fines captat Eoos,
Et tremuit sæuum Persidis ora ducem.
Judęum ingreditur fines, Solymeia regna,
Excelsi penetrans atria clara Dei.
Effigiemque Jovis sub sacra collocat æde,
Ut ritus fugiat, deficiatque pius.
More gigantæo per bella lacessere cœlum
Mauult, tum summo reddere jura Jovi.
Hæc cecinit Daniel, veroque Hieronymus ore
* Explicat, ut vatis fata reducta legit.
PRincipium sceleris, sacra removetur ab æde
Onias munus pontificale gerens.

Im-

Impune ad tantum culmen germanus Jason
Ducitur, atque auro munera dirus emit.
Gentiles redeunt usus, sceleratаque jura,
Tantorum scelerum vix meminisse decet.
Prostibulum pueri temerata in sacra resurgit,
Et passim legis non meminere Dei.
Plures de populis sensus per compita tendunt,
Ad libitum mactant, pontificesque novant.
Qui cœlo falsus, fallit mortalia corda,
Non licet infami fidere quemque duci.
Hos regit Antiochus, quē nunc voluere regentē,
Interfectorem post habuere ferum.
Casibus is variis bello stimulatus, & armis,
Judæo rabiem porrò cruore replet.
Heù, heù quot cives perimit, quot millia muris,
Cum sua Jerusalem contulit arma ferox.
Corpora sanguineo cæsum labuntur in amne,
Et tollit plures nex inopina viros.
Atque alios vinclis tradit, tum fortia vendit
Corpora, deque ipsis multa talenta capit.
Ingreditur Templum Domini, fastuque superbo,
E sacra rapuit vasa decora domo.
Quidquid is argenti, quidquid conspexerat auri
Corripit, & secum quæ speciosa tulit.
Casibus Esseni fracti; cumuloque malorum
Plorant; tum tristi pectora rore rigant.
Quo poterant Templum servant, fraudesq; coer-
* Et Dñi precibus nocte, dieq; vacant. (cent,
REx abit Antiochus, sed nō meliora daturus
Linquens immanes urbe tremente vices.
Præfectum dirum linquens, qui funditus urbem
Erueret, faceret pingue cruore solum.
Bisque pererrarat plaustro ducente polorum
Sol metas, Solymis cum venit excedium.
Mittit Apollonium princeps sub mœnibus altis,
Atque illi junctim jussa severa dedit.

Ut.

Ut penitus Templũ rueret, Templũq; Domũq;
Nec signum Solymis relligionis eat.
Addidit innumeras stricto mucrone phalanges,
Ut cladem muris, excidiumque daret.
Sit dexter rebus, tum fraudes pace retexat;
Donec vastandi tempus adesse velit.
Sub pacis vultu cladem contexit, & arma,
Et tandem arrepto tempore tela movet.
Forte infelices servabant Sabbata cives;
Neve etenim totâ mente recessit amor.
Ductor Apollonius cives invadit, & urbem,
Et furtim captos conterit ense locos.
Succeduntque domos, & propũgnacula Judæ:
Apparent mediis corpora densa viis.
Divitias, vestesque rapit seductor, & aurum,
Et liquit plenas cæde tepente domos.
Post David fortem sese traduxit in arcem,
Et sociis raptas dividit exuvias.
Virgineas turmas; atque armis vulgus ineptum,
Et juvenes vinclis, compedibusque graves.
Reliquiæ cædis fugiunt juvenesque, senesque,
* Et lustrant timido devia lustra pede.
ATque hinc Assidei pulsi rumoribus urbis
Per campos omnes vi properante ruunt.
Princeps Assideos inter fortissimus omnes
Resplendet Judas, qui Machabæus erat.
Cujus præclaros fastis solemnibus actus
Debentur, nostræ materiesque lyræ.
Hic fuit Assideus, princeps præclarus eorum,
Inclita cui multum dextera marte valet.
Idcircò hi patres valida certare palæstrâ
Discunt, & forti tela rotare manu.
Si tempus poscat patrias defendere leges,
Numinis illæsum marte tenere decus.
Quales nunc equites Rhodii, bellisque magistri,
Pectoribus tollunt qui sacra signa Crucis.
Dux

Dux istis Judas celeber pietate, vel armis,
Dogmata qui socios, militiamque docet.
Judas cum sociis fœno pascuntur equino;
Nulla etenim campis copia facta dapum.
Collustrant deserta simul, nemorumque recessus,
Ne videant patriæ damna nefanda suæ.
Et Judas dictus sacro de more decanus,
* Nam sociis claustro præfuit ipse novem.

NUnc referenda sacri venit constantia patris
Qui mala pro patriâ vulnera lege tulit.
Quam laudem accipies nostris Eleazare musis,
Hujus habet sonitum nominis iste senex.
Iste inter cives micuit generosior urbis;
Pro virtute tamen passus acerba pater.
Candorem fidei monstrat sub crinibus albis,
Ostendit sacro viscera tosta rogo.
Heù qualis virtus cuncto solidissima motu
Splendet in infirmo pectore fixa senis.
Iste Essenus erat, talem probat inclita virtus;
Nam fuit ex scribis, ex cuneisque comes.
Dum septem pueros doctor suscepit alendos,
Præceptis Mosis, codicibusve struit.
Qui pariter durum pergunt superare tyrannum,
* Hos etiam sequitur gloria martyrii.

TEmpus erat, quo tota solo collapsa ruebat
Relligio, ob cladē, quam movet Antiochus.
Præfecto Solymis durus rex junxit iniquo,
Ut sacrâ totum diruat æde decus.
Et cultum impediat Domini, legemq; refellat;
Nec surgat vero protinus ara Deo.
Sic victor mercede scelus, texuntur ad unguem,
Quæ mala Judeis rex statuisset agris.
Invadunt Templum, portæ vertuntur, & aræ,
Et jaciunt multo verba prophana joco.
Cunctus honor cecidit, violata sacraria cœli,
Intus cum nudâ pellice ephæbus adest.

Juppi-

Juppiter & sacrâ subsistit olympius æde,
Et nostri ducunt numen inane Dei.
Procedit latè ductor munimine regis,
* Et mos per Solymas Antiochenus erat.
HInc propè centenos florere Eleazarus annos
Est visus, tantum qui gemit excidium.
Procedit virtute gravis tum mole, sonoque,
Et tantum tendit nunc removere scelus.
Præfectoque urbis constantia magna, decusque
Ingenui patuit forma decora senis.
Ad sese accersit, levibus mollescere verbis
Sperat, dum patrios respuat ipse modos.
Sisteret à ritu Solymæum noscere Numen,
Nam tenuit rectos Antiochia deos.
Illudit pater altus ei, tum firmus inhæret,
Qualis in Alpino quercus amena jugo.
Mittitur ad regem senior, quia nobilis ortu,
Ut regi pateat causa probanda patris:
Hūc videt Antiochus, gravibusq; inducere verbis,
Blanditiis odium, mixtaque dona minis.
Supplicium visus quodquod subiturus, & ultrâ,
Quâm senium patitur, canitiesque sibi.
Mors generosa sibi melior, quàm pessima vita,
Et leges patriæ non violare pias.
Cordibus è patrum longè fit dira cupido,
Qui rectum debent, justitiamque sequi.
Inconcussus abit, liceat sit debilis annis:
Non dè propositis abstinuisse potest.
Insanique Syri, seriesque equæva parentum
Hortantur, senii sit sibi cura sui.
Nec fragili tantos tentare ætate labores
Vellet, neve ipsum vi cruciatus agat.
Vel saltèm carnes tacitus simularet edendas
Porci, tum fugiat dexteritate malum.
Ille, nihil rectum socii mihi penditis, inquit
Ut vitam hanc noxâ nunc maculare velim.

Fin-

Fingere non rectum niveos inhonesta capillos,
Exemplo quorum firma juventa foret.
Et possim potiùs penetrare nigerrima mundi
Tartara, quàm proprium dedecorare genus.
Nec fore, dum fragilem vellem reparare senectā,
Abiciam Domini frœna sacrata mei.
Tunc mea debilitas sanctis indigna videtur,
Quisquis & in mollem conspuet inde sinum.
Sed mea pro sancta florens patientia lege,
* Æternum cœlis est operata decus.

INde ad supplicium senior raptatur, & ille
Immotè fixit lumina sancta polo.
Tu Pater Omnipotēs, qui lumine cuncta revolvis,
Obsequium nostri nunc famulatus ama.
Ad quem mortales animis ingrata revoluunt,
Nec noscunt sanctæ tot benefacta manus.
Atq; Creatorem fingunt alium, & modo cœlis
Plenius, haud hominum nosceris ipse choris.
Qui verus Deus, & mundum ditione revolvens,
Qui Soli radios, syderibusque paris.
Hæc patior pro te, nostri cape pignora cordis;
Ulterius pro te sustinuisse velim.
Et licèt afflictum duris cruciatibus esset
Corpus, mens cœlos inviolata salit.
Sic ait, & duro transfixus fuste per artus
Occidit, & sacro terra cruore madet.
Uade polo generose senex, constantia cujus
Margine cœlesti nunc renotanda foret.
Occursuque tuo rident felicius astra,
Astra per adspectum lucidiora tuum.
Quisquis eris, nostri fueris pius Ordinis hæres,
* Duxisti Esfenâ sub regione moras.

TOtque inter diras cædes, furiasque Tyrāni
Ultima Judæis penè reducta dies.
Ni Matathia ferox quinquenâ prole beatus
Nunc daret auxilium, tum Machabæa cohors.

Vir

Vir Matathia potens, patris ſervare fidelis
Leges, tum vultu, conſilioque gravis.
Ad latus illius ſiſtit quinquena propago,
Et ſecum unanimis, tum ſocialis erat.
Quiſquis & Eſſeni natorum amplexus honeſtas
Leges, & clanſtri non puerile decus.
Iſtic Jovannes dictus cognomine Gaddes,
Et Simon vitæ ſub ratione comes.
Non major natu, ſed bello major, & armis
Hinc Judas Fratrum dux generoſus erat.
His Jonathas propior, paribuſq; Eleazarus armis,
Omnes germani, quæ generoſa phalanx.
Hi linquunt urbem, peragrant ſpelæa ferarum,
Et tota hos ſequitur poſt ſynagoga duces.
Omnes Aſſidei ſilvis coguntur in unum,
Quo Judas, Fratres, quo Matathia fuit.
Cernentes quò fata cadant, quæ finis adumbret,
* Quem rebus tulerit ſors variata modum.
CUltores divùm veniunt, regiſque miniſtri,
Ut moneant verbis, tum levitate patres.
Contexunt aras campo, quo dona reducunt;
Hortantes; fratres ut mala ſacra litent.
Hebræum quò plena cohors, tum debile vulgus
Ducitur idòlum noſcere turba metu.
Exarſit Matathia ſenex, frontemque retorſit;
Et torvo adſpexit ſacra ſupercilio.
Dum quidam Hebræus crudelibus adlitat aris
Invitus, contrâ dicta maligna jacit.
Impulit & nutu quemdam Matathia ſacerdos
Diruere infames enſe minante focos.
Ad nutum Phinees quidam citus extulit enſẽ:
Nunc pietas multo fuſa cruore rubet.
Hebræum inſanum per coſtas transfodit ictu,
Noſcentem flexo numina falſa genu.
Atque ſacerdotem mactat, regiſque miniſtrum
Ex aris, nullum dum tenet ira modum.
Et

Et ferrum rotat, & terra citò dissipat aram.
Insurgit variis cæde tumultus agris.
Extollunt vocem nostri, vexillaque ducunt,
Atque ineunt cuneos, militiamque probant.
Classica crudeli sonverunt concita motu,
* Vivat Io nostri lex veneranda Dei.
SE Matathia sequi cunctos hortatur Hebræos,
Copia nunc strictis ensibus omnis adest.
Pro patriâ pompti vitam dispergere lege,
Quocumque Hebræos fata cruenta vocent.
Consolidantur enim, tum prælia Marte reposcũt:
Ilicet his ciclas texit ahena latus.
Et sonipes frænant cursu, torquentque citatos,
Et quærunt diris bella parare viris.
Hinc nudos gladios, tum scuta rigentia stringũt,
Et galea dubitant non onerare caput.
Antiochum infamem regem appellare rebelles
Cæpere, & martem corde furente sequi.
Omnes Assidet, bello præclara juventus
Se contrâ regem protulit ulta nefas.
Progressu in primo, primisque insultibus hostis
Victorem Martem non potuere sequi.
Lucibus & servant mites sacra Sabbata festis,
* A tantis bellis abstinuisse velint.
ET demũ ut meliùs rapuit præcordia Mavors
Illorum, & felix verberat aura jecur.
Adversis dant bella feri, tum signa reducunt,
Illorum sternunt corpora plura solo.
Telaque vibrarunt validis contorta lacertis,
Jam fumant campi, puluureusque situs.
Invadunt urbem, quoquò simulacra Deorum
Deturbant aras, proripiuntque focos.
Taliter in tetris sœvit lea concita lustris,
Pro raptis catulis, seù stimulante fame.
Et mixta Assideis sævit Machabæa propago,
Et quibus adjunxit pectora dura Deus.

Di-

Discurrunt fines,& flammis omnia vastant,
  Linquentes cœsos,seminecesque solo.
Præputium pueris Mosis dè lege recidunt;
  Illorum adventus jam trepidare viri.
Quos inter Judas micuit generosior omnes,
  Fulmineo plures conterit ense manus.
Quot turmas,dux alte,ruis;quot destruis hostes,
  Seù belli fulmen,seù venis ira poli.
More gigantæo validos thoraca per artus
  Induit,& telum grande,trabale movet.
Per motum peperit vulnus, per vulnera mortẽ,
  Per mortem horrores,comproperamq; fugam.
Te plaga prima ducem,laudatq; novissima mũdi,
* Miratur vires,ægregiumque decus.

DUctor Apollonius citius jubet arma parari
  In Judam infestum,fulmineosque duces
Congressæ in campis properant utrimq;phalãges,
  Et Judas verbis pectora cuncta movet.
Dant sonitũ,sonipesq; fremunt,spatiisq; relictis
  Quisquis in occursum,quò fuit hostis,abit.
Venit Apollonius,venit Solymejus heros,
  Conccurrunt pariter,conveniuntque simul.
Et Judas geminis manibus post terga relictà.
  Peltà,quò potuit surgit in arma ferox.
Et caput adversi violento diffidit ictu,
  Ensis & ad dentes irruit usque genis.
Concidit ille miser, tepido dispersa cerebro,
  Puluureo sparsit tempora fracta solo.
Prosilit ad terram Judas, sonipemque reliquit,
  Et gladium extincti corripit à latere.
Dispoliat tunicam, rorantia sanguine solvit
  Cingula,tum phalaras,queis rutilabat,equum.
Et rapit è valida diuulsa insignia dextrà,
* Et terret cunctos,insequiturque viros.

TUm princeps Syriȩ Seron malè prospera pas(sus.
  Bella triumphantis bisve,semelve ducis.

Mi-

Militibus cunctis,& non numerabile vulgus
Colligit,& Judæ bella tremenda dedit.
Procedit campo Betheron,qui nomine dictus ,
Et figit captis barbara castra locis.
Fulmineus contrâ Judas se ad bella parabat,
Cervicem galeâ,muniit ense latus.
Scandit equū super arma ferox,& flectit habenas,
Hortatur paucis ad fera bella sonis
Quod superest hæc pugna manet: sperate sodales,
In manibus nostris nunc pia causa poli.
Justitiæ errones sub signa nitentia ducti
Adversis clades,excidiumque damus.
Nos numero superāt,nos robore vincimus hostes;
Nec metuit multas jam lupus unus oves.
Pugnamus pro jure Poli,legemque tuemur ,
Et bellum horrendum pro ratione damus.
Si morimur,moriamur enim,mors inclita, felix,
Anteque vitales mors referenda dies .
Conditio duplex moveat præcordia vestra,
Aut vitâ,aut nobis morte trophæa,forent .
Sed potiùs mortis sævum damus hostibus omen,
* Angelicâ nobis ducta cohorte salus.
SIc Judas firmavit eos,pugnamque lacessit ,
Sin valeant ictu brachia dura rotat .
More Essenorum duplici jejunia luce
Servarunt,magnum relligionis opus .
Concurrunt cuneis utràque ex parte paratis:
Dat belli signum tessera rauca sono .
Ordinibus primo ingressu,motuque manebant ,
Confusi postquam percaluere magis.
Judas sub primis immani pondere telum
Quassat, & excidium more Tonātis agit.
Nec sequitur viles vulgi,nec inertia corda ,
Pectora sed celerum vix obeunda ducum .
Et Judæ germana cohors propiora tenebat,
Et telis sternunt, corporibusque solum .
Uix

Digitized by Google

Uix hoſtes trepidi ſub primis motibus inſtant ;
  Poſt tradunt ſegni corpora verſa fugæ.
In galeà Judæ victrix Dea concutit alas,
  Infauſtæque hoſtes omina mortis habent.
Nullus enim tenet ordo fugã,fugiuntq;ruuntq;
  Iuſternunt ſonipes,proiciuntque duces.
Voluuntur tunc tela ſolo,vexilla,pharetræ :
  Flent bellatores,quadrupedeſque fremunt.
Sectatur dux aſper eos Machabæus,& omnes
  Eſſeni fortes,conſpicuique patres. .
Pinguibus & ſpoliis,redeuntq: micantib. armis;
  Solemni memorant tanta trophæa die .
Et grates referunt Domino pro numine firmo;
  Elevat haud tumidas aura ſuperba comas.
Ordinis ipſorum memores,votique peracti ,
* Proſternunt ſummo fortia corda Deo.

UT ferus Antiochus bellum, cladeſq; ſuorũ
  Sentit,ſpumanti corda furore replet .
Tàm ſævè in campis Judæ ſpirare phalanges,
  Et virtus dextram ſic furibunda tegat .
Atrox intumuit,tum viſcera felle replevit;
  Tantum Judæis viribus ille negat .
Ulciſci meditatur enim,vireſque ſupremas
  Colligit,ut fumo corruat imperium.
Omnes pugnantum numeros collegit in unum
  In regno, variis quiſquis ineſſet agris.
Cuncta per impenſas ſpoliare æraria ſperat ,
  Et multi veniunt ſub ſua ſigna duces .
Antèque collectis tribuit ſtipendia turmis ;
  Sub ſua dum miles ſigna libenter eat.
Theſauri exauſti,nec regia ſufficit arca
* Per tot collectas,multipliceſque manus .

REx etiã ad claras properavit Perſidis oras ,
  Argenti ùt vires,ſubſidiumque legat .
Militiæ ut validum ſubjecta per oppida robur
  Colligat,à multis mutuò cepit opes .

Ut

Ut plures bello possit sociare phalanges,
Dum Judam penitùs rex, sociosque terat.
Excipit auxilium cognatis urbibus altum,
Et multa hostili gens glomerata solo.
Præfectum Lysiam deliquit rebus, & urbi,
Ut sciat in bellis exagitare Sion.
Rex secat Euphratem, & vastis regionibus errat,
* Ut cunctum auxilium; quæque tributa legat.

TUm Lysias bello, quē rex dedit esse magistrū
Jam pergit Domini jussa maligna sequi.
Immensum robur belli, tum signa, ducesque
Commovet, & jactu pulveris undat ager.
Et tres ductores statuit, tria fulmina belli,
Et jussit terna parte parare minas.
Hìc Ptolomæus erat, tum sævo Nicanor ense,
Præfectus ueteris Gorgia militiæ.
Quadraginta virum commovit millia contrà,
Armati telis, roboribusque, sparis.
Gentibus ut Solymas viduent, finesque repostos;
Nomen & Hebræi nec superesset humi.
Ut Iudæ superent robur, gentesque trucident,
Et tollant priscum cæde recente malum.
Procedit legio campis, tum perstrepit armis:
Ostendant validi brachia dura duces.
Et campo substant, tum signa trementia figunt,
Arduus & fremitu bella salutat equus.
Loricas, galeasque, & scuta rigentia tergo
Aptant, & pharetris cornea tela parant.
Ductores tunicis, galeæque insignibus albis
Induti, belli constituenda locant.
Hos Syriæ sectata cohors, Egyptia pubes,
Ut penitùs telis diripiatur humus.
Spes prædæ rapuit multos, tum gloria martis,
Seù raptæ exuviæ, seù nova lucra movent.
Non causa pugnæ plures ad castra reclinant,
Qui secum gemmas, divitiasque ferunt.

Sed

Digitized by Google

Sed victos emere in famulos,ferroque gravare
Optant,& servi figere fronte notas.
Et mercatores,tanta est fiducia belli,
Ceù victos pretio jam pepigere viros.
Dum sperant Asiæ penitùs superesse maniplos.
* Attamen haud visum taliter axe Deo.
EX longo Judas glomerare ferocia vidit
Agmina;nã plures nimbus adumbrat agros.
Conversus sociis dignissima verba mouebat,
Tantorum à numero non trepidare monet.
Hoc ait,ò socii,cunctis optabile seclis
Tempus,ne patriæ mœnia inulta cadant.
Hostis enim sibi multa putat,quæ dissipat Eurus;
Ipsorum laqueis sed cecidere pedes.
Nos tribuisse decet,quidquid meditantur,iisdẽ,
Uolvere tum latà corpora cuncta nece.
Eja agite,& pubem nostram tollamus ad astra,
Quisque suà pariat celsa trophæa manu.
Sed primùm rogitate Deum,sanctissimus hic est
Mos,ex Essenis tàm celebratus avis.
Dum nostras mentes Numen despectet ab Axe,
Et nostra æthereo pectora rore riget.
Conventusq;patrum terra procumbit,& ambas
Tollunt ad cœlos voce precante manus.
Summe Pater,justo qui conspicis omnia visu,
Ne tradas diro corpora nostra cani.
Nempè tuum petimus dextrà servare decorem,
Fac penetret summum nostra querela polum,
Sacra sacris viduata rigent,nulla hostia fumat,
Nec cernit solitos arx violata patres.
Nos pauci numero, nec dextræ fidimus altæ:
Ex te opportunum quærimus auxilium.
Robore tu pectus,tum dextram uiribus armes,
* Adversis quæso terga revolve choris.
INtereà Solymis consurgere murmur in altis,
Atque omnes visi jam trepidare luem.
In-

Ingenteſque minas metuunt, hoſteſq; ſuperbos,
Et repetunt profugo devia luſtra pede.
Et triſtes Solymis longum gemuere coloni;
Extremum excidium jam properare vident.
Et juvenes fugiunt, patribuſq; ad colla reductis
Progeniem dextra, corripiuntque lares.
Illuduntque illis turris per culmina gentes
Fuſæ, fallacem dùm ſubiere fugam.
Eſſenus ſacræ cuſtos quoque diffugit arcis,
Et pedibus ſubito nectitur ala metu.
Convenere omnes Mapſa, dux agmina Judas
Ducit, nam ſanctus relligione locus.
Proſpicitur Templum ſpatiis diſtantibus altè
Exindè, & media nube refulget apex.
Hùc versùs ſoliti frontem convertere patres,
Majeſtas Domini dum rogitanda foret.
Huc Judas venit ſocialia clauſtra reviſens,
Et triſti cœpit voce rogare Deum.
Hinc ſimul inſtructi precibus jejunia miſcent,
Pugnantes operis incumbuere piis.
Verbere terga ſonant, ſequiturq; aſperrima veſtis,
Atque omnis ſpargit pulvere turba caput.
Scindere tum veſtem, ſacrumq; revolvere librũ
* Incipiunt, Domini quò pia jura legunt.
NAzareumq; manus totũ præclara per Orbẽ
Venit, quæ Domino fundere docta preces.
Emicat in miti veneranda modeſtia vultu;
Eliæ patris ſigna relicta premunt.
His virtus cordi, mentem ad cœleſtia verſi,
Et viuunt clauſtris jure ſilente viri.
Atque hi prò Juda toto ſuſpiria cœlo
Educunt, cœlo palma ſupina lata eſt.
Tu Pater omnipotens noſtris iprone catervis,
Et cadat in ſacris impius hoſtis agris.
Cernere nec valeant violata ſacraria Templi,
Et noſtros dura cæde perire choros.

Digitized by Google

Iſta ipſi ſic mente putant, qui nunc quoq;cœlum
Voluere crudeli ſub ditione petunt.
Et claræ miſerere Sion, tua gloria quondam,
Hoſtibus eripias gaudia tanta tuis.
Sic ſacrata cohors pro Juda ſpargere voces
* Cœperat, hæ cœlis pondera multa tenent.
INtereà Judas populum ſolatur, & ipſos,
Et ſpargit juſta parte miniſteria.
Ductoreſque urbi ſtatuit, pārileſque tribunos,
Quique ferant magnum centurionis onus.
Qui muros fabricare queant,tum ducere turres,
Et curent genti ferre alimenta ſuæ.
Demiſit timidos belli, tum debile vulgus,
Quod ſolum poſita pace valere queat.
Præſtanteſque viros ſecum, & tolerantia bellum
Agmina, tum pugnis fortia corda legit.
Queis ait effrænis Judas, & pectora pulſat,
Accendit verbis corda parata ſuis.
Eja agite inſignes cunei, generoſaque pubes,
Gloria quos proprio fovit amica ſinu.
Virtutis comites, cœli pia cura, decuſque,
Nunc bellis quæsò corda parate novis.
Provoluamus enim terra viliſſima corda,
Adverſas etiam poſt rapiemus opes.
Condamuſque illis celeres tenus intima ferrum
Viſcera, viſceribus tum ſatiemus aves.
Aurora & noſtri felix dabit omina martis,
Craſtina prò vobis flore recincta rubet.
Terreat haud noſtros hoſtis numeroſior enſes,
* Qui ſibi confuſus, tum rationis inops.
NEc minus adverſæ ſtatuunt de marte phalanges
Summo,quē incurſū,quò teneantq;docent.
Collectique duces verbis præcordia firmant,
Quiſque ducis rapidus ſigna Maniplus obit.
Nocturnoſque dolos ſtatuunt, & caſtra coronant,
Nominis, & prædæ ſpes fera corda movet.
Gor-
Digitized by Google

Gorgia terribiles inter dux inclitus hoſtes
  Incepit multis arma movere dolis.
Atque alas ducit ſub tegmine noctis opacæ,
  Utque improviſus caſtra inimica terat.
Ilicet ad campum criſtatas contulit alas,
* Et ſtrepitu properant non quatiente duces.

AST dux præclarus Judas, quem fallere nūquā
  Eſt opus, haud turpi membra quiete domat.
Præſentit dubios motus, fraudemque cruentam,
  Et contrà inſidias is furibundus abit.
Ilicet is ſocium claſſes tulit avius omnes
  Per tetros dumos, terribileſque ſitus.
Caſtra inimica ſubit, quò jam ferus exiit hoſtis,
  Atque inſperantes territat aſper equos.
Gorgia dum Judam petiit, petit iſte ſodales,
  Inter ſe ſomno dum fera membra domant.
Gorgia dum vacuos ſenſit ſine milite campos
  Judæos, vana ſpe tumefactus ait.
Incurſus noſtros jam jam fugere latrones,
  Et retrò verſi terga dedere fugæ.
Sic ait & montes luſtrat, quò ſiſteret hoſtis,
* Per varios fines irrita turba ruit.

AST parte ex alia recubanti apparuit hoſti
  Judas, & turbat dux inopinus agros.
Projiciunt galeam noſtri, tum ſcuta remittunt,
  Atque agiles circum brachia dura rotant.
Pondere thoracis ſpoliat ſua pectora Judas,
  Illius atque atrox perſtrepit haſta manu.
Hortaturque viros, & verba noviſſima junxit.
  Eja agite, ò ſocii, corda tremenda virum.
Vos Sol victores linquet, tum clara triumpho
  Ipſe ſub occaſum plauſtra remiſſa vehet.
Nec numerū trepido, numero non indiget axis,
  Pro noſtris pugnet, dum faveatque choris.
Agminaque Ægypti junxit numeroſa tyrannus,
  Quæ junctim rubrum ſunt ſubitura mare.

Digitized by Google

Sic ait, & ſtricto currens ardentius enſe,
  Ingreſſu ſocios irruit ante ſuos.
Atq;animas dāt flabra tubis,tū murmur inhorret;
  Et toto ſævit rumor iniquus agro.
Sic pecus infirmum Libycis leo fulgur in oris
  Appetit, atque atrox ora cruore lavat.
Sævit atrox Judas, tum cuncta repagula vaſtat
  Caſtrorum, & miſcet corpora plura neci.
Quò rueret præceps, nullum de viribus obex,
  Nec mora ſub bello, nec venit ulla ſalus.
Exemplo illius pergunt conſtanter Hebræi,
  Et torpent imo colla reciſa ſolo.
Et revoluta fimo rorabant ſanguine ſigna,
  Languent turbatis caſtra reuulſa locis.
Ductores pereunt,quibus & leve nomen Hæbreū
  Atque illos viles, fœmineoſque putant.
Nec Dñi memores volitant per tela,per hoſtes,
  Amiſſis frænis cum quatiuntur , equi.
Ac velut inſtabiles cum tellus concipit auras ,
  Has alvo claudit,viſceribuſque tegit.
Atque repentinis poſt acta tremoribus hiſcit,
  Viſcera cum ventis dant adaperta viam.
Concuſſu illius turres labuntur,& urbes,
  Et miſcet cunctas dira ruina domos.
Haud aliter belli excidium ſuper incidit hoſtes,
  Et torpent ſubito pectora cuncta metu.
Ipſa fugæ ſpès chara foret; dum deſinat hoſtis,
  Qui paſſim campis,fluminibuſque fugat.
Lethale excidium, tum non reparabile damnum
  Evenit , & pedites conterit actus equus.
Ad campum Gezeron fugere per avia turmæ,
* Victor Jdumæos uſque ſecutus agros.

AD ſocios Judas verſus ſic fervidus orat ,
  Quapropter, ſocii, vos vigilate magis.
Non finis pugnæ, cornu propè majus inhæret
  Hoſtile, & pedites, belligeræque manus.

Lin-

Linquite nunc campis ſpoliorum ingentia lucra,
Quæ non de noſtra ſunt adimenda manu.
Incurſus hoſtis celeres rumpamus eodem,
Robore, quo toties bella dediſtis ei.
Hoc ſupereſt martis, demum virtute fruemur;
E' tumulo pergit nam numeroſa phalanx.
Pulveris & nebulas, galearum & cona videtis:
* Pro ſcutis noſtro pectore corda damus.
GOrgia ſed tumulo ductor ſpeculatus ab alto
Bellum, tum prorsùs cæde tepente locos.
Et fractos ſocios videt, & flammantia caſtra,
Et vaſta cernit cuncta ſepulta nece.
Victores armis reliquas perquirere pugnas,
Et facta martis claudere ſigna rota.
Concidit, & dubitat tentare pericula pugnæ,
Diffugit, & Judæ libera lucra dedit.
Sic celſa illius manibus victoria venit;
Irruit ad prædas tota caterva ſuas.
Divitias plures, rubroque micantia cocco
Tegmina, tum ſedes, barbaricoſque ſinus.
Atque auro inſertas tunicas, galeaſque nitentes;
Stegmata, tum raptæ vix numerantur opes.
Vela perauratis rapiunt hyacinthina loris,
Argentum, gemmas, tum pretium omne ducū.
Spiculaque, horrentes haſtas, raptaſq; quadrigas,
Nec phalaris campo liber oberrat equus.
Et leves enſes, gyris thoracas ahenis,
Horrores quondam, nunc decora alta viris.
Judæi multis laudes cecinere triumphis
Cœlo, tum Domino tot benedicta dabant.
Illi cunctus honor, famulos qui conſpicit axe,
* Confundens fortes, pervalidoſque terens.
SEd majora tibi ſubſtant certamina, Juda,
Tu verò egregium perge parare caput.
Sic rursùs vicit cum ſeptem millibus hoſtes
Innumeros, reddit pingue cruore ſolum.

Obtinuit celsas prædas, munimina belli,
  Et multo sequitur robore Nicanorem.
Qui mercatores secum, dum vendat Hebræos
  Duxit, nunc versa sorte repulsus abit.
Confessus Dominum Judæ pro Numine vero,
* Et tandèm pendens colla superba domat.
TUnc scelere immanē Hebræi cepere Philargū,
  Illis qui dudum damna cruenta tulit.
Hunc tandem in manibus Dn̄s traduxit Hebræi,
  Ut caperet sceleris turpe piamen inops.
Hic dedit Essenum Sanctissima corpora morti,
  Dum ritum barathri non petiere sequi.
Hunc Judas viuum comburi jusserat igni,
  Et cadit in dirum pœna maligna caput.
Hoc Deus inspirat Judæ pro sanguine justo,
* Et luit hic feræ damna relata neci.
INtereà profugi Ægypto, & Samaritib. arvis,
  Esseni pergunt ædificare domum.
Atque ęquum cœlis Solymæo educere Templū,
  Dum credunt primum jam cecidisse solo.
Gente prophanatum, nulloque decore retentum
  Cernunt, & diros hic latuisse viros.
Fugere Esseni, & variis regionibus errant,
  Atque aliis pergunt nidificare locis.
Ægypto sacram ducunt sublimius arcem,
  Seù similis primæ, seù fugit ista parum.
Et statuunt verum ritum, & collegia fundunt,
  Esseni hic veris post viguere modis.
Est hoc Esseni dispersi finibus altis,
  Et visum variis hoc genus esse plagis.
Hùc Judæorum fugere examina multa:
* Ductorem Oniam, pontificemque petunt.
PRælia sed Judæ demum majora parantur,
  Ipsius & virtus non manifesta satis.
Antiochi ductor Lisias, cui cuncta reliquit
  Rex nutu semper voluere bella, venit.

Ira-

Iratus graviter campo cecidisse cohortes,
Pectora pugnantum tanta jacere solo.
Disiectas acies, & non revocabile bello
Agmen, tum fastum multiplicasse Sion.
Dentibus infrèndet, rapidaque exæstuat ira,
Luminibus diris flamma corusca volat.
Ulcisci excidium sperat, stragemque suorum,
Hostibus & parilem contribuisse luem.
Sexaginta ferox pugnantum millia duxit,
Magnanimos cuneos, belligerasque manus.
Omnes instructi clipeis, atque ensibus atris,
Quadrupedis campis ungula pulsa sonat.
Procedunt, galeis cristarum insignia ducunt
Et sonipes ducto pulvere dira fremit.
In Betheron campo sistunt, & castra locantes,
Ventura statuunt bella movere die.
Quisque sibi custos, tum margine castra tuetur:
* Et quoque tunc viles, indecoresque fremunt.
At Judas ductor sociæ fiducia turmæ,
Nec minus arrepto tempore bella movet.
Cumque decem vadit congressus millibus hostes
Adversùs, pulsis agmen oberrat equis.
Intrepidus plaudit, tum se dat mole videri
Ductor, tum votum, constituitque preces.
Tu Pater Omnipotens, fortis tutela tuorum,
Numine qui voluis prælia cuncta tuo.
Nec minus adversæ vires nunc disice gentis,
Quæ sacrum cultum non tolerare valet.
Nos nostras ultrà vires tot damna, necesque
Hostibus attulimus, contulimusque manum.
Sic populum tutatus eras Davide rogante,
Duxisti Jonathæ plura trophæa pio.
Dulcibus & laudes demum celebrabimus hymnis,
Ut fumet variis Hostia sanctà focis.
Dum Numen sprevere tuum, qui nostra lacessunt
Agmina, tu minui non patiare chorum.

Digitized by Google

Nam scelus est hosti, retinetque insania vitam,
Sternere qui terra mox tua templa velit.
Oppetit & victos ferro demittere patres,
Ut nos sub curis, servitioque premat.
Tu nostros tutare Deus, volet irrita vento
* Spes gentis, gelidis invenienda fretis.
SIc ait, & Judas sonipis super ardua saltu
Terga salit, tum se mole nitente tenet.
Et volat, arboream multa vi concutit hastam,
Et sequitur celebrem tota caterva ducem.
Et tubicē fera signa dedit, mōs murmure mugit,
Spiritus aurarum stegmata ducta movent.
Concurrunt utrimque acies, & spicula librant,
Atque hinc Judæus, hinc ferus hostis agit.
Quis meminisse potest casus, obitusque virorum,
Quos Judas cumulat, fulmineusque premit.
Illius adspectu retrò fugère ruentes
Hostes, & solitæ terga dedere fugæ.
Nec Lisias revocare valet, nec ducere verbo;
Sed fugit ingenti turba coacta metu.
Hi nimium trepidi, dum fit nimis arduus hostis,
Cæsorumque ingens surgit aceruus humi.
Stant galeæ limo fixæ, radiique rotarum,
Cervices cæsæ, sanguineæque manus.
Dissolvi dulci luctantia corpora vita
Flebant, & vivos vox morientis agit.
Gloria victoris victi confusa dolore,
Nec sonipes Dominum sustinet esse super.
Insequitur Machabæa cohors, hostesque fatigat,
Illorum pereunt millia quinque viri.
Et reliqui fugere metu, nec volvere frontem,
Atque hostis furias non superare sciunt.
Et Judas lætus spoliis, & divite pompa,
Dividit ad socios præmia parta suos.
Grateras, tunicasque vagas, fulvosque lebetes:
* Quid pretii campo, quid validique fuit.

Gra-

Digitized by Google

LAudibus & Judas Domino de more relatis,
Festa, diem indixit, quò peragenda foret.
Nempè iste Assideum sacrato à stipite ramus,
Et nostræ nimiùm legis amator erat.
Nam chorus Assideum grates post horrida bella
Curat, tum Domini laudibus usque sedet.
Eja agite, ò socii, mecum descendite Templo,
Ductor ait, sacrum tum meditemur opus.
Hostilisque acies campo lacerata quiescit
Ut pascant volucres, visceribusque feras.
Hæc nam nostrorum poscit clarissima morum
Lex, instauremus vota beata Deo.
Hoc æquum Eliadum legem profitentibus almã,
Atque æquum Domino contribuisse decus.
Sic ait: Ipse priùs ductor ceù marte sub alto,
Sic pacis custos concelebrandus erat.
Omnis & instructis veniens exercitus armis
* Ascendit, qua patriæ tecta beata patent.
ATria deserti cernunt, celeberrima quondam
Templi, quod numeri, vix populiq; capax.
Sanctaque sanctorum pedibus violata prophanis,
Diuulsas aras, dilacerosque situs.
Disiectasque trabes tecti, combustaque cedri
Ostia, tum fædos occupat herba situs.
Ingemuit Judas, socii lacrymantur Hebræi,
Essæique patres, sydereumque genus.
Ut cernunt sine honore locos, postesque reuulsos,
Atria sacrato vix obeunda pede.
Atque pavimentum fædum, tum saxa theatri
Abjecta, exustas igne vorante fores.
Corda premit pietas, tum palmis pectora tundũt,
Dum cernunt diros huc subiisse pedes.
Heù prædulce decũs quondam, tum gloria nobis
Templum, quo Deitas tot bona signa dedit.
Pulvere conspergunt crines, humilesque reflexis
Exorant genibus, conduplicantque preces.

Ut lacrymis tollant temerata piacula gentis
    Exorant pueri, virgineæque manus.
O' domus Excelsi, tum nobis maxima semper
    Moles, sic diri te tetigere pedes!
Inde domum Judas quærit purgare prophanam:
* Res nutu rexit, disposuitque suo.

FOrtè recesserunt validis sub turribus urbis
    Hostes, & tutis conlatuere locis.
Primùm Judæi turres cinxere corona,
    Et dura stringunt obsedione situs.
Atque Sacerdotes, quos more nitescere vidit
    Judas præfecit, distribuitque choris.
Quisquis se voto obstrinxit pia jura tuendi,
    Addicta & Sacris turba ministeriis.
Quicumque illecebras, & fastum despicit orbis,
    Pascitur ætheris mox, fruiturque bonis.
Quæ capita Eliadum, tali ratione libenter
    Viuunt, seque aris, obsequiumque dicant.
Hic modus Essenos vehit ad cœlestia patres,
    Hos Judas vocitat dux, habilesque legit.
Expurgat quæ sacra domus, cunctosque recessus,
    Quidquid & adversi pes tetigisset atrox.
Emundatque situs, & quæ temerata novantur:
* Turbaque stat donis officiosa suis. (aram,

UT ventum ad sacram, medio quæ substitit,
    Tum graviter Judas, tum gemuere patres.
Sub qua vexerunt scelerata piamina gentes,
    Et quondam saliit victima grata Deo.
Mens incerta manet tanto discrimine rerum;
    Quid facerent, agitat spes, dubiusque timor.
Eruerentne aram veterem, cui dona tulerunt
    Tot quondam reges, magnificique duces?
Staretne? extremam liquit sententia mentem,
    Altare educi nam statuere nouum.
Evertunt vetus, & sacro pia saxa recessu
    Abiciunt, donec mens patefacta Dei.

Et similem primæ ducunt properantius aram,
Quò fumus grata nube salire queat.
Atque illam pompis Judas circumdedit aptis,
Exornatque sinus, & nova vasa refert.
Atque theatrales circumdat lumine pompas,
Et mirè æterno lampades igne micant.
Velaque inaurato pendent fluitantia tecto,
Atque omnis prisco pompa reducta modo.
Instituuntque dies festos, & carmina dicunt,
Solemnes soliti quo duplicare preces.
Octavas statuunt luces, quò versa refulsit
Sors Judæ, diros exuperatque duces.
Floribus insternunt valvas, pictisque tapetis;
Ingeminant dulces sistra canora modos.
Custodes Judas statuit fortissimus arci,
Atque armis cinxit, præsidioque locos.
Et postes Templi, tum propugnacula firmant,
Quò robur belli, quò vigor omnis adest.
Si quando gentes turbare perennia vellent
* Festa, queant cives vi reparare luem.

AST Deus Essænis duplicari curat honores,
Dum regem Antiochum tradidit excidio.
Illius & corpus corrosum vermibus atris
Concidit, & sanie membra cruenta madent.
Dirum supplicium, quo non genus acrius esset,
Et dignè capiti concidit omne suo.
Ipse ad Persarum celsas proficiscitur oras,
Ut belli in Judam robora multa legat.
Persepolimque adiit, cives odere tyrannum,
Et rex incertis trasfuga currit agris.
Fortis Alexandri templo suspensa superbo
Dum raperet dira tela superba manu.
Inclita defendunt telis monimenta coloni,
Gloria prò summo pignore quæ tenuit.
Jerusalem sacros mauult divellere muros.
Dum sint Judæi causa, caputque viæ.

Dum celſa campi vehitur per aperta quadriga,
Eſt viſus rapidas acceleraſſe rotas.
Concitus ex curſu, tantus fuit impetus axis,
Corruit, atque ſolo membra retunſa rigent.
Hinc fractos graviter ducit miſerabilis artus,
Ampliùs haud priſca mole valere poteſt.
Tibia diſrupta eſt, tergum per ſaxa volutus
Languet, tum toto corpore plaga venit.
Fibraque diripitur fœdato ſanguine ventre,
Sæviit & tota tabida pelle lues.
Viſceribus fractis diram expurgare mephitin
Incipit, & tetro corpus odore madet.
Ipſe ſcelus noſcit, ſerò ſed pœnitet acti,
Pœnitet & ſacram nunc violaſſe domum.
Infelix quid agat? tardò revocabitur error,
Cum venit ſummo pœna tremenda polo.
Mitibus & verbis ſcripſit tremefactus Hebræis,
Ut flexa ad placitum concidat ira Dei.
Occidit, & graviter reges docet improbus omnes,
Non contrà ingenuos bella movere viros.
Sparſi Eſſenorum pœnam dedit ille cruoris:
* Pro quorum cœli porta tonabat ope.

NUnc nova vicinis Judas citus apparat arvis
Prælia, Judæos quæ decuere magis.
Pugnantumque iras acuit, vexatque propinquos,
Atque acies longa mox regione furit.
Nam gentes, queis nomen obeſt, tum gloria Judæ
Exarſa ingenti corda dolore replent.
De Judæ bello, ſtelliſque ad proſpera verſis,
De patria rursùs ſacra parante Deo.
Judæis pergunt facilem violare quietem
Labraque mox livor dente momordit atrox.
Legerunt cuneos varios, tum more latronum
Cœpere Hebræos diſpoliare ſinus.
Nunc contrà obnixi, profugi nunc terga dedere,
Nec minus & pedibus, quàm valuere manu.
Judas

Judas vicinam quærens excindere peſtem
Inducit turmas,& fera bella parat.
Procedit contrâ, & multa movet arte phalanges,
Nominis Hebræi digna trophæa gerit.
Vaſtat Idumæi latè confinia campi,
Et gentis fraudes,inſidiaſque terit.
Illorum exurit flammis crepitantibus agros,
Et captos vinclis,compedibuſque gravat.
Diſcurrit victor campis,& funera ſpargit,
Et lætus prædis dux,ſpoliiſque venit.
Atq; Ammonites valdo certamine ſternit,
Qui ferre incurſum non potuere ducis.
Timotheus duris contrâ licèt iret in armis
Duƈtor,qui multo robore tela gerit.
Hic regit hoſtiles turmas,& barbara ſigna,
Cui virtus cordi,tum manus apta neci.
Sed Judas contrâ rapidis ruit obvius armis,
Illius & ſternens robur inane facit.
Atque Urbem Gezer vaſtat, civeſque coegit
* Hebræis ſolito ferre tributa die.

AST parte ex aliâ montis propè culmē amœnū
Carmeli,graviter mens ſcelerata furit.
De tantis dignè bellis hoc tempore geſtis,
Hoc fuit infelix, intrepidumque minus.
Nec Judas generoſus adeſt,quem lædere nūquam
Fas quemquam,capiti dum favor axis adeſt.
Hoſtiles tota veniunt Galaatide turmæ,
Et Judæ propius regna propinqua terunt.
Atque repentino populantur mœnia motu,
Inſternunt telis,funeribuſque vias.
Iſraelitæ miſerunt nuncia Judæ
Dè diro incurſu,diſcidioque virum.
Dum multo à Juda verſatur epiſtola queſtu
Ex alio venit nuncius alter agro.
Inquirit Judam,& verbis citò fatur anhelis,
Quem miſit vaſto gens Galilæa ſinu.

O Pa-

Digitized by Google

O Patriæ præclare decor, tum gloria nostræ,
  Civibus optatus, præsidiumque tuis
Fer populo nunc prõptus opem, qui sãguine spar-(sus,
  Nam furit in nostris tristis Erinnys agris.
Venere & plures totâ Ptolomaide turmæ,
  Et dura stringunt obsedione situs.
Hos misit quoque dira Tyros, finesque superbæ
  Sidonis, flammis jam Galilęa perit.
Judæi tantos nequiunt removere furores,
  Incola vix primo marte resistit eis.
Et leuiter differt bellum, tum limina servat,
* Præque illis donec tu properare velis.

EXtemplò Judas rebus dux consulit atris,
  Partibus & variis mens agitata cadit.
Eliadum nam turba movet, qui finibus illis,
  Ex quibus is Judas fidus alumnus erat.
Simonem ad bellum multa legione potentem
  Demisit, charus qui sibi frater adest.
Sanguine, more sibi junctus, tum robore, forma,
  Et quoque cognoscit relligione parem.
Procedit Simon, tum fratris more lacessit
  Hostes, & sæva disiicit arma manu.
Prosequitur profugos, tum tela trabalia figit
  In tergis, vanæ dum via facta fugæ.
Insultus domuit, tum corda ferocia pressit,
  Illorum vinclis brachia capta ligat.
More quirinali palmis agit acta ligatis
* Agmina; tum Fratris se tulit ante genas.

SEd Judas petiit steriles Galaatidis oras,
  Quò patres graviter cura molesta premit.
Bisque triumphavit lato dux æquore, Judas,
  Atque hostes præssit, Timotheumque ducem.
Insigni præda rediit, claroque triumpho
  Atque acies omnes dè regione fugat.
Dum nimis expositi fuerant hostilibus armis,
  Semper & experti barbara tela patres.

Læti-

Lætitia ingenti patrii fremuere coloni,
Dum victor Judas libera tecta petit.
Is pius ascendit Templum, capitolia cœli,
* Ut faustus sacris lucibus annus eat.
ASt aliquo porrò miscentur gaudia luctu;
Non felix prorsùs, tum sine felle dies.
Sed talis casus nostros discriminat agros,
Erudit & mentem sors mala sæpè virum.
Cum ruit ad latas Judas Galaatidis oras,
Ad fera demisso prælia fratre priùs.
Ductores binos Iudæâ liquit in urbe
Insignem Joseph, Azariamque ducem.
Subsidio Templi sistant, tum mœnia vallent,
Hostis ne celsa clausus ab arce ruat.
Et vetat hostiles sub marte lacessere turmas,
Ad pugnam adversos nec vocet ipse prior.
Dux abit, atque illis rerum deduxit habenas,
* Et pergit quò quò majus agebat opus.
DUctores gemini capti spe martis inani
Ilicet adversis bella tremenda movent.
Præceptum contrâ Judæ ferus impulit agmen,
Sistit & æquoreo ductor uterque situ.
Gloria seù pepulit, propriæ aut libamina sortis,
Sive illis multo robore dextra valet.
Seù tales fuerint dextrâ, cupiantque videri
Seù tales, prædæ seu stimulavit amor.
Infausta adversis committunt prælia marte,
Et pergunt, pauci cum rediere, mori.
Gorgia sed contrâ sceleratum compulit agmen,
Mole gigantæus, fulmineusque manu.
Excepto Juda, Marti non cederet ipsi;
Tantum virtutis conscius ipse suæ.
Iste irritamen belli cum triste videret,
Accensus contra vel sua signa movet.
Et primo accursu judæum disiicit agmen,
Atque imo cumulant corpora multa solo.

Ni

Ni vertat sua terga fugæ,camposque relinquat,
Vix unus tanto Marte superstes erat.
Pro nostris legimus jam nunc dignissima fastis,
Et causam bello cur cecidere viri.
Azarias,Joseph,ducunt qui marte phalanges,
Non juncti sacro more fuere simul.
Neve ex Assideum generoso semine substant;
A quo manabat tunc Machabea cohors.
Nam solum Essæis servat Deus axe triumphum,
Istum,atque adversas dat superare minas.
Hæc credit Judas,tum sacro ex agmine scribas
Officio misit centurionis agris.
Ne cis Jordanem Judæi insistere vellent,
* Sed se se bello,militiæque dicent.

INtereà Judas majora ad prælia vires
Apparat,ut gentes mox,penitusque ruat.
Et contrâ petit ire ferox,quo Gorgia pugnat,
Flectere qui Judæ colla superba negat.
Mam sæpe externos jungens ad castra maniplos
Hebræis clades,excidiumque dabat.
Haud impune tamen,contrà movet agmina Judas
Obvia,sed primùm fudit ad astra preces.
Et more Assideo vocat ad certamina gentes,
Spargit & intrepida funera multa manu.
Non semel adversos vicit,penitusque fugavit,
Sæpiùs ast illos,multotiesque premit.
Fumat equus sudore tamen sub corpore Judæ,
Nam quoq; sub tanto principe gaudet equus.
Sanguine purpureum toto fert æquore Judam,
Illius æthereum fulgur in ense furit.
Illius adversos volitans exterruit umbra,
Quà nihil & pejus, nil graviusque vident.
Gorgia tum fugit,& geminis se turribus addit,
Fert secum turmas,belligerasque manus.
Plurima,ceù potuit vexit molimina belli,
Quidquid telorum,præsidiique foret.

Val-

Digitized by Google

Vallatæ fossis turres sub cautibus arctis
  Horrent, & tollunt culmina celsa polo.
Haud tamen hinc Judæ virtus de pectore sistit
  Eripere & causas, diffugiumque viris.
Et turres circum clipeatas explicat alas,
  Et testudineà tunc saliere rota.
Et scalam apponunt, laterique incendia miscent,
  Atque aries dura mœnia fronte quatit.
Hostibus excidium donec, stragemque dedere
  Judæi, & vertunt sub ditione situm.
Victor Idumeæ demùm ruit oppida multa
  Judas, tum Famæ pandit ubique sonum.
Atque hinc Timotheus prisco sub marte repulsus
  Nunc dirùm bellum dux renovare cupit.
Dum queat ulcisci, Judæque resistere dextræ,
  Et victi indignas sic abolere notas.
Indè peregrinas acies, atque extera signa
  Advocat, & dira bella cohorte movet.
More Asiæ tendit campis equitatus apertis;
  Et fortis speciem dat, validique procul.
Nam radiat armis, cristarum & cornibus altis,
  Horrida bis terso pelta sub ære micat.
Magnanimus Judas gentis sibi quidquid, & artis
  Commouet, & tunica membra decora tegit.
Cervicem galea munit, tum crura cothurnis,
  Ascendit saltu terga frementis equi.
Sed primum Domino populū commēdat, & arma;
  A summo sperat cuncta secunda polo.
Sin Deus ex alto ductorem spectet Olympo,
  Et sanctos mores, ingenuumque caput.
Sic numquam tanta requievit mole laborum,
* Pro nimia factus dux pietate ferox.

HInc Deus angelicos demittit ab axe ministros,
  Qui Judæ firment ense nitente latus.
Heroes cœli veniunt stellantibus armis,
  Membraque sub pulchra lucida mole movent.

Et

Et niveos domitant sonipes, quos protulit aura
Queis visa est celeres ala movere pedes.
Aurata roseos includunt casside crines,
Plumarum galeæ vertice silva rubet.
Et fluvii lucis claro thorace fluebant,
Pro squama radiis stella decora tegit.
Aureus atque humeros mordebat haltheus altos,
Gemmantique obeunt cingula dente latus.
Purpureus tergo crepitans descendit amictus,
Vivaces oculis, sydereumque caput.
Et suras vinctis soccis vaga crura reponunt,
Gemmea tum teneros comprimit ansa pedes.
Et decor in membris viguit juvenilibus aptus;
Non hæc humanis forma sit apta genis.
Et phalaris sonipes, lorisque rigentibus auro
Insignes, munda de nive colla nitent.
Quisque heros cœli stellatum corripit ensē,
Et rigido vivax ignis ab ense ruit.
Semiscent Judæ turmis, tutantur Hebræos,
Inque hostes rapidi, fulmineique ruunt.
Diffugiunt hostes, nec spes subit ulla salutis,
Ut cernunt juvenes, sydereosque duces.
Cœlorum duplex lateri stetit armiger altò
Judæ, ne possint tela nocere sibi.
Et tres Assideos alios munimine firmant,
Illorum pungunt ad pia facta manus.
Felix tu Judas, nec non Essæa propago,
Queis tantos juvenes promeruisse datum.
Heroes vobis veniunt cœlestibus aulis,
Sic accepta polo candida vita fuit.
Angelicæ plumas quatiunt per sydera mentes,
* Et se se proprio post retulere gradu.

PRælia sed primis veniunt majora peractis,
Hostis & extremo robore tela parat.
Nam prorex Lisias transacta revolvere bella
Obcupit, incipiens vim duplicare ducum.
Hanc

Digitized by Google

Hanc ignominiam propriis divellere fatis
Si queat, ulcifci tot fera damna velit.
Agmina multorum inſtruxit ſine fine virorum,
Quique pedes vadit, quique refulget eques.
Inſtructas toto citiùs movet æquore turmas.
Auditur fremitus quadrupedantis agro.
Octoginta quoque inducunt ad bella Elephantes,
Excidium vivum, corporeaſque domos.
Et major Liſiæ ſub marte ſuperbia creſcit,
Ut certus Judæ ſit ſuperare manum.
Compedibus plantas victis onerare malignis
* Sperat, tum cunctos igne vorare ſitus.
ARmorũ ſtrepitus longo bibit æquore Judas,
Ut cernit turmas, innumeroſque viros.
Quale gruum cœli volitans regionibus agmen
Cum linquit fines, Strymoniaſque plagas.
Ætheris & denſis fines obnubilat alis,
Et nos conductâ fronte tuemur aves.
Haud aliter Judas ſtupuit numerumq; ſonumq;
Hoſtis, qui longis conglomeratur agris.
Unde preces ſpargit, dominumq; accendere voce
Cœpit, dum dextro ſit pede tela ſuper.
Mittat & angelicum celsâ regione miniſtrũ,
Qui tantas valeat præcipitare minas.
Audiit & votum, læuum Deus intonat axe,
Et Judam auxilio deſtituiſſe negat.
Tum Clamidis candore nitens, & pulcher in armis
Angelus apparens fræna gerebat equo.
Collucens niveis armis, & poplite terſo,
Et texta è ſtellis ſunt tegumenta ſinus.
Eſt viſus roſeis volitare licentiùs alis,
Frons ſupter fuluas fulget eburna comas.
Protegit & clipeo pectus, qui ſyderis inſtar,
Pulcher & adſpectu dux, rigiduſque manu.
Ipſe etenim niveis totus collucet in armis,
Eſſenis niveis nam referebat opem.

Ad-

Digitized by Google

Adſpectu illius curſu per devia turmæ
Diffugere,& rapidæ vertere terga fugæ.
Hoſtes diffracti fugiunt, cœlique tremiſcunt
Arma,ruunt retrò,tum quoque dux Liſias.
Hos fuga felices reddit,dum morte revellit,
* Cæſorumq; ingens ſurgit acervus humi.
DUx Liſias porrò tremebundū volvere pectus
Cœpit,tum ſummi noſcere monſtra poli.
Converſos cœlos Judæ,& cœleſtia tela,
Et diram pugnam,difficilemque ſibi.
Conſilium melius ſubiit;nunc arma remittit,
Se jungi Hebræis pace manente petit.
Et negat injuſtum Judæ committere bellum,
Atque ipſum inſultu,militiâque ſequi.
Legatoſque illi mittit cum munere pacis,
Cui lætas offert regis amicitias.
Et patrias ſervet leges quocumque libenter,
Sive oris regni,ſive ubicunque foret.
Si vellet regem ſociare fidelibus armis,
Cum poſcit tempus,currat in arbitrium.
Armaque promittit Judæ exiſtentia regno,
Cum mallet,promptam neve negabat opem.
Sic ait,& regis firmavit nomine legem,
* Compoſito tandem fœdera marte tenet.
CUlturæ hortorum tandē labor additus omnis,
Judæi facto tempore rura colunt.
Finibus exercent vires,atque otia rumpunt,
Exercent raſtris,vomeribuſque ſolum.
Præcipuè Eſſeni,queis talia jure placebant,
Qui buxo exornant,limitibuſque ſitus.
Delicio cœpere frui tum frondis,& horti,
* Dum gentes bello,finitimique ſinant.
TImotheus quidam prorsùs diverſus ab illò
Occiſo, rupto fœdere tela capit.
Alter Apollonius regis moderator equorum;
Infeſtant ſacras,diripiuntque plagas.

Aſt

Digitized by Google

Ast Judas ruptum fœdus dum cernit, & omnem
 Legem, jam contrâ comparat ire duces.
Arma sub antiquo dudum pendentia tecto
 Solvit, post illis brachia plena rotat.
Pulvere decutiunt clipeos, tunicasque retergunt
 Arvinâ, & volucri spicula cote novant.
DUctor Joppites Judas citò conterit hostes,
 Illorum in portu nostra caterva furit.
Infesti Hebræum mergebant corpora ponto,
 Dum sulcant tumidum nave gravante salum.
Judas littoribus sævit, quò murmurat unda,
 Et raptâ exurit ligna parata face.
Applicuit rapidos celsis navilibus ignes,
 Exurit cunctas stuppea flamma trabes.
Diffugiunt nautæ, tum flammis corpora [illegible]ando
 Eripiunt, tergo sed fera tela ruunt.
Devastant fidi penitùs curvamina portus,
 Et jaciunt vacuo grandia saxa sinu.
Immissis circum rapidè furit ignis habenis,
 Per versos remos, per tabulata furit.
Adiciunt nostri tenuis nova pabula flammæ,
 Sulphureos latices, meteriemque picis.
Per nebulas vulcanus abit, tum lumine fœdo
 Eripit adspectum, contenebratque diem.
Atque aer nidore madet, resolutaque flammis,
 In bibulos cineres transtra perusta volant.
Exoritur miseranda lues, nec vellere ligna,
 Nec funes dirâ navita peste valet.
Et supter remos, supterque extensa rudentes
 Occisum passim corpora multa jacent.
Sævit atrox Judas, flammâ micat acrior ipsâ,
 Nec quemquam ardenti jussit abire nece.
Anchoreos dentes undis cum pondere toto
 Mergunt, & nandi quæque elementa forent.
Atque minutatim ferro retinacula cædunt,
 Et regimen nautis, carbaseosque sinus.

Sul-

Sulcantes longè flammas mirantur ab alto,
Caufa tamen tanti conlatet ipfa mali,
Et longè à portu celeres navilia torquent,
Ne premat ipforum tanta ruina rates.
Sic fævit Judas, victorque incendia mifcet,
* Et fecum remos, robora, vela tulit.

SIc quoq; Jamnitam preffit fub littore Judas,
Dum fimili facros falleret arte viros.
Nempè ifte Hebræos navis fumebat in alvo,
Poft mergit ponto, præcipitefque premit.
Hi medio periere freto, dum naufraga jactant
Brachia, poft victi funda labore petunt.
Judas tum portum fcandit, tum navibus inftat,
Atque omnes puppes atterit ignis edax.
Nautæ, qui flammæ fugiunt, non militis iram,
In mediis ferro, dum perimuntur, aquis.
Sanguinei exundant fluvii, maria altera ponto
Mifcent, nempè maris lympha cruore rubet.
Sæviit & Judas graviter; contra ipfius arma
Ingenti ductus turbine venit Arabs.
Conflixere fimul, bellum lacrymabile furgit,
Atque Arabes verfi terga dedere fugæ.
Cœpere & victi ramos prætendere pacis,
Et fœdus Judas conditione fubit.
Poft urbem Cafphyn vallatam turribus altis
Vaftat, tum mifcet cæde tepente locos.
Dum Characâ quemdam fperat reperire fub urbe,
Qui quondam Hebræis impia damna tulit.
Cuftodes urbis cædit, ftravitque colonos;
Ceù fulmen rapido currit ubique fono.
Timotheum contrâ pergit, paucifque maniplis,
Ex illis mactat millia multa virum.
Talis tranfcurrit campos, totusque videtur
Orbis fub figno fe pofuiffe fuo.
Timotheum tandem cepit, mittitque redeptum,
Libera Judęùm pro duce turba fuit.

Sic

Digitized by Google

Sic cœli confiſus opi,dextræque Tonantis.
Hoſtibus innumeris tot fera bella dedit.
Præſidiumque hoſtile terit poſt altera bella,
Atque Ephron urbis mœnia lata ruit.
Poſt celſus ſpoliis rediit,partiſque triumphis.
Quò tranſit cædes, excidiumque ferens.
Et Solymas petiit grates perferre Tonanti,
Ut Templi ſpolia figeret ante fores.
Sacratas pompas ſtatuit ſolemnibus aris,
* Et propè tunc pubes ſiſtit Hebræa ducem.

DUctor Idumæus contrâ poſt cōparat arma
Gorgia,tum vaſtat more leonis agros.
Accendit tubicen juvenes ad prælia cantu,
Exoritur clades,ſanguineuſque furor.
Tandem pro Judâ victoria concutit alas,
Ipſi ſed nimiùm diva cruenta venit.
Hebræi cecidere duces,præclaraque pubes;
Mæſtitiæ cauſam dux Machabæus habet.
Poſt cauſam ſtragis,fatique ad peſſima verſi
Dux noſcit,pro qua tot cecidere viri.
Dum cæſos Judas ſpoliat dux inter humandum,
Et tunicis miſerè membra cruenta levat.
Invenit quemdam ſupter thoraca ferentem
Idolum gentis,conſatitanſque ſcelus.
Quod vetitum de lege fuit,nil gentis iniquæ
Accipere in donum,nec ſcelerare manum,
Detegit idolum Judas,populoque reſignat,
Atque illi cœpit voce gravare nefas.
Quod bello occiderint tanti,pro crimine diro;
Dum miles vetitum ſuſtulit unus opus.
Ad cautum reliquo certamine ferre coegit
* Mentes,ne [illegible]ndat nos ſuper ira poli.

SEd Ductor ſacras volvens ſub pectore curas
Nunc cæſos dignè pertumulavit agris.
Atque preces ſtatuit cœlo pro pace ſuorum,
Solemni celebrat funera tanta die.

Je-

Digitized by Google

Jerusalem plures argenti pondere dracmas
 Misit, sub sacra dona ferenda domo.
Pro cæsis statuit duplicata piamina turbis,
 Qui pacem propria sic peperere manu.
Esse sciens, animas post obruta vivere fata.
 Omnia nec mortem claudere fine viris.
Spiritus infelix refluit Phlegetontis in oras,
 Post puro velox igne probatus abit.
Syderea regione frui post dileta fata,
 Et formam tenuit, quam dedit ante Deus.
Taliter Esseni vitæ ratione probabant,
 Spiritus exuto corpore vivat adhùc.
Seù peccata luant, levibus quæ corpora guttis
 Fœdant, dum sceleris pœnituisset eos.
Sæpiùs errantes flammis pascuntur in Orco,
 Ut capiat culpæ tædia plura suæ.
Hac pœna adstricti jam sunt pietatis egentes,
 Nam plorant Orco, tartareisque vadis.
Scilicet impunis nullus, qui crimine vinctus
* Sydereo carpit gaudia celsa sinu.

NUnc gentes ex arce Sion fera bella movebãt,
 Incursu & vario per loca prima furunt.
Infestant cives Solymis, & vulnera spargunt,
 Et post securo se rapuere loco.
Ast Judas penitùs tantam divellere pestem
 Expetit, & fortes vi spoliare situs.
Ilicet is valida cinxit munita corona
 Mœnia, balistis tum fera tecta quatit.
Et testudineo tutus sub fornice miles
 Desalit, & turris culmen inerme tenet.
Ut vidit Judas, scalam cum pondere toto
 Corripit, & multo vadit ad alta gradu.
Tempora sub clipeo servat, tum concutit ensem,
 Et suffert quidquid gens jaculata super.
Applicuit lateri flammas, atque arida circum
 Pabula dat piceos, sulphureosque globos.

Atque

Digitized by Google

Atque aries duro diverberat ardua cornu
Mœnia, per muros rima maligna patet.
Materiem mollem, & lanæ tractabile pondus
Ictibus hinc hostes applicuere feris.
Lanqueat utque aries cursu, furiasque remittat,
Et recubans placidum fronte retundat opus.
Falcibus & Judas lanam, ferroque recidit,
Utque aries pleno pondere præcipitet.
Ut tamen obsessi bello graviora videbant,
Ad regem mittunt nuncia plura levem
Præcingi turres strictè crudelibus armis,
Et Judam flammis vertere velle situm.
Ut ferat auxilium pronus, rebusque salutem,
Ni dirè cunctos ense perire velit.
Fulminat hìc Judas, munimina conterit arcis,
* Et ferit aerium vi populante latus.

TUm Rex turbatos nervos, & robora belli
Colligit, & vocitat sub sua signa duces.
Judea ingentes mittit regione catervas,
Et Lisias ductor tela tremenda gerit.
Insonuere hostes campo, validisque lacertis
Hastarum dirè pondera multa ferunt.
Procedit campo celeri Syrus horridus æstu,
Currit quà scriptæ proxima meta viæ.
Ductor & obsessam Judas cum linqueret arcem
Contra fulmineos apparat ire Syros.
Et manibus junctis cœli sublime precatur
Numen, dum vires, dum sua signa regat.
Per tenebras noctis fusus, callesque malignos
Vertit inacessis castra reperta viis.
Hostes instantem porrò sensere tumultum,
Corripiunt enses, congrediuntur equis.
Hinc decus Hebræū Judas cum fratribus almis
Hostibus immisit funera plura ferox.
Spicula certatìm spargunt, & missile ferrum,
Judas sanguineo limite currit iter.

Nam stricto ferus ense viam rapit æquore toto,
Signa nec adverso dat retinere duci.
Illius adspectum, quò nil atrocius hostes
Fugere, & vitam jam posuere pedi.
Vicisset Judas, victoria plena fuisset,
* Sed frater nullo jam perimente cadit.
FOrtè inter turmas, interq; Eleazarus arma
Currebat, cunctos tum lacerabat equos.
Hinc Elephas ruit, & multis circumsonat armis,
Monstrum, ingens, atrox, excidiumque virũ.
Procedit latè, tum terga trementia jactans,
Bellatrix media machina mole furit.
Qua super immixtus campis volat obvius hostis,
Atque inter cædes, inter & arma ruit.
Haud tulit immanes atrox Eleazarus iras,
Et contrà monstrum comparat ire pedes.
Atque illi gladium capulo tenus abdidit alvo,
Funditur è sthomaco, visceribusque cruor.
Mole ruens animal juuenem cum corpore toto
Oppetit horrendè, procubuitque super.
Pondere compressus ductor, telisque gravatus
Occidit, & sicco spiritus ore fugit.
Illius ex obitu fractæ mœrore phalanges,
Viribus amissis ingemuere diù.
Et Judas gemuit, quoniã pars multa perẽpta est,
* Et pergit socios nunc revocare tuba.
POst rex preclaram Judæis disijcit urbem,
Lætus ob occisum mox elephante virum.
Trãstulit & turmam Solymas, atq; institit armis,
Mœnia tum denso milite lata replet.
Arcibus è summis Judas dux bella lacessit,
Et torquet lapides, turbinibusque trabes.
Judæi longi ferrent discrimina belli,
Ni martis vires, deficiretque vigor.
Dira fames clausos cogebat poscere fœdus;
* Ni Deus ex alto mox retulisset opem.

Le-

LEgati veniunt regi, tùm dira reportant
Nuncia, majori bella sub hoste paret.
Perside terribilem, dicunt, venisse Philippum,
Ut perdat velox signa, caputque suum.
Antiochus functus tribuisse negotia regni
Huic fertur, quo res, cumque pericla cadant.
Rex subit à nostro pacem deposcere Juda,
Fœdus amicitiæ tum stabilire nouum.
Amplex usque ducem Judam, fortissima corda
Admirans bello, qui valuere, patrum.
Usque ad Garrenos summa Ptolomaidos ora
Præfecit Judam, consociumque vocat.
Post visit Templum, subiit penetralia molis,
Atque offert aurum, pacificasque dapes.
Et redit ad regnum, turrim sed conterit altam,
Quò jam Judæi conlatitare solent.
Effugii causam vertens, tutumque receptum,
* Ad proprios quamvis pergat amicus agros.
OPpida tunc visit, quæ sub ditione tenebat
Judas, quò socii plura sacella struunt.
Visit collectos claustris, alimentaque misit,
Illorum fines, multiplicatque lares.
Nunc Carmelicolæ florent sub principe tanto,
Nàm Judas sacris vixerat ante choris.
Quiduè ministerii, quid opis dux expedit illis,
* Sic pietas memorem, sic facit altus amor.
INtereà varii surgunt exordia belli,
Judæum latè dum nituisset honor.
Fortè Quirinali frater sub sede manebat
Antiochi, Judæ, qui fuit hostis atrox.
Iste ubi defunctum fratrem sub Persidis ora
Audit, spem vanam flagitiosus init.
Conaturque etenim patruelem avertere regno,
Dum fortuna suum cessa secundet opus.
Advenit in Syriam, Tripolis tum substitit urbi,
Adventus ductor pandit ubìque sonum.

Illi ſe ſe dant multi, Dominumq; relinquunt,
Seù virtus cogit, ſeù genialis amor.
Eupator haud valuit furias reparare, nec arma,
Dimidium regni ceù periiſſe fuit.
Ilicet in celſa ſaliit Demetrius æde,
Seleuci proles, perſpicuumque genus.
Et Judam quoque rumor adit, dubiuſq; videtur,
* Quis nouus hic princeps, quò ſedeatq; modo.
NUnc petit Alcimus patrias deperdere terras,
Qui genere Hebræus, mente ſceleſtus erat.
Ad ſcelus ambitio cujus proclivior uſque eſt,
Miſcens deſidia, criminibuſque choros.
Hic ſua ſacrata ſperans circumdare mitra
Tempora, ſic ficta comparat arte viam.
Ergo hic muneribus ſacra de ſede reuulſis,
Jam regem nullo concomitante petit.
De Juda tunc dira tulit, ſanctoque ſenatu
Eſſenum, regis dum ſine jure viget.
Nempè domos sēper replent diſcordibus armis,
Vertentes cunctos ſeditione locos.
Atque ait; ò tales ſectare per ultima gentes
Regna, pater, regnis conſule, celſe, tuis.
Ni facias, pergaſque manu divellere germen,
Cum facilè ex leni cortice ſurgit agris.
Poſtremò haud dura poteris truncare ſecuri:
De medio Judam tu modò tolle ducem.
Improbe cur ſanctos laceras præ dentibus almos?
Quid labris dirè ſpuma cruenta ſalit?
Eſſenum num turba minax? qui regna tumultu
Miſcent? dum ſancto ſic benè more vigent.
Apti qui patrias ſemper defendere leges,
Gloria ne Domini mox violata cadat.
Alcimi dictis graviter rex motus ad iram,
Frendet, & oppoſito dente labella ferit.
Funditùs Eſſenam promittit vertere gentem,
Et vita illorum tum ſpoliare ducem.

Al-

Alcimo, quo non ficto fallacior ore
Alter, rex munus pontificale dedit.
Ut Solymis præsit, Judamque exterminet armis,
Quin cunctos perimat mox feritate patres.
Mox dedit & turmas sonipum per terga nitētes,
Pergentes miscent, quæ loca cuncta metu.
Advenit ad Solymas structis exercitus armis,
Cum ductore ferox Bacchide turba venit.
Sexaginta viri sacrant de sanguine terram,
Isti ex Assideis nempè fuere choris.
Alcimusque hos fraude petit sub pacis amore,
Extemplò lecti tot cecidere viri.
Visceribus sacris gladii coduntur anheli;
Vita nec illorum lanquet inulta diù.
Pergite felices animæ, quæ sanguine vestro
* Supremum terra sic stabilitis opus.

FRaudibus Alcimi moti, tum Bacchidis atri
Statìm Judæi bella tremenda vocant.
Currit in abruptum pubes, tum corripit arma,
Et Judas verbis excitat inde novis.
Ductor Idumæam citiùs, Solymasque reliquit
Adversus, populi tela, minasque timet.
Cum duce nempè aliæ veniūt Nicanore turmæ,
Hebræum ut flectant colla superba jugo.
Ista etenim cupiūt, quæ post nimis alta videntur,
Cum Judæ cernunt robur, & arma ducis.
Magnanimi Judæ Nicanor nomine motus
Pectoris illius, pervalidæque manus.
Illius indomitos animos, viresque superbas
Spectans, ingenti captus amore colit.
Atque inter fœdus statuit, belloque pepercit,
Cumque illo pacis gaudet inire vias.
Nicanor sponsam ducit, thalamoque jugatur,
Cum facibus pueri, cum choreisque canunt.
Felicis cives gaudent sub lumine tedæ;
* Et Judæ licitum porrò quiete frui.

PRoditor Alcymus Judæ de fœdere triſtis,
Dum nequit obtentum poſſe replere ſuum.
Diffugit à Solymis, regiſque ad regna profectus,
Atque illi in dirum cuncta benigna refert.
Scilicet Hebræi tuti Nicanoris armis,
Infeſtis latè ſtent, abeantque minis.
Quòd dux depoſito Nicanor nomine gaudet
Delicio Veneris, deſidiaque thori.
Otia ducebat Solymis, Venerique dicatus,
Duntaxàt nigra nocte trophæa gerit.
Ductori rex ſcripſit atrox, atque arguit illum,
Judæa illecebris, connugioque frui.
Paci indulgeret, cum ſe ſe ad bella vocaſſet,
Et corpus Veneri ſegnis, inerſque dicet.
Exurgat, populumq, premat, duruſque coarctet
Velle voluntatem ſemper inire ſuam.
Et Judam properet vinctum demittere regi,
Jam doctum multa vertere fraude viros.
Aſt tunc Nicanor Solymæa ſede receſſit,
Qua regni pergens Antiochia caput.
Maturè de rebus agens, nec lene videtur,
Ad regem Judam mittere poſſe ducem.
Primò quidem tentare petit, tum fallere linguæ,
* Pectore ſin verſo diſſimulare queat.
PRæſentit dubios motus, mentēque reflexam
Judas, tum ſe ſe proripit indè procul.
Nicanor ſcandit Templum, totamq; per arcem
Ivit, ſin ſacro ſiſteret ille loco.
Turbidus & cunctos voluit penetrare receſſus,
Et totam voluit circum, agitatque domum.
Atque Sacerdotes mediam protraxit in ædem,
Et cogit tectum prodere voce virum.
Dejecturum arcem minitans, Tēplumq; ſuperbū
Verſare ad terram, marmoreumque decus.
Ni Judam ad lucem referant, mittantq; revinctū
Regi, atque Eſſeni corda dolore replent.

Exo-

Digitized by Google

Exorantque Deum rabiem mollescere regis;
* Ne domus hinc rursùs procubet alma solo.

TUm Regem Nicanor adit, mentēq; ferocem
Objecit Judæ, belligerasque manus.
Poscit ad hoc plures turmas, equitantia campo
Agmina, dum regis perficiatur opus.
Colloquio fraudis rursùs comprendere Iudam
Quærens, sed rursùs diffugit à manibus.
Ut ventum ad clarum, Iudæq; adaperta voluntas,
Virtutem ferro quisque probare petit.
Belligeros patres collegit ad agmina Judas,
Prælia dùm meliùs campus aperta videt.
Mars nostris nunc sævus adest, Iudæque secūdus,
Atque hostis Solymis contulit arma fugax.
Ipse Sacerdotes Domino pia vota ferentes
Arguit, ut cœlo munus inane gerant.
Illorum è manibus rursùs depóscere Iudam
Appetit, ut Templo semper adesset honor.
Ni faciant, totam versurum à cardine molem
Spondet, tum lapidum reddere congeriem.
Ast sacri Domino soli confidere vates,
* Ut tollat tantas aura benigna minas.

RAzius Essæos inter clarissima proles,
Virtutis propriæ nunc manifestat opus.
His custos juris, patrium servare decorem
Aggressus, nostros inter honestus avos.
Hic clarus vita, clarus quoque morte sub ipsa,
Zelator cœli, fatidicusque pater.
Hic pectus casta solitus præcingere zona,
Virtutis sacro calle tetendit iter.
In claustris semper solitus peramare quietem,
Dum possit summum vir prece adire Deum.
Natales olli clari, clarissima vita,
Alter in alterius fulget honore decor.
In pace, in bellis habitus non debilis author,
Consilio plures dulciter ipse movet.

Illius & vitæ ſemper laudabile munus,
  Natales morum nobilitate colit.
Ipſius ad clarum Nicanor commovet ædem
  Turmas, tum denſo milite tecta petit.
Indigno heroem cupiens convoluere nutu,
  Et ſecum indignis hunc retinere moris.
Vir pius impatiens manibus ſe ferre latronum,
  Et diram pœnam, nequitiamque pati.
Nataliſque ſui celſum violare decorem,
  Et ſua ſub vili ponere colla jugo.
Tum candore ſuos, quo ſemper dirigit actus,
  Ingenuum ſemper dux meditatur opus.
Transfodere horrenti pectus citus appetit enſe,
  Nevè tyrannorum ſe reperire manu.
Aſt fallit non certa manus, ſeducta furore,
  Non potuit ſubito corda forare ſtylo.
Et ſenſit turmas foribus de cardine vulſis,
  Horrere, infandos dum tenet aula pedes.
Ipſe etenim dura accenſus præcordia flamma
  Fugit, quà muro lata feneſtra patet.
Se jacit in præceps rapidè, tum pertonat ictu
  Inter & hoſtiles dux animoſus equos.
Hoſtibus in mediis valido ferus intonat ictu,
  Cautibus horrendis tempora fracta rigent.
Sed corpus lacerum, retinet quoq; ſpiritus artus,
  Nec ſinit in ſubita fine perire virum.
Seminices ſurgit, tum motu Mænadis actæ,
  Eggreſſa à foſſo viſcera ventre tenet.
Hoſtes, tum medios inter ſe proripit enſes,
  Corpore dilacero, nam mala plaga tumet.
Et ſalit in celſas cautes, rapidoque furore
  Vectus, ſub torva lumina fronte rotat.
Viſcera continuit manibus, quæ ventre fluebant,
  Vellitur a fracto fibra cruenta ſinu.
Atq; illam in timidum jecit tunc fervidus hoſtẽ,
  Expuit, & centum jurgia ſæva tulit.

De-

Destitit & rabies tandèm, vigor omnis ad auras
Effluit, exangui fronte momordit humum.
Hostis & horroris stupefactus imagine talis
Constitit, & durus perligat ora rigor.
Ingenuumque virum cunctis testantur in oris,
Et narrant variis monstra probata plagis.
Atque heros peccaret enim, ceù maxima turba
Ducit, cum propria concidit ipse manu.
Ni ductoris agat legis custodia dextram.
Et ni cœlestis concitet aura virum.
Sic cecidisse patrem vero non absona mens est,
* Traduxit multa dum probitate dies.

F Unus ut audivit Judas tam triste sodalis,
Plorat, tum lacrymis mixta querela venit.
In durum tandèm pietas conversa furorem est,
Ipsius ante oculos dulcis amicus adest.
Instruxit turmas velox, atque induit arma,
Et se se campo contulit ipse prior.
Ductori adverso misit quoque nuncia belli,
In campo Judam, quem petit esse, ducem.
Si velit ascendat, pugnæque accingat herili,
Nevè alii pugnis, immeritique cadant.
Æquore sed lato pugnemus in ensibus ambo;
Vincat, victorem quem sua dextra facit.
Ardentes animos metuens Nicanor Hebræi,
Non solus tantò currere marte petit.
Sed rapit ad campos turmas, quà fulminat hostis;
Prospectumque acies inter utrumque manet.
Fortè dies sacratus erat, qua Sabbata servant,
Judæis vetitum bella movere palàm.
Hostibus & spatium belli, requiemque diei
Quærunt, atque illi cuncta petita negant.
Accensus Judas sociis convertitur ipsis,
Incepit graviter verba profunda loqui.
Et patrias leges oculis, Templique decorem
Obiicit, & laudem, quam peperere priùs.

Digitized by Google

Ut vires promāt, cordis tum nobile robur,
Quo bellis quondam pertonuere patres.
Virtutis speciem, qua tot clarissima semper
Gesserunt forti marte trophæa, gerant.
Sic ait, & solitum precibus veneratur Olympū
* Extemplò belli dant fera signa tubæ.
OBiicit atque oculis visum mirabile noct
Umbraq;cum nitidum pingit amica dec
Oniam venisse patrem, qui tempore lapso
Sedit, qua summi pontificatus apex.
Apparet mitra sacra, atque insignibus albis,
Atque ingens nitidà gloria mole fuit.
Hic visus manibus cœlorum orasse supinis
Numen, post tales reddere voce sonos.
Tu Pater Omnipotens, cujus sunt undiq; ju
Præstes nunc populo, qui tibi gratus, opem
Tu faveas plebi, quæ se tibi devovet aris,
Et dextro campum nunc pede mitis adi.
Post alium venisse patrem, qui fronte vide
Extrà mortalis connituisse genus.
Volvitur Onias, tum Judæ talia confert,
En notus nostris dux Jeremia choris.
Accipe nunc gladiū, quo tu ferus obteris hos
Hæc sunt de summo dona remissa polo.
Excelsum gladium, capulus cui fulgurat aur
Intrepido donat tunc Jeremia duci.
Hinc abiere polo, sociis dux visa recludit,
* Accendit cunctos martis amore viros.
JUdæi extollunt voces ad prælia, quandò
Victores casus concinuere patres.
Quæis decus antiquū Templi præcordia pul
Ad patrios sperat quisque redire sinus.
Hostis in absumptis spirat numerosior armis
Ut nostri ingentes jam trepidare minas.
Impare cum turma visi concurrere pauci:
Sed Judas verbis ad fera bella movet.

Ac

Accenditque animos, jussitque abolere timores,
Haud numerus, virtus nostra notanda, venit.
Instigat contrà, martemque exasperat ira,
Atque animos reficit, consolidatque leves.
Horribilis Judas celsum consurgit in ensem,
Suscitat insanam marte tuente necem.
Ictibus atque ictus instant, atque ensibus enses,
Et galeæ galeis, tum ducibusque, duces.
Hinc Syrus exhorret, ruit & Ptolomēsis ab hoste,
Et fugit ad vacuos Antiochenus agros.
Instant Judæi, atque humeris hastilia figunt,
Et quoque palantes nulla secuta salus.
Nam sacræ cædes, veterisque injuria Templi
Ante oculos Judæ, terribilesque doli.
Triginta adversum perierunt millia quinque,
Qui membris sternunt, impediuntque vias.
Nicanor dux ipse perit, periere manipli;
Vix pauci elapsi cæde tepente viri.
Et caput abscindi tergo Nicanoris atri
Dux jubet, & geminas subsecat ense manus.
Membraque suspendi sacris rorantia muris,
Et caput, & linguam, sacrilegosque pedes.
Quò pateat populis duræ blasphemia linguæ,
Qua solitus votum dux reprobare Deo.
Ut quoties quærant Templum violare tyranni,
Cernant extincti tot monimenta ducis.
Ergo de summo ceruix temeraria muro
Pendet, quæ Solymis est meditata luem.
Lingua minutatim cultro transfigitur atro,
Visceribus diræ jam satiantur aves.
Pro Domini lætus manifesto numine Judas,
Instaurat festos, concelebratque dies.
Atque Sacerdotes libant nova dona sub aris,
Hostia supremo fumat amica Deo.
Pro martis casu, & bellis feliciter actis,
Unamines Domino tunc benedicta dabant.

Digitized by Google

Quidquid gessissent belli, tū quidquid honesti,
* Gloria nam Domini bellipotentis erat.

INgenti rapitur princeps Demetrius ira,
Pugnantum ob clades, excidiumque virum.
Hinc cunctas regni vires collegit in unum,
Incitat atque alios Martis honore duces.
Atque illis jungit numquam desistere pugna,
Ni Judas patria concidat ictus humo.
Ad Solymas pergit rapidis exercitus armis,
Cum duce vel graviter Bacchide turba ruit.
Approperant Masaloth turmæ, quòquò æquor apertum,
Et figunt captis barbara castra locis.
Arbellas spoliant, hominū quā plurima perdunt
Corpora, tum vertunt sub ditione situm.
Ad Beream pergunt, spatiisque accingitur ala,
Atque ingens cunctis insonat horror agris.
Et contra Judas Laisa, quò suspicit hostes,
* Collegit turmas, applicuitque duces.

AST Deus æthereo, qui curas dividit axe
Mortali, & justa lance rependit onus.
Haud sinit ulterius Judam pro pace suorum
Tot ferre ærumnas, tot superesse malis.
Sat Famæ illius, toto quæ maxima mundo
Concessit, dextræ sat valuisse fuit.
Sat stravit diros populos, Dominoque rebelles,
Præter & humanum se tulit ille genus.
Pace pius fuit, & sumptis asperrimus armis,
Sat curæ obtinuit, sat peragravit humum.
Jam venit tempus tantis requiescere curis,
Indigitem ductus, sydereumque ducem.
Oppetit excelso clarorum more virorum,
Oppetit, & gladium dextra superba tenet.
Oppetit, & cumulos fessus tot dedere cædi,
Heù quot sanguineo mersit in amne manus.
Oppetit, haud hostes credunt, quia nunc quoq; retrò
Currunt, ante oculos illius ora gerunt.

In

In divum potiùs mutatum, aut sidus in axe,
Et decus excelso sic saliisse polo.
Nam socii Judæ ducibus tot millibus acti,
Cœpere ingenti jam trepidare metu.
Paulatìm errones fugiunt, ac signa relinquunt,
* Nil decoris memores, nil memoresq; ducis.
PAuci cum Juda, belloq; asperrima pubes
Ductorem extremo marte parata sequi.
Hinc hostes urgent, nec tempus signa sequendi,
Hæret in ambiguo mens generosa patris.
Taliter is juvenes acuens ad prælia dictis
Verba refert, tali quæ duce digna forent.
O juvenes mecum, qui cunctis casibus estis,
Nunc solitos animos hinc revocate, precor.
Adversi numerosa manus, nos marte relicti
Soli, nec quisquam laudis abibit egens.
Intrepidi in rerum quæcumq; pericula eamus,
Nam quavis vitâ mors bona major erit.
Cingimur hostili jam nos undeundique telo,
Ex medio nobis hoste ferenda via est.
Si nos fortè Deus tanto succumbere marti
Mavult, succedat, quod placuisse fuit.
Haud tamen indecores hostis, nec cernet inertes,
Cum placet, in campis experiatur enim.
Non res adversùs cœlos, nec sidera faxo,
Quin cœli nobis causa peracta fuit.
Felix, qui bello occubuit pro jura tuendo
Cœli, nam clarâ præmia sede tenet.
At vos Assidei vestris quæ digna trophæis
Ducite, qui cuneus, progeniesque poli.
Vivite per mores, quos tradidit optimus author,
* Estote audentes mox, docilesq; boni.
SIc ait, atq; animis validis quodcumq; periclum
Invadit medios ense minante duces.
Millia crudeli miserunt corpora letho,
Vix capiunt cœlos tartara nigra viros.

Am-

Armipotens Judas, quà ſæva pericula currit,
Illius & ſequitur ſumma ruina manum.
Dum fureret juxtà, quò bellum durius inſtat,
Per ſonipes aperit, per cuneoſque viam.
Ex hac, qua Judas rueret, jam deficit hoſtis,
Dat palans turpi terga verenda fugæ.
Inſtant heroes noſtri, rarique relucent,
Inter tot turmas, balligeraſque manus.
Hoſtis tunc aliud cornu, quâ ſævit Hebræus
Volvitur, in medio dux Machabæus erat.
A tergo aggreſſi, ſequitur dum fervidus hoſtē;
Et cingit medium denſá corona ducem.
Ceù cingit fulvum venantum turba leonem,
Bellua ſed ſpatiis inſtitit acta ſuis.
Rugitu terrens alas, oculiſque latrantes,
Nec retrò cedit, nec temerè urget eos.
Sic Judas, quacumque viâ ſors advocat ipſum
Fulminat, & graviter ſtricta caterva premit.
Ingeminant ictus, clipeo tum ſilva reſultat
Telorum, is ferrum ſævus ubìque rotat.
Et dextrà frænos ſonipis quatiebat anheli,
Inſurgens armis, poplitibuſque ſedens.
Tandèm defeſſus tot fortia corpora morti
Mittere, neve ictus plus tolerare valet.
Concidit, & campum valido ſuper intonat ictu,
Et ſecum virtus, gloria martis obit.
Deficit inſignis ductor, tranfoſſus ubìque,
Et tunica ex humeris dilacerata rubet.
Te pietate priùs potiùs celebremus, an armis?
Qui pietate potens, marte pius fueras?
Occubuit pater, & noſtri ſpes unica regni,
Cujus ab auſpiciis vita ſacrata viget.
Vade pater cœlos, humanos deſere ſenſus;
* Ductorem tantum nam malè terra capit.
TUm Jonathas, Simonq; pius ſūpſere cadaver,
Hoſtibus è mediis vi rapuere virum.

Di-

Diripiunt vestes, & miscent corpus amomo,
Surgit inauratis arca superba notis.
Et fratres gemuere ducem, atq; Esæa propago,
* Et lacrymis spargunt cara sepulchra piis.
INtereà fractus rebus, fortisque tenore,
Nunc Jonathas munus pontificale gerit.
Hebræi talem exoptant pro fratris amore,
Cunctarum rerum sunt data fræna patri.
Ductor & adversus, belli dum concidit horror,
Exultat demens, intrepidusque fremit.
Extemplò cunctis misit regionibus arma,
Ut fratres Judæ, consociosque necent.
Sic varii Esseni duro mucrone perempti,
Et perdit plures Præsidis ira choros.
Atque illis gravibus cœpere illudere verbis
Hostes, & linquunt corpora cæsa solo.
Pontificem Jonathan patres, fratremq;potentē,
Sectantes se se proripuere fuga.
Cum sociis, quos cogit amor, Judæque sequaces,
Statìm quo casus, cumq; pericla ruunt.
Ad gelidum venere lacū, quod dicitur Asphax,
Mortua quà fertur lympha silere maris.
Hìc fuit Essæis statio sanctissima turbis,
Florida tum visu, tum loca pulchra situ.
Hinc dulces undæ, versique per obvia rivi,
Quà campus lætus, planitiesque vaga.
Hanc Elisæus enim construxit patribus ædem,
Dulcibus & studiis incumbuisse dedit.
Haud procul Engaddi fines, & prædia culta,
Quò vix decurrunt upilionis oves.
Præclari patres finibus campestribus errant,
* Et ducunt studiis, colloquioque moras.
ANtiquum tandèm mutat fortuna tenorem,
Judæis citiùs versa pepercit agris.
Sævit Alexander contra Ptolomaidos oram,
Nobilis hic dictus filius Antiochi.

Con-

Concidit illius fractus Demetrius armis,
Qui cum Judæis fædus habere velit.
Fortis Alexander terris ſpoliavit amicis
Illum, cum Joanatha fœdera pacis init.
Nempè Enoſcæos inter micat altos alumnos,
Par fratri in cunctis, conſimiliſque ſuo.
Rex in amicitiam charis vincitur Hebræis,
Illorum nutu volvere cuncta dedit.
Ad Solymas Jonathas venit cum fratre, choriſq;
Inſtaurat muros, ædificatque domos.
Extollit ſanctam muris impenſiùs urbem,
* Et pergit, jactat qua ſacra terga Sion.
SOrs nunc de ſævis melior Samaritibus extat,
Qui Templi vellent pandere molle decus.
Judæoque audent molem præferre prophanam,
Victima quò fumo non meliore ſalit.
Cauſaque diſcutitur coràm tunc rege, prociſq;
Atque hic Judæus, hic Samaritis adeſt.
Quiſque ſui narrat regi primordia templi,
Multa ſub ambigua jurgia lite ferunt.
Rex prudens molem duxit Ptolomæus inanem,
Barbarico jactat quam Samaria ſolo.
Cauſidicos punit, qui crimina jure probarunt;
Judæum laudat mite patrocinium.
Eſſeni gaudent, periit nam barbara moles,
* Quæ ſacram Domini ſtat ſimilata domum.
ASt Jonathanl, ſacræ Dñi qui præſidet arci,
Sacrilega cepit proditione Triphon.
Peſſimus hic ductor fraudem cœlavit, & artem,
Invitatque illum pacis in auſpicium.
Atque illum vincit, ſocios quoq; fraude trucidat,
Et multos tollit cæde tepente patres.
Barbaricis Jonatham ſtringit ſub carcere vinclis,
Et conrra Solymas contulit arma ferox.
Conſilium celerat Simon congreſſus, & altè,
Intonat ad cives voce gravante ſuos.

Atq;

Atq; iste Assideus fratrum de stirpe superstes,
Se mediis offert dux generosus avis.
Contra perjurum cupidus bellare Triphonem,
Qui fratrem falsa prodidit arte sacrum.
Hebræi istorum fratrum facta inclita volvunt,
Notaque tam sacræ bella phalangis erant.
Simonis manibus rerum tribuuntur habenæ,
Ut regat in solito signa paterna modo.
Instructis armis, animisque ad fortia versis,
Jerusalem cinxit mœnia præsidio.
Contra ductorem citiùs monet arma nefandum,
Et votis cœpit percumulare polum.
Hebræisq; Triphon scripsit, quòd mitteret almũ
Pontificem, in pretium si bona lucra darent.
Et geminam prolem, quæ jam captiva resedit
In Solymis mittant conditione sibi.
Demisit Simon diro quæcumque libenter,
Sed pœnam multa pro pietate parit.
Is cędit Jonatham, natosque ante ora parentis,
Impia sacrato saxa cruore madent.
Et rapuit sancto dirus comercia bello:
Heù quantum venit de feritate malum.
Sed Simon dignis cæsos onerare sepulchris
Fecit, nempè illos transtulit urbe Modin.
Suscitat hinc animos ira, nam pectore fixa
Germani, & duplicis forma nepotis erat.
Atque arcem scādit, quò dirus clauditur hostis,
* Cui fuga in abruptum commovet atra pedes.

POst omen pacis jurat Demetrius olli,
Gaudia Judæo nunc rediere choro.
Insultus diros gens Carmelæa videbat,
Illorum sævit sub regione Triphon.
Nempè Palestinæ velox deserta pererrat,
Quà sub Carmeli stat Galilæa jugo.
Excidium miscet, bellique pericula spargit,
Et quà Mageddo, quà via Dora patet.

Nunc

Digitized by Google

Nunc positis regnat Simon feliciter armis,
Regnaque Judæus nunc nimis ampla videt.
Imperioque suo gentes conjuxit, & urbes,
Et grata ad cœlos victima nube salit.
Esseni pergunt meliùs florere quiete,
Turbaque composita candida pace viget.
Indulgent studiis sacris, veterique palæstræ,
* Nevè animos pugnis applicuisse juvat.

SImoni Antiochus scripsit peramica vicissim
Verba, illi tribuit jura sodalitii.
Et patrias leges servare licentiùs addit,
Cives per fines tutiùs ire suos.
Misit inauratis tauros cum cornibus urbi,
Ut fumet summo victima grata Deo.
Donat & insigni cœlatos arte lebetes
Ex auro, in sacra quæ decora alta domo.
Dicitur Assideus rex hic, cognomen ab isto
* Obtinet, Essenos quod peramasset avos.

SEmper & ambitio mentē ad crudelia vertēs,
Apta fuit tantum nunc violare bonum.
Qua quidam statuit, quo non immanior alter
Pontificem summo præcipitare gradu.
Muneris insignis, regnique cupidine captus,
Quamvis Simonis traditur iste gener.
Progeniem, socerumque simul mactare putavit,
Et secum tacita tempora mente tenet.
Atque epulas inter, rubri tum pocula Bacchi
Irruit in sanctum durus, atroxque patrem.
Pontificem, sobolemque necat mucrone recluso,
Tristis sanguinea tum dape mensa madet.
Infamesque legit secum, tum martis amantes;
Et turbat cunctos impietate locos.
Esseni gemuere patres pro principe cæso,
* Is quoque de sacro stipite planta fuit.

HIrcanus superest proles præclara perempti,
Cædere quem solito proditor ense cupit.

Haud

Haud impune quidē tātum scelus appetit ipse,
Cui belli in forti gloria corde viret.
Collectis sociis atrox Hircanus in armis
Surgit, ei ante oculos patris imago venit.
Diffugit à diro, qui se quoque fraude petebat
De medio, sacri tollere more patris.
Et fugit in Gazam, cives tutantur Hebræum,
Atque hostes portam nec tetigisse dabant.
Amplexi Hircanum genus alto à sanguine Judæ,
* Ad patrium culmen mox resalire sinunt.
AST nunc Hircanus sublimi munere lætus,
Infamem contra comparat ire ducem.
Insequiturque ferox illum, retròque coegit
Munita multas turre referre moras.
Hircanus spissis turrim circumdedit armis,
Oppugnat variis culmen inane viis.
Proditor Hircanī summo de vertice matrem
Monstrat, tum duro verbere terga secat.
Et toties lacerat, quoties tunc natus in arma
Assurgat, turris concutiatque sinum.
Ille autem graviter materno concitus ore
Ingemit, & pietas maxima mente sedet.
Ast generosa parens verbis inflammat acerbis,
Instat ut ulcisci membra paterna velit.
Deq; ipsa haud curet, quæ læta doloribus esset,
Donec non patris sanguis inultus eat:
Proditor ad cāpū, quo nunc Philadelphia surgit,
* Pergit, nec proprio crimina fine tegit.
REgali Hircanus crines circumdatus auro,
Multa sub insigni marte trophæa gerit.
Quæ nemo numerare valet, socialibus armis
Romanus munit, fœderibusque juvat.
Candidus is motu, puroque innoxius actu,
Et nostros semper deveneratus avos.
Justitiam sectans, dulcique affabilis ore,
Traduxit multa qui probitate dies.

Mens

Digitized by Google

Mens illi illustris, totius benè conscia sortis,
Occulta excelso vaticinata sono.
Atque Enoscæos inter micat inclitus omnes,
Essenos sectans, Eliadumque choros.
Aque ipsi Esseni pacis nunc otia servant;
Nempè illis semper pax genialis erat.
Et Sadducæi conturbant murmure mores,
Secta omni semper seditiosa loco.
Quæ quoque sub cuneis vixit, nec garrula mores
Sanctorum claustris est imitata patrum.
Esseno infensi, varioque errore tenentur,
* Junctus vicinis his Pharisæus agris.

NUnc alter Judas nostro florere senatu
Incipit, huic nulla gloria laude satis.
Huic genere Essæus, cœlestis more nitebat,
Qui bibit excelsa mystica mente Dei.
Innocuus vita, sortis scrutator & omnis,
Essenis munus quod speciale fuit.
Fortè sub Ægypto plures regione manebant
Esseni, & pergunt quò mala fata vocant.
Nam Fanū Domino stetit hinc insigne dicatū,
Quò multi patres marte fugante ruunt.
His scripsit Judas, veniendi nunciat horas,
* Scripsit cum turbis, principibusque Sion.


HIrcanus demùm tempus fatale replevit,
Et generis liquit pignora multa sui.
Unus Aristobolus cinxit diadamate crines,
Fratribus ast aliis hic violentus erat.
Insequitur Fratres, solum veneratus amore
Ex tot germanis, is fuit Antigonus.
Antigonus Templum petiit, quò sacra litaret
Ob fratrem, lecto qui recubabat inops.
Huic cecinit Judas tempus fatale, diesque,
Dum peteret votis atria celsa piis.
Indicitque locum mortis, quē turris inumbrat.
(Haud procul hinc turris prisca Stratonis erat)

Hæc

Hæc multis ſtadiis Solymæa diſtat ab urbe,
Et quoque ſacrata diſtat ab æde procul.
Antigonum Templo Judas dum vidit, inhorret,
Preſſa ſub ingenti corda dolore tenet.
Quod vanum auguriũ, nec ſpiritus eſſet in ipſo
Divinus, fati quo duce cuncta videt.
Nam Turris longè diſtans, portiſque propinqua;
* Antigonus Templo, porticibuſque ſedet.
Evenere tamẽ, cecinit quæ primus haruſpex,
Mens cujus ſacro plena furore canit.
Quique inter charos mittũt mala jurgia fratres,
Ad regem pergunt, ſollicitantque nimis.
Antigonum inſidias diras ſub tegmine cordis
Cœlare, & regni quærere frœna ſui.
Qua propter vigilet, capitiſque pericula vitet:
Attonita cunctos rex bibit aure ſonos.
Mentiri haud illos ſperat, nec vana referre;
Nempè ſui nimiùm fratris amator erat.
Juſſerat ut ſtricto cingat mucrone ſatelles
Turrim, tum mactet, cum properaret, eum,
Cum Fratrem armatum videant, teliſq; gravatũ,
Occidant furtùm, transfodiantque ſinum.
Et lictor turrim capiens, qua volvitur ille,
Veſtibulum ſervat, fornicibuſque latet.
Hæc turris vetus ob nomẽ quoq; dicta Stratonis;
Ceù quoque de ſacra quæ procul urbe fuit.
Illa quidẽ ſic dicta quoq; atq; hinc fata manebãt,
Nec credit vates hinc cadere Antigonum.
Oraclum verum, quamvis de parte fefellit;
Verum de fatis, ambiguumque locis.
Nam credebat ibi Judas recubare peremptum
Antigonum, atq; alia concidit ille via.
Ad turrim cecidit, quam non ſignauerat ille,
Arx unum nomen nam duplicata tenet.
Antigonus cecidit; Parvo poſt tempore Frater,
* Cui ſacris fulſit lucida mitra comis.

Jo-

JOannes ſequìtur regis germanus adempti,
Quam mater tollit, conſtituitque gradu.
Iſte ubi Pontificis ſacro ſe tegmine cingit,
Adjungit ſceptro plurima regna ſuo.
Phænices fines, & quà Carmèlus in altum
Surgit, tum jactat florida terga mari.
Illius & ſacri multum plauſere coloni,
Dum ſe ſe Hebræi ſub ditione vident.
Nam manibus gētis perpeſſi incommoda multa,
Inſultus hoſtis, barbariemque ducis.
Nunc pulchri fines, ridet plaga florida montis,
Atque olea venit pax decorata caput.
Atq; omnes Charites mixtæ cū patribus almis,
Cœpere excelſum nunc peragrare jugum.



FA-

Digitized by Google



FASTORUM

IN ELIADÆ INCUNABULIS

LIBER VI.

NUnc Elisæitis venit jucundior ætas;
Nunc verè modulis sacra referre juvat.
Heroasque alios referam, propriusque saluti
Tempus, Reginæ grande puerperium.
Carmelus festo totus clamore resultat,
Cum tot lustrato culmine monstra videt.
Divinæ soboli proprios adjunxit alumnos,
Ut Christum noscant, obsequiumque dicent.
Salve, parve Puer, celsi de mente Tonantis
Proles, qui terram sic peragrare petis.
Te rident cūcta astra super, te pertremit orcus,
Teque omnes Charites, te comitatus Amor.
Tu regina parens parili modò perge triumpho,
Nostrorum visens nunc loca sacra patrum.
Quæ lustras præsens demùm tutabe cœlo:
* In nostro primùm nosceris ipsa jugo.
CUr me desidiæ extremo cepere labori?
Eja age fer solitam pulchra Thalia lyram.
Si jam Carmeli semper plaga florida montis,
Pulchrior hinc demùm, candidiorque viget.
Nunc

Nunc benè floriferum caput intra nubila cōdit
Mons iste, & salsis se speculatur aquis.
Illius ad vastas resonat vox publica rupes
Echo, divinæ vocis imago sonat.
Vox Verbi præclara sonat, porrò ille Joannes
Cœlestes Christo præparat ante vias.
Per valles tetras circum, perque hispida terga
Carmeli, & fines vox revoluta sonat.
Hic laticis sumens haustus, strophioque bidētis
Indutus, nostros more secutus avos.
Ut canere est, Nunc, Musa, tuo subside laboris
Nempè est difficilis meta peracta viæ.
Nunc consanguineos Domini, Sobolēq; supernā,
Atque Aviam Christi, tum genus omne canā.
Nā nostris non paruus honor, dum livida quærat
* Hoc tantū nobis scribere diva decus. (bebat
NObilis hinc Virgo, à merito quæ nomen ha-
Carmeli saliit terga sacrata jugi.
Horoas niveos adiit, sanctumque senatum,
Qui lāto vitæ sparsus odore calet.
Pellitos proceres spectat, tum rebus ineptis
Abstractum mundo conspicit illa genus.
Consulit hos virgo, & placidi responsa tenoris
Expectat; tali flagitat unde sono.
Dicite vos Sancti Patres, quo tempore Virgo
Divino pariet lumine plena Deum?
Nū prope, nūc distat monstrum triateride lōga,
Cuncti expectamus nos, cupimusque diù.
Quænè foret sacro tam digna Puerpura nisu,
Virgineo Numen quæ gerat alma sinu.
Felix, sed nimiùm felix, cui sidera cœli,
Et Numen forma cui rapuisse datum.
O utinam mihi fata darent spectare Puellam,
Nec morti curem post reserare fores.
Vos patres, nebulis quorum non ora caducis
Sunt tecta, ambages vos aperite, precor.
Quo

Digitized by Google

Quo genere oriri Virgo, quibus adforet oris,
. In cujus caſto gratia tanta ſinu.
Num mea Virginitas magno placitura Tonanti?
Prò qua nunc celſo grata puella polo eſt.
Vos etiam puros mores didiciſtis, & altè
Virginea vultis dote placere Deo.
Nàm mea per veſtrum creſcens infantia montē,
Quos ſacros mores vos didiciſtis, habet.
Sed matris me cura premit, cui nubile tempus
Adforet, ut digno ſim ſociata viro.
Ut noſtrum ſemper poſſit floreſcere germen,
Nec noſtrum pereat, deficiatque genus.
Ipſa etiam præſcire velim, ſin celſa voluntas
Eſt Domini, æquali me dare connugio.
Aut maneam talis, cœlis innupta viderer
Si melior, veſtro more peroſa faces.
Sic ait, & curam linquens ſenioribus almis,
Ad patrios tendit læta, celerque lares.
Aſt patres triduò precibus, votiſque ſolutis,
De ſummo oraclum tunc petiere polo.
Ad ternæ lucis finem cortina polorum
Celſorum ad mentes eſt reſerata patrum.
Radicem ingentem cernunt, qua fixa vireſcit
Arbor, quæ foliis condecorata novis.
In geminos ramos diviſa refunditur arbos,
Ex quibus ad mirum pulchrior unus adeſt.
Flos ubi præſignis benè olentibus obſitus auris
Enitet, & totum replet odore ſolum.
Floſque peregrinam demonſtrat germine formā,
Verſicolor nitidas explicat ille comas.
Semiaperit frondes, formamq; oſtentat honeſtā,
Flos hic ſidereis ſemen habebat agris.
Et fructus, guſtu quo non jucundior alter,
De ramis ſalvo flore pependit adhùc.
Cœleſti ambroſia dulcis fluit undique fructus,
Dum foret æthereis eſca beata choris.

Hæc visi species, viridique arcana figura
 Delibant patres, prodigiumque vident.
Arbore sub celsa cœli depicta propago,
 Cum tener humano vagiet orbe Deus.
Nomine, tum factis discunt de tale merenti
 Exire excelsum nam Muliere genus.
Hæc mulier radix, de qua ramale beatum,
 Illius ex alto gignitur Anna sinu.
Anna parens Dominæ, de qua flos ille perennis,
 Nam cum virgineo flore puella parit.
Et fructum vitæ pariet, cœlestibus escam
* Mensis, quæ soboles substitit alta Dei.

CArmèli oraclum celeri pulcherrima motu
 Virgo, de sanctis it petitura choris.
Nube viro digno, thalamumque inquire jugalem
 Virgo, ajunt patres. Duc Hymenæe faces.
Nam desiderium mundi, sanctusq; Redemptor
 Exire ex vestro sanguine debet humi.
Felix præ cunctis mulier nunc utere fatis,
 Tàm digna in vestris invenienda choris.
De cujus vulva stipes tam nobilis exit.
 Mixtaque divina stat tua prole domus.
Tunc mulier liquit patres, sanctumque cacumen,
 Consensum thalamo præstitit inde viro.
Obscænos reicit juvenes, turbamque prophanã,
 Quæque illam vultus mota decore petit.
Stollano se Virgo dedit, cui splendor avitus,
 Ingenuos servat gloria multa lares.
Spe prolis qui sumit eam, nec dira libido:
* Corrumpit mentem, prostituitque thorum.

ACrius Esseni, quoniam propriora salutis
 Tempora, sub studiis incumbuere piis.
Acrius & sacro pergunt splendescere more,
 Et pariter luci nox vigilanda venit.
Digni equidem ex illis plures asciverit ultrò
 Ut Deus, illorum nec reprobaret opus.

Nunc

Nunc equidem insistunt studiis peramabilis oti,
Et nota ætherea pace caterva viget.
Sed qui Carmeli insistunt sub rupibus altis
Cœpere insultum, tristitiamque pati.
Omnigenisque malis Martis sub jure laborant,
Armorum strepitu mons tremefactus hiat.
Tigranes princeps Syriæ regione recurrit,
Et ruit Armeniis oppida multa minis.
Ægypti regina furens, quam movit Anubis,
Phænices vastat tum violenta sinus.
Carmelus diris septus circumsonat armis,
Martis inaccessus vix fugiebat apex.
Insurgunt varii motus, dubiique tumultus,
Qui nunc Essenis displicuere nimis.
Nam ferus Antipater telis discordibus optat.
Voluere Judæam, Davidicosque sinus.
Regis Aristobuli materno tempore serto
Dum cingat, Fratris dispoliare petit.
Et favet Hircano, vellet cui sceptra referri,
Dum sors, Ambitio, dum valvere doli.
Nutrimenta dedit belli, civesque lacessit,
Et regem aurata sede movere cupit.
Et regem ad Solymas velox accersit Areten,
Millia qui contra signa moveret Arabs.
Perdit Aristobolus, sacra se condidit arce,
Nam contra duplicis sæviit ira ducis.
Ast ductor Scaurus Romana missus ab urbe
Advenit, motum conciliare ducum.
Ilicet occursu illius fugit actus Aretes,
Et causæ pronus favit Aristoboli.
Sed post Pompejus sanctæ venit arbiter urbis,
Hircano citiùs favit, & Antipatri.
Fugit Aristobolus Romam, regnumque parentis
* Sperat diversis obtinuisse viis.

INtereà Crassus numquam replebilis auro,
Mœnia terribilis dux Solymæa petit.

Atque adiit Templum, neve auro, aræq; pepercit,
Cuncta petit dira perviolare manu.
Arripit à sacra quidquid pretiosius æde,
Si quid inaurati, quid pretiique foret.
Cæsar Aristobolum Pompei facta refellens,
Constituit regem, ceù prius ipse fuit.
Ille via deceptus, inops bibit acre venenum:
Cum vita amisit spem simul imperii.
Hi motus belli, rerumqne adflexilis ordo
Nostrorum replet pectora felle patrem.
Præcipuè in sacrum Crassi violentia Fanum,
Illius & rapidam per pretiosa manum.
Ipsi equidem zelo flagrant, rumpuntur & intus,
Viscera, dum crimen, sacrilegosque vident.
Et junctim insistunt aris. Mars omnia turbat,
Qui nullum bellis quærit habere modum.
Plerique Hebræum manibus sub sortis habenas,
Linquunt, & trepidi per loca multa ruunt.
Et peragrant varios fines, incognita regna,
Ad patriam redeunt, cum posuere minæ.
Et secum sobolem ducunt, genitosque remotos
Per fines, famulos, consociosque trahunt.
Plerique ex istis, Esseja claustra subintrant,
Et partem nostri mox comitatus habent.
Nunc primùm nostros sanctus subit advena fines;
* Essenus terris amplificatus honor.
MEntio si nostri debet specialis alumni
Tandèm, sub primis tu Manacheme venis.
Ipse equidem dignus, cunctis memorandus in oris,
Ingenua latè qui probitate viget.
Nec patrem sortis fugere arcana futuræ,
Temporis occultum sed penetrare datur.
Nàm longus nostro successus in ordine vatum,
Cum motu superum mens agitata calet.
Ergo illi sortis præscientia multa futuræ,
* Et bibit occulta mystica mente Dei.

Nunc

Digitized by Google

NUnc puer Hærodes patrum collegia visit
Nostrorum, longus quem famulatus habet.
Et nostris patribus ludo virtutis alendum
Hunc puerum genitor tradidit Antipater.
Et puer incessu graditur, motuque maligno;
Quamvis nunc studii ferre videtur onus.
HuncManachemus adit puerũ, leviterq; flagellat,
Percutiens valida posteriora manu.
Ut gematHerodes, vocemque ad mœsta remittat,
A patre post causam verberis ille petit.
Heùs puer advertas mentem, lacrymasq; repellas,
Accipe nunc sortis nuncia vera tuæ.
Rex eris in Juda, regisque excelsa superbus
Scandes, nam talem te tua fata vocant.
Rex salve, rex à populis assuesce vocari
Nempè ipse haud dubia mente futura cano.
Purpuream que togam, regisque insignia velox
Expedias, cingat densa corona caput.
Et licèt in vario fueris laudabilis actu;
Attamen in multis mox sceleratus eris.
Sanguinis effusor, sævaque immanis ab ira,
Et stringes populo frœna severa tuo.
Et quæ virtutis dextra patraveris ante
Inde sub obscura nocte sepulta teges.
Uade, recorderis nostri, cum regius, ictus;
* Esto minùs prauus, ni bonus esse potes.
OTia nunc pacis peragunt, gaudentq; Cynei,
Nam pater Herodis multa trophæa gerit.
Atque clientelam peperit sibi Cæsaris alti,
Qui dignis illum percolit officiis.
Judæa procurat enim mox quidquid in urbe
Cæsaris ipsius, Romulidumque foret.
Is nostros adamavit avos, persæpè licebat
Commodiùs ludo, tum pietate frui.
Adjuvat atque opibus, fines largitur, & agros;
* Nàm virtus pravis est quoque nota viris.

SEd non Carmelo patriæ mora facta quietis,
Quò malè ſanguineis dentibus ira fremit.
Exundant Syria Parthi, dum tincta veneno
Spicula contorquent, queis fuga dira magis.
Carmelum invadunt, ſequiturque moleſtia patres,
Nec tutus ſævo marte receſſus erat.
Pars peditum montem currunt, ſaliuntq; cacumẽ,
Turbantur ſacris antra vetuſta choris.
Aſſidei plures [illegible]unt de culmine celſo,
Prò cultu Domini, Pontificiſque ruunt.
Apti juſtitiam ſumptis defendere telis;
Adque omnem martem turba parata venit.
Nam ſtatus illorum talis, mucronibus uſi,
Janua cum martis tunc adaperta foret.
Pars erat è noſtris, rupemq; Eliſæidos intrant,
Ex quibus & Judas, tum Machabæa cohors.
Nevè omnes tales, ſed pars diſtincta manebat,
Ipſis de voto ſumere tela fuit.
Dum ſacer Antigonus ſeptus diademate ſacro
Oppreſſum multis ſe videt in laqueis.
Nam ferus Herodes patris ſtimulante favore
Quærit de ſolio præcipitare virum.
Pars illi major favit, tum vulgus ineptum,
Et multi laudant ambitionis opus.
Aſt ſacri Aſſidei graviter pro præſule pugnant:
* Et pariunt dextris, quod potuiſſe fuit.
AD verum ferri nunc dicta prophetica patris
Herodis cecinit qui bona facta prior.
Is Romam petiit, narrat ſua fata Quirinis,
Quot ſubiit caſus, quot tuleritque minas.
Tam miſerè queſtus, tantus lepor affluit ore,
Cæſaris ut multus concilietur amor.
In medio pulchrè ſedit conviva ſenatu,
Atque illum regem Cæſar uterque creat.
Ex alma demum felix proficiſcitur urbe,
Et contra regem ſe parat Antigonum.

In-

Invadit pingues primùm Ptolomaidis oras,
Seque illi ad frœnos mox Galilæa dedit.
Regales demum crines circumligat auro,
Evadens cædis bina pericla priùs.
Aſt ſcelus expleri, quod jam Manachemus haruſpex
Aſper ei primùm vaticinatus erat.
Ilicet ad donum plures extollit amicos,
Atque illos gradibus, muneribuſque colit.
Infeſtoſque ſibi nulla ratione perodit,
Et cœpit multis exagitare minis.
More tyrannorum ſpumas bibit ore cruoris,
* Et vitiat felix aſperitate decus.
POſt memor oracli patris, qui talia dudum,
Percutiens vero concinit ore ſibi.
Accerſitque illum clauſtri ſtatione vigentem,
Illius adſpectum ceù puer, horret adhuc.
Flagitat, an regni fuerit diuturna poteſtas;
Ad finem illius tum quotus annus erit?
Ille nihil: ſævoque negat reſponſa tyranno,
Herodes aliis inſtitit inde notis.
Annè ego regali fuero vixurus in auro
Dum Phœbus binas explet olympiadas?
Biſq; decem, quin ter Phæbus tibi voluerit annos
Tum pater adiecit, conticuitque ſimul.
Aſt ferus Herodes gaudet de tempore longo,
Regaleſque tenet corde volente moras.
Nec fuit infeſtus noſtris, ſed diligit altè,
Quorum ſub cura conſtitit ipſe puer.
Ipſorum cauſa Carmeli monte colonos
Diligit, hos atrox ante peroſus erat.
Gens infeſta ſibi quondam, nec debilis armis,
* Prò ſacro dudum quæ ſtetit Antigono.
ASt nunc Alphæi tempus fatale Jacobi,
Venit, Carmeli gloria prima jugi.
Non tantùm ſocius, ſed frater dictus JESU;
Tantus ei ſplendor, mens decorata fuit.

Lux vera Essenum, quorum tam nobile pignus,
Perpetuò hunc traxit Virginitatis amor.
Haud illo nemo vixit sic parciùs esca,
Gratia divino rore labella replet.
Nemo illo genibus flexis impensius orat,
Ut visum fracta pelle tumere genu.
Justus præ cunctis dictus, sæpè indice talis.
Ostensus, motu, luminibusque gravis.
Haud nardum membris, adhibetque novacula
Nevè illi mirræ rore capillus olet. (mento,
Nazareus dictus, dono se privat Jacchi,
Hispida tum niveo tegmine terga tegit.
Sæpè petit solus Templum, positusque remissè,
Pro populo auditus fundere sæpè preces.
Sed speciale sibi penetrare sacraria molis
Intima, quod multis jam prohibetur, iter.
Sanctaque Sanctorũ penetrat, quò penè per annũ
Tendere pontifices vix potuere semel.
Et pater Alphæus vita florebat eadem,
Et fuit ex nostris pars veneranda choris.
Nomen ab Alphæa desumpserat ille palæstra,
* Quæ viguit nostris jam studiosa locis.
HErodis quævis cecinit Manachemus iniqui,
Tempore sub tanto verificata manent.
Instruxit varias urbes, multisque periclis
Consulit, illæso dum pede fata subit.
Illius è verbis positis Antonius armis
Mulcetur, fecit quem Cleopatra reum.
Carmeli ad planum præclaram construit urbem,
Quæ quoque nunc nomen Cæsaris alma tenet.
Hic tenor illius vitæ, præclara malignis
Miscens, & jungit fanda, nefanda simul.
Divitiis multis sacras cumulavit Eremos,
Quæ tamen ad cœli suppeditantur opus.
Esseni instinctu Templum instaurare superbum:
* Appetit, & dignè, magnificèque colit.
Quis

Digitized by Google

QUis mihi nunc adamas, nexusq; lapillulus au-
Signare acceleret luce nitente diem? (ro,
Lux sacra nũc properat, qua non præclarior ulla,
Extolle auratum Lucifer alme caput.
Nascitur insignis Virgo, quæ sponsa Tonantis
Nascitur, & secum nascitur almus amor.
O felix Virgo, felix infantula pergas,
Atque peraurata nunc rape fronte polum.
Nascere, Sapphiro pergant contexere cunas
Mentes cœlestes, Angelicique chori.
Gratia sed molli vertat cunabula planta,
Mollibus & refluat lintea munda rosis.
Nascere, nec sanctæ fuleris fastidia matri,
Quæ gemmam talem ventre nitente tenet.
Carmeli viret omnis ager, pulchrèque comanti,
Flore nouus, lætus mons, hilarisque viret.
En nostri regina jugi tua prospice regna,
Metire atque oculis quæ bona regna tenes.
Grex pulcher sub monte manet, sacroq; recessu,
Cœlesti cithiso jam saturantur oves.
Antè ortum te nostra cohors vocitatq; videtque,
Expectans prolem clara puella, tuam.
Pro te sub toto jaciunt suspiria cœlo
Carmeli heroes, fatidicique patres.
Heùs tandèm Virgo alma veni, pia filia regis,
Carmelus totus se tibi, diva dicat.
Cum tu casta Parens prodis sub luminis oras,
Gratia connubio jungitur alma tibi.
Nec crimen nostri pateris commune parentis,
Quin colubri sæuum conteris ipsa caput.
Rident astra, polus jubilat, lætatur & aer,
Ore tuo semper dulcior aura volat.
Cœlestes animæ roseos ex æthere nimbos
Spargunt, quò moveas Virgo tenella pedem.
Nascere Virgo Parens, nostrum mirare cacumen,
Carmeli forsan non speciosa plaga est?

Digitized by Google

Num nō pulcher apex, nū non nitet ora salubris,
 Eja age nunc regnum jam cape, Virgo, tuum.
Tu felix Aurora comis procede sereni s,
 Nempè tuo Virgo nascitur alma sinu.
Nunc meliùs rastro crinem proscindis eburno,
 Nunc aptas meliùs crine nitente rosas.
Virgo sub Aurora prodit, quæ dignior hora est,
 Ipsa etiam Auroræ munera Virgo gerit.
Pulchrior hæc venit, & cunctis formosior astris,
 Solem Justitiæ quæ paritura foret.
Ergo læta dies nostris obeunda colonis
 Venit, Reginæ splenduit ortus humi.
Ostensa & dudum patribus sub nube serena,
 Quæ saliit cœli sub regione levis.
Conceptam sine labe vident candore Mariam,
 Vix meliore quidem quæ referenda typo.
Nempè Redemptoris patuere negotia nostris,
 Per quem cœlestes jam patuere viæ.
Sed nostris ea cura fuit, semperque tenebant
* Mente, Redemptoris quod peragatur opus.
FLammiferus ductor celsi videt Elias axis,
 Arcana, & sensus indicat ipse viris.
Rabbino cuidam scripturæ excelsa legenti,
 De sacra reserat Virgine fata pater.
Iste prophetissam mulcentem alma ubera Proli
 Mirans, Amoniden quam memorasse ferunt.
Ad vatem eximiam vado, quæ concipit, inquit,
 Quæ pulchrum natum protulit è gremio.
Rabbinus stupuit, quæ sit tam clara relatis
 Vates, tam celebri commemorata sonc.
Nam pius Isaias mulieris nomen inumbrat,
 Quæ sit nec meminit, quò furitque modo.
Hic stupuit sensus, dubiæque oracula vocis,
 Priscorumque petit sacra sepulchra patrum.
Elias apparet, finibus qui regnat amœnis,
 Dispulit & tenebras, erudiitque virum.
Vir-

Digitized by Google

Virgo ſoret vates, vatum regina Maria,
Regis Davidici Virgo futura parens.
Dicta fuit vates, vatum præſagia cuncta,
Dum novit, vatum nempè magiſtra ſoret.
Pars deſiderii Virgo, vatumque, ſonique.
Hæc fuit, illi ipſi ſpes ſita cuncti poli.
Protoparens noſter talem ſignatque, canitque
Virginis è clara plurima laude refert.
Exploratque alios teſtes dé Virgine ſacra,
Deque ipſa longum vaticinatus abit.
Ergo Redemptoris Carmelo incognitus umquã,
Adſtitit adventus, virgineuſque ſinus.
Natales tantæ primùm ſenſere Parentis:
* Noſtro lætitiæ cauſa propinqua jugo.
NUnc faſtis pergo Reginæ adjungere geſta,
Matieries noſtræ non inhoneſta lyræ.
Dulcius & fidibus, quæſo, modulare Thalia,
Num noſtræ Matris non meminiſſe decet?
Trimula nunc Virgo Templi ſuper ardua [illegible]endit
Oſtia, quindeno quæ revoluta gradu.
Tum penetrat valvas diſiuncta parentibus ipſa
Adſtitit officiis ſponte Puella ſuis.
Tunc Pater altitonans natam ſibi deſtinat altè,
Filius in ſponſam captus amore cupit.
Spiritus & pulchram videt adventare columbam,
Spectans, quà cœli clara fineſtra patet.
Auditu dignum, manibus non ducta parentum,
Scandit ſacratas Virgo tenella fores.
Veſtibulum Templi cernens ſe ſe abſtrahit illis,
Et ſaliit tenero ſaxa ſuprema pede.
Aſcenſum ſuperans graduum, tum læta, leviſq;
Intùs cœleſti turbine ducta ruit.
Interiorque ſubit, penetratque ſacraria Templi,
Quò ſe ſupremo devovet illa Deo.
Quaque tabernaclum fani, quò plurima turba
Adſcripta eſt Domino, fœmineuſque chorus.

Digitized by Google

Virgineum votum mediis Virgo edidit aris,
  Cœlebis ut turmæ mos venerandus erat.
Eſſenæque ſimul , dictæ Therapeutides antè,
  Se quoque ſub tali more dicare ſolent .
Exemplumque tamen Virgo perfectius addit:
* Nempè aliæ votum conditione dabant.
HInc vates præclara fuit, quæ nominis Anna,
  Aſſiſtens Domini nocte, dieque ſacris.
Ordinis Eſſeni mulier , quæ tempora pura
  Tranſegit, felix quæ monialis erat.
Incumbit precibus , petit aurea ſidera mente,
  Virgineas turmas ſacra docebat anus.
Ipſaque fatidica cognovit mente puellam,
* Atque illi obſequio devenerante favet.
COEtibus & Virgo ſe ſe muliebribus addit,
  Hanc tota eſt Charitum concomitata cohors.
Compoſita, evigilans, Matres venerata priores,
  Splendet in Angelicis forma modeſta genis.
Sedula tum ſedit, curat quæcumque libenter,
  Et nimiùm ſummi flagrat amore Dei.
Angelicæ infanti ducunt ſublimius eſcam
  Turbæ , mortales non petit illa cibos .
Expectat ſponſum, pro quo ſuſpiria ducit
  Ardens , & fruitur rapta Puella polo.
Obtulit ut ſe ſe virgo de ſede Sacerdos,
  Ipſam cognovit , blanditiiſque fovet.
Et noſtris patribus retulit jam nobile tempus,
  Nempè Redemptoris Mater amata venit.
Nunc Virgo niveum ritum magè conſacrat ore,
  Dum ſe ſe noſtris conſerit illa choris.
Ut meritò poſſit cunctis pia Mater haberi;
  Vixerat Eſſenas inter alumna domos.
Experta ignitæ quidquid probitatis adeſſet;
  In clauſtris degens hac ratione dies.
Felix Carmelus, quò Virgo inſignia tendit,
  De quo ſub cunctis eſt dominata plagis.
Sci-

Scilicet in ſacris mundiſſima lilia campis
Surgunt, cœleſtis quò ſpado quiſque foret.
Atque ideo Virgo, ceù jam per cantica lectum,
Carmelo monti ſtat ſimilata caput.
Germina dum noſtris ſurgunt caſtiſſima campis,
* Et mundi ſordes, illecebræque procul.
INtereà Virgo cum jam pubeſceret annis,
Mutari in Divam cœperat illa magis.
Hancq; Sacramenti non tam benè conſcia, mater
Perquirit caſto jam ſociare viro.
Inſtigat dictis, perquiras filia ſponſum,
Ne fueris viduo tu maledicta thoro.
Cognatæq; omnes ſtimulant, quid tæda moratur?
Nam multi ex noſtris te cupiere nurum.
Tu pulchro tandèm, quid agis? procede marito,
Ante oculos multum jam ſpecioſa nimis.
Et patris miſeram tandèm ſolare ſenectam,
Qui baculo fixus pendet inermis humi.
Tum lacrymis Virgo malas irrorat honeſtis,
Et fracta illius ſaxa decore gemunt.
Cara Parens, noſtri jam jam nimis anxia lecti,
Quod noſtri numquam ſubſtat in arbitrio.
Indignor tædas, melior me flamma perurit,
Nam mihi divinus rete tetendit Amor.
Meque Creatoris cunctos meminiſſe per annos
Æquum eſt, cui caſta mente placere volo.
Eſt mea Virginitas celſo placitura Tonanti,
Atque maritales vivo peroſa faces.
Eliadum pulchri mores nam talia diſcunt,
Quàm latè effulget Virginitatis honor.
Taliter & viuunt, Veneri nec corpora donant,
* Nunc ſine me vita cœlibe, chara, frui.
BIs ſeptem Virgo cum jam traduceret annos,
De thalamo illius Fama locuta fuit.
Virginis & noſcit ſummus pia fata Sacerdos,
Et tacita ſecum myſtica mente fovet.
Spon-

Sponſetur Virgo, ſed Virgo ſponſa manebit,
  Arcanum cœli nempè tegatur humi.
Ebibit æthercam mentem, plenuſque calore,
  Pergit ſub tali res ſtabilire modo.
Jungatur Virgo ſponſo, cui juncta micaret
  Prorsùs ſub puro non violata thoro.
Nam ſic diſponit ſummis Altiſſimus aulis,
  Solemnis tædis eſt celebrata dies.
Conveniuntque viri, pulchræ cui forma Puellæ
  Corde, ſed ex David ſit genus omne Tribu.
Antiſtes juſſit virgam ſibi proferat altam
  Ut quiſque, & liceat flore probare virum.
Cui virga aſſurgat florentibus obſita pompis,
  Huic dignè Virgo conſocianda foret.
Indicuntque diem, ſacroque in fornice Templi
  Virgineis exit mixta Puella choris.
Deducta in medio, dextra coniuncta parentes,
  Heù quantus malis huic radiabat honor.
Inter & affines Virgo, cognataque juxtà
  Agmina, tum medios inſtitit inter avos.
Compoſituſque ſinus refluit de corpore toto,
  Virgineas velat quò rubicunda genas.
Cui ſpecies cœli rapit ad ſublimia mentem,
  Adſtantes ſanctas & docet ire vias.
Simplicibus ſtat forma bonis, non pingere fuco
  Docta, nec unguenti rore replere comas.
Forma tegit vultum, formam conſervat honeſtas,
  Et dulcis toto ſpiritus ore venit.
Nempè videbantur Charites fulcire Puellam
  Dextra, tam multo membra decore movet.
Siderei crines, vivacia lumina vultu,
  Atque peregrinum fronte nitebat ebur.
Et color excelſo quamvis violacius ore,
  Nigra fuit Virgo, ſed ſpecioſa tamen.
Et quid divini ſapit, ut ratione probares,
  Per formam vero ſe placuiſſe Jovi.

Ite

Digitized by Google

Ite per aversum, peramat quidcumq; Puellam
* Rivalem poterit quis tolerare Deum?
AST turba in Tēplo, virgisq; tribulibus adstat,
Virgine quis dignus flore probante foret.
Venere alterni, siccasque ostendere virgas
Cœpere, atque illos irritus urget amor.
Ominibus felix senior properabat Joseph,
Et favit dulci turba canora seni.
Qui non conjugium vulgi cupiebat amore,
Sed tenuit castum forma superna patrem.
Accedit, virgamque tenet, tum flore repenti,
Atque relucenti germine virga viret.
Assensere omnes, Domino benedicta Sacerdos
Addidit, & sponsos protrahit in medium.
Conjungunt palmas palmis, ac corda vicissim
* Mutua tum fidei signa dedere manu.
AStrifer hinc Agabus, magicæ tum cognitor artis,
Sperare is thalamos Virginis ausus erat.
Sacratasque cupit tædas, dum nobilis ortu,
Nam quoque Davidica devenit ille tribu.
Culmine sub turris magica suffumigat arte,
Et cogit Sathanæ per violenta choros.
Ipse aperit libros, atque indistincta susurrat,
Et ternis signat, quæ subeunda rotis.
Et virgam admovit, tellurem cuspide findit,
Tum functi terno stamine membra ligat.
Tunc mugire solum, penitusque dehiscere tellus
Visa, & Tartareis spiritus exit agris.
Exilis vultu, nigris circumdatus alis,
Et motu velox, impatiensque loci.
Et nebulam secum traxit, caudamque sub alvo
Cœlat, sub nigra cornua fronte gerit.
Et villis sua terga rigent, fuligne dira
Septus, tum dentem porrigit ore suis.
Exustam pellem, digitosque ostentat aduncos,
Lumina sanguineo torva rubore rigent.
Heus

Heus tu demonstres quæ sit tam clara virago,
De qua mirandum concinuere patres?
Cui tantum cœli studium, cui sydera rident,
Et cujus proceres tot cupiere thorum.
Et Dęmon contra: Phlegeton non talia cepit,
Nec tantum arcanum cognitione tenet.
Nam vetuit Princeps superũ, qui regnat olympo
Scire puellaris nos bona fata sinus.
Ad magnum sed Virgo venit, magnumq; latere,
Scito, cœlestis vis premit ora mihi.
Et vetor affari, nigrum jam vertor ad Orcum:
Sic ait, atque Erebi stagna profunda petit.
Spemque Agabus sponsã citiùs demittit habẽdi,
Ad se se demùm flore negante redit.
Lætus eremitas adiit, vitæque tenorem
Scripsit, tum multo verbere terga secat.
Abjecit vetitas artes, opera alta Barathri,
Et nostrum vitæ pergit inire modum.
Vidit Apostolicas turbas, tum fronte renatus,
* Sacros producit pace nitente dies.

INtereà sacrata TRIAS de sede tonanti
Excelsum mundo jam meditatur opus.
Impatiensque moræ cœlesti filius arce
Ad castam voluit lumina pulchra Deam.
Flagrat amore magis, rapitur dulcedine formæ,
Et quærit longas accelare moras.
Dulcis amica veni, nimiùm mihi pulchra videris,
Progenies veri clamat amata Jovis.
Averte & dulces, qui me prædantur ocellos,
Dum lata sub nostro vulnera corde gero.
Aut tu sidereis venias regionibus alma,
Aut mecum indignam mox habitabis humum.
Atque hunc deliquio cum jam tenuatur amoris,
Audiit, & Nato fert Pater almus opem.
Sed Sacratus Amor, qui jam procedit utroque,
Dulcisonis cecinit quæ peragenda notis.

Dum

Dum Pater æquipotens languori ferre salutem,
Jam mavult Nati, quem properanter amat.
Jam genus humanum sub sede locabitur axis,
Jam passu mundo fit propiore salus.
Tu Gabriel properes, niveas citus indue plumas,
Et pete Nazareæ cognita tecta domus.
Quò pulchra assistit Virgo, mea gloria, quæque
Cum Nato, & Socio, tum mea regna rapit.
Spiritus & Sponsam, Natus matrem, ast ego natã
Eligo, Reginam tum Cherubinus amat.
Ito salutatum me propter, propter amatam
Prolem., post illi nuncia sacra refer.
Concipiet, vulvaque geret grave pignus olympi,
Et Deus in casto vagiet ipse sinu.
Unde salus mundi, tum vis superanda draconis,
Qui misero quondam vincla tetendit Adæ.
Hoc virtute Dei fiet, celer imbue mentem,
Illius, quæ sint, quo fuerintque modo.
Concilia assensum, post te converte sub astra,
* Turbetur Virgo ne mea cara, cave.

AST Gabriel citiùs cœli pulcherrimus heros,
Nuncius æthereis pervolitavit agris.
Sidereumque caput redimit crinalibus almis,
Et pectus pulchrè lucida vestis obit.
Pro gemma paruum sidus sub fronte vagantes
Collegit crines, implicuitque simul.
Ambrosia madidas volitans citò concutit alas,
Aurea per medium stant tegumenta latus.
Ille prius pulchros Paradysi tendit in hortos,
Campus ubi æterno flore recinctus olet.
Siderei flores, tum non mortalia surgunt.
Germina, sub nostra non obeunda nive.
Tum niveo virgam carpit de flore comantem,
Candida quò puro lilia lacte madent.
Pervolat, & longè Phænices adspicit oras,
Et post Carmeli terga suprema videt.

Et

Et propè Naxareos fines . Hinc substitit ales,
Atque intrat celeri tecta beata rota.
Quò Virgo collecta Deo , laribusque pudicis,
Grande Redemptoris permeditata decus.
Deq; ipso volvebat etenim,quecumq;prophetæ,
Carmeli cœtus quid retulisset ei.
Angelus hinc tectum penetrat,tum colligit alas,
Et leviter visus ponere sede pedem.
Mota per adspectum Virgo trepidavit Amoris,
Dum videt ornatā luce repente domum.
Dulciter hanc Gabriel flexus sub crure salutat,
Atque illud felix protulit altus Ave.
Edocet arcanum, dubiæ post nubila mentis
Expulit , & miris erudit inde modis.
Filius Æternus, Triadis Persona supernæ
Quod castum gremium mox subiturus erit.
Utque opus excelsum faciat, mundumq; caducũ
Erigat, & salvet qui periere, viros.
Virtute ætherea felix tibi pertumet aluus,
Et te te virtus diva perumbrat enim.
Censensum Angelico ceù Virgo præstitit ori,
* Ceù Deus in casto clauditur ipse sinu.

POst consanguineam Elisabeth,cognataq;tecta
Visura, ad montes se decorata refert.
Per calles revoluta feros,desertaque dira,
Offendit duris vepribus acta pedes.
Tandèm magnificam velox pervenit ad Hebron,
Pulsat & agnatas Virgo sacrata fores.
Exiit Elisabeth prægnans cum conjuge muto,
Et multa jaciunt oscula chara fide.
Hæc senior matrona fuit de munere cœli
Prægnans, concepit cum tremula esset anus.
Excelsum Infantem gremio ducebat anili,
Cui nullus meritis substat in orbe prior.
Qui Christi præcursor erat , Baptista vocandus,
Ore Redemptoris tam celebrandus erit.

Hic

Hic puer exultat gremio, tum signa repentè
Lætitiæ clausus jam manifesta dedit.
Alma Creatoris sedem cum Mater obintrat
Agnatam, & dulci voce salutat anum.
Agnovitque Deum rationis prævius usu,
Quem clausum secum venter anilis habet.
Agnovitque Puer Puerum, materque Parentem,
Hìc multas traxit Virgo Maria moras.
Sub montis dorso, quò transit clara Virago,
Sacratam nostri continuere domum.
Ob meritum facti, quod sit dignata Joannem,
Unum de nostris visere Virgo choris.
Quem pius invisit Princeps Gotfredus, ut Urbē,
Sacram de diro vindicat ipse jugo.
Excipitur gaza Virgo lætanter honesta,
Matronæ curat mox operosa domum.
Subsidium Elisabeth ducebat humillima Virgo,
Quæ jam per menses est paritura novem.
Non laus ista fuit præclari parva Joannis,
* Natali cujus tam pia Virgo stetit.

NAtales clari properant, hinc ille Joannes,
Qui nostri vixit gloria prima jugi.
Hic Carmelicolas vixit clarissimus inter,
E vulva ad lucem sanctificatus abit.
Carmelæus erat, prò quo regina polorum
Ad visendum illum tam studiosa fuit.
Cujus fausta cano, nostros ea cura colonos
Tangit; Pierides vos duplicate modus.
Nuncius è summo veniens testatur olympo,
Virtutis Solem jam properare nouum.
Ante Deum veniet clari virtute magistri,
Eliæ degens hac ratione dies.
Scilicet hic vastas infans habitabit Eremos,
Et niveo in tergis cingula more gerit.
Taliter austerus, domitor tum corporis esset,
Visus ut Eliæ jam viguisse modo.

Is

Is similis patri, cingit quem zona cameli,
Et niveo gestit terga operire sinu.
Silvestri se melle cibat, siccisque locustis,
Una probat binos formula sacra duces.
Alter & Elias dictus, properanter & ambo
Carpebant regum voce tonante scelus.
Deserta excurrit, digito tum prodidit Agnum,
Qui relevat nostrum perditione scelus.
Squallidus hic vultu, setis præcinctus acutis,
Et populis semper pœnituisse canit.
Aeris ad noxam durat, gelidique sereni,
Atque asper posita caute recumbit humi.
Nazareus de more micat, custosque pudoris,
Non visus culpa se maculare levi.
Carmeli confine tenet, Jordanis ad undas,
Et pura assiduo membra rigore domat.
Conservatque genus motū, quod tradidit author
Elias, & sectans dux Elisæus iter.
Undè Sacerdotes factis concordibus acti,
Baptystæ dicunt; Elias annè fores?
Hoc veri authores, plena est sententia vero,
Et livor tantùm se dubitasset refert.
Inter & immensas semper versatus eremos,
Cum lustrat sanctam candidus Agnus humum.
Ante propagator ceù substitit ordinis altè
Elias, ad cuneos quò pia turba venit.
Sic is Baptistes maturo tempore Christi
Candida sub variis regna propagat agris.
Firmat & Essenos Domini præsentia Christi,
Proxima tum nostro Virgo Maria jugo.
Carmelæa fuit Virgo, dum vixit eorum
More, Sacramentum virginitatis alens.
Dum natale solum Carmeli terga perumbrant,
Et propè Naxarei promicuere sinus.
Vicinos ideò semper petit alma recessus,
Nostrorum sacros comprobat ipsa modos.

Seù

Digitized by Google

Seù quia Carmeli fuerit Regina, recepit
* Hoc Carmelitæ nomen ab imperio.
EN natalis adest, tunc cum mirantibus astris,
Virgo de puro parturit alma sinu.
Extulit in lucem Christum, qui condidit orbem,
In Bethlem Virgo, quò moderata viam.
Cum Sol ad metam demùm sua plaustra revexit,
Visus sanguineo rore madere puer.
Ducitur ad Templum, tum circumciditur Infās,
Vulnere tum graviter membra tenella rigent.
Spargendi in reliquum Dñs nunc præbuit arrhā,
* Subjacet & legi conditor ipse suæ.
EXindè è regnis magici gradiuntur eois
Reges, præsigni de face ducta via est.
Quà duce corripiunt metam, quà constitit Infans,
Et ducunt nato munera rara Deo.
Thus, aurum, myrrham, nati mysteria regis,
Terga camelorum pondere pressa gemunt.
Astrorum gnari reges, atque arte Cononis,
Collustrant obitus, sidereosque gradus.
Hi cunctis cœlo videre micantius astrum
Ornare auratis celsa theatra comis.
Tunc pretiosa locant auratis munera vasis,
Pergunt, quà cernunt crine nitente facem.
Tunc fervore fremunt calles, campique virentes,
Et longum carpit mox equitatus iter.
Atque Arabes peltis fulgent, sagulisque rigatis,
Et rubras aptant crine nigrante jubas.
Tres reges, terno procedunt ordine turmæ,
Persa sub argento, thure decorus Arabs,
Chaldeæque manus, fulget dromedarius auro,
Quadrupedum calli personuere pedes.
Gemmea inauratas capiti complexa coronas,
Fascia per nitidas it revoluta comas.
Siqua fides dictis, si quid valuere priores,
Reges Essenum perdidicere modum.

Cor-

Digitized by Google

Corpora non ſacrant Veneri, ſed more ſpadonis
* Viuunt, florenti ſe retulere ſitu.
VIrgo Creatorem poſtquàm caſto edidit alvo
Se tulit in ſacra purificare domo.
Mos mulieris erat, tum Matris nobilis uſus,
Quamvis prò nato dona tuliſſe ſuo.
Tum Simeon juſtus quidam, plenuſque timore
Cœli, de puero monſtra tremenda canit.
Et carum infantem tremulis extollit in ulnis,
Et ſobolem veri credit adeſſe Dei.
Dum rogat hoc Dñm, recipit reſponſa Tonantis,
Tempore quæſito ſe reperire diù.
Nunc Puerum exguſtat, quæcũq; optaverat olim,
Oſcula ſub tenera fronte iterata dedit.
Ipſe prophætarum vixit modò legis amator,
* Atque inter noſtros eſt numeratus auos.
DE Puero quoq; mira canit nũc nobilis Anna,
Antiqui proles quæ Phanuelis erat.
Eſſenæ radix præclara propaginis adſtat,
* Egregium vixit ſemper adepta decus.
UT ferus Herodes regis mox audiit ortum,
Viſcera ſuſpectu ſubſecat atra malo.
Veniſſet & regem, & cunis ſibi ſceptra referri,
Cui tandèm in cunis plebs venerata favet.
Lactantes pueros, primoque in germine flores
Mactari juſſit, comminuique citò.
Admonitus ſomnis fugit longæuus Joſeph:
* Cum Socia, & puerum clàm retulere procul.
ASt nunc Baptyſtes noſtris ſe tradidit arvis,
Illum deſertis ſic aluere patres.
Et puer æthereos mores, & quidquid honeſti
Addiſcit, ſectans ſigna relicta ducum.
Chare puer, teneris habitas deſerta ſub annis,
Quò Matris luſus, blanditiaſque fugis?
Sic infantiles quæris traducere ſoles,
Sub roſeis cunis nec tibi danda quies?
Sic

Digitized by Google

Sic tenerum corpus pœnis aſſueſcis eremi ?
Et parva horrendo membra rigore domas.
Et fugis illecebras, quas numquã, maxime noſti,
Abdita tum luſtras montibus antra cavis.
Parcite vos vepres, duriſque obnoxia ſpinis
Gramina , Baptiſtæ perviolare pedes.
Vos molles tophi, ſanctus quò membra reclinat,
Et teneræ parcas Phębe nocere cuti.
Dum puer acclivis trunci requieſcit in umbra,
Vos auræ circum vos agitate comas.
Antra virent, dumeta roſis redimuntur amœnis,
Quò tenerum ponit paruulus ille caput.
Heroum princeps, Virtutum Cinthius alter,
Atque Eſſenorum gloria prima patrum.
Per te nunc noſter splendet felicius ordo,
* Qui gaudet regnis te refovere ſuis.

ESſeni puerum viſunt, alimentaque præbent,
Cum plantis infans luſtra remota ſacrat.
Quo genere Eliſabeth vitæ vixiſſe videtur
Mater, tum ſacras ſplenduit inter anus.
Exemplo gnati, qui jam infantilibus annis
Indixit tantum ſuſtinuiſſe modum.
Se ſacrat matrona Deo, vixitque decorè ,
Traduxit reliquos quò veneranda dies.
Turmæ Virgineæ, tum Carmelitides omnes
* Aſſiſtunt matri, ſubſidiumque ferunt.

INtereà Virgo diri terrore tyranni ,
Ægypto puerum cum ſene rapta tulit,
Cum nato in gremium venit longeuus Joſeph
Et cernunt nitidæ littora nota Phari.
Hyeropolimq; tenẽt, cernunt Memphitica regna,
Quò feriunt celſæ ſidera Pyramides.
Et radunt ſtagnum obliquum, cui porrò Mariæ
Nomen percelebres applicuere patres.
Eſſeni patres illic ſtruxere ſacellum,
Quò jam reginam tranſilviſſe ferunt.

Gra-

Digitized by Google

Gratia tanta fuit, retinet reverentia nomen,
Tam ſacræ memores hi Genitricis erant.
Poſt pulchrè degens terris eſt nactus JESUS
Nazarei à vulgo nomen inerme viri.
Quod noſtri quondam patres retulere, priuſquam
Chriſtus ſub noſtra carne ſacraret humum.
Non paruus fuit iſte decor, dum voce vocatur
Una Salvator, fatidicique patres.
Quin quoque per reliquos Chriſtus Galilæus He-
Dictus, tum nomen tale per oīa tenet. (bræos
Quod quoque noſtrorum nomen: Galileæ ſacratū
Carmeli cernit jam propè clara jugum.
Huc propè degebat Domini pueritia Chriſti,
* Quò citiùs vadit Matre ferente puer.
NOſtrorū ſocius ſanctus quoq; fertur Amator
Bajulus is Chriſti, ſedulitate vigens.
Nam patris famulus, cui diva Veronica conjux,
Cui Chriſtus mundo comprimit ora ſinu.
Hic poſt Carmelum ſubiit, tum more priorum
* Vixit per noſtros condecoratus agros.
JUdeæ princeps dudum Tetrarca relatus,
Filius Herodis, qui truculentus erat.
Is fulchro ſomnos poſitus carpebat eburno,
Nocturnis patitur ſomnia nigra moris.
Is campo propior bis quinque videbat ariſtas
Auratis pulchrè permicuiſſe comis.
Quæ pingues, gravidæ fructu, culmiſque cubantes,
Spinoſa excelſa tempora meſſe replent.
Limoſo ſpicas truncat bos improbus ore,
Et ſpes ſub vanas vadit agreſtis aquas.
Mens cecidit regis, ſomnos ferus expulit horror,
E fulchro ſurgit, pervigilatque diù.
Poſt ſcrutatores ſomni rex cogit in aula
Chaldeoſque magos, fatidicoſque Syros.
Adfuit & cœtus, nocturna nigrior hora,
Et fluit ad ſummos lurida palla pedes.
De-

Digitized by Google

Devenit cœtus regem frustatus Hebræum,
Attamen è somnis exposuere nihil.
Accitur de sede patrum Simon, legit ipse
Somnia ventura verificanda die.
Quot numero spicæ, totidem regnare per annos,
Prædixit, finis post violenta venit.
Et tauri campo dirè frumenta vorantes,
Indicunt cladem, significantque necem.
Te rex expectant totidem mala fata per annos;
Et talis tantum tempus arista notat.
Comprobat oraculum binus successus ad unguẽ,
Nam rex irato Cæsare sceptra fugit.
Carmelo augurii donum non deficit unquam;
Succedit priscis sed nova turba viris.
Jure prophetarum dictus Sanctissimus Ordo,
* Semper fatidici quò viguere chori.
INterèa Virgo Solymas petit, annua festa
Ut celebret, secum cum patre Natus adest.
Bis senos Natus florebat dulciter annos,
Et matris gradiens is propiora tenet.
Nube subumbratus Solymis se se abstrahit Infans,
Et solus Templi tecta paterna petit.
Doctores adiit legis, jurisque peritos,
Et cœpit dulci mira referre modo.
Et petit alternè, patrum responsa refutat,
Hi Pueri doctos obstupuere sonos.
Propositoq; favent, tum multa dilemmate clau-
Deque ipso ignoto verba fuere Deo. (dunt,
Miranturque senes Puerum diversa petentem,
Quod causam paruus sic sapienter agat.
Plerique ex istis patribus, legisque magistris
Esseni, nostris substiterantque choris.
Quòd verum; Domini soliti nam semper Asylo
Instruere exemplis, dogmatibuspue viros.
Et scribæ dicti, ambages dissolvere legis
* Docti, de nostris progrediuntur agris.

M Fle-

HEroesque alii nostris numerantur in arvis
Codicibus priscis siqua probata fides.
Matthias, Judas, sacri duo germina montis,
Doctores gemini, qui duplicesque faces.
Hi clari, ingenui, Domini pro laude tonabant,
Indignum expellunt, corripiuntque nefas.
Nam ferus Herodes Templi sub fornice sacro
Cœlatam multa mole locavit avem.
Regia quæ volucris, fulvoque extructa metallo
Jam quatiens plumas, jam volitansque super.
Heroes gemini sonitu, verbisque tremendis
Abstrahere à sacro stegmata poste, petunt.
Saxa prophanari dicunt, cultumque referri
In pejùs, sacro quid fera signa loco?
Rex istos jubet inde capi, tum carcere ferri,
Squallore horrendo nec lacerare sinit.
Neve absistit atrox, sed morti tradidit ambos,
* Et nullam pietas obtinet alma moram.

HInc demum Christus puerili exuberat ævo,
Et vita cœpit nunc adolere magis.
Ad pulchros mores Domini crebescit & ætas,
Quos admirata est ipsa Maria priùs.
Divinæ specimen Naturæ præstitit altum,
Ad fata & sacrum maxima tempus agit.
Ardet amãs mater, tremulus quoq; gaudet Joseph,
Miratus genium, tum puerile decus.
Cœlestis normæ ratio sapiebat in illo,
Dulcis, compositus, blandus, honestus erat.
Cum Puero Mater subiit Carmelidos antra,
Mirati variis otia sancta locis.
Nam propè Carmelum statio surgebat eorum,
Tutelamque illis, auxiliumque dabant.
Quid vobis, patres, tanto de rege videtur?
Vos nostis malas, auricomumque caput.
Quod decus in Puero toties lustrastis eburno?
Quanto virtutis more repletus erat?

Felix

Felix concilium, vel tu plaga florida montis,
  Cui Virgo ſpondet mite patrocinium.
Heroes multi luſtris florere ſub iſtis
  Viſuntur, Virgo cum peperiſſet humi.
Præcurſor Domini zona ſuccinctus avita,
  Simon, tum genii fata gemens Agabus.
Alphæus noſtris degens Jacobus in arvis,
  Qui ſe non comitem rege vocante negat.
Nunc tamen è monachis Scariothus ſubſtitit ab-
  Cui paſtorali virga relata manu. (bas,
Vir ſermone gravis, ducitque per æthera greſsū,
  Inclita qui multâ pace ſacella regit.
Deque illo plures laudes cecinere priores,
  Er pergunt tantum concelebrare ſenem.
Iſte reſurrexit Chriſti ſub morte, barathrum
  Liquit, tum biduò ſole recinctus ovat.
Diſcipulus Domini Carmelo floruit alto,
  Qui quoque Simonis nomina clara tenet.
Hic Chananæus erat, corrupta voce Cynæus,
  Inter & Eſſæos, Eliadumque choros.
Et quoq; Nathaniel, qui dignus Apoſtolus eſſet
  Chriſti, poſt nomen Bartholomeus habet.
His addunt Judā, Dominus quē ſemper amavit,
  Qui noſtri acquirit jura ſodalitii.
Baptiſtæque ſequax poſt tempore vixit eodem
  Andreas, Dominum qui comitatus amat.
Andreæ ſocius, noſtriſque inglorius arvis
  Vixit, dum nomen conticuere patres.
Nomen & occultum, ſed longè vita refulſit;
* Dum ſe ſe noſtris addidit ille choris.

INcepit mugire ſpecus, per vivida rupes,
  Et ſub deſertis vox dnplicata ſonat.
Grande Redemptoris tempus properaſſe Joãnes
  Deſignans digito, teſtificanſque ſono.
Uſque per Engaddi florentia rura cucurrit,
  Et quà Jordanis lympha ſacrata ſtrepit.

Atque urbes semper tetris fugit abditus antris,
Præsertim Esseni quò posuere casas.
Cum sociis Baptista micat, quibus esse magistrū
Pergit, & æthereo dogmata more dedit.
Esseni favere patri, nunquamve recedunt
A latere, assistunt, dant, opibusque juvant.
Omnes discipuli dependent illius ore,
Ad numerum plures se retulere simul.
Per clivos olli, per scrophea saxa fluebant,
Quid dicat sancti, quid referatque, legunt.
Convenere omnes, capiunt præconia vocis,
Atque antra innumeris sunt habitata viris.
Inde camelino sternunt velamine corpus,
Cum sanctis pergunt conlatitare specu.
Essenosque patres simili sub veste sequuntur,
Pellito lumbos dant operire sinu.
Turba tabernaclis vitreo Jordane propinquis
Substitit, hæc statio sub duce clara magis.
Ipse Creatorem designat pollice genti,
De quo sint totius regna redempta soli.
Esseni à claro sumunt baptysmata patre
Atque aliis ipsi post retulere viris.
Plures discipuli Patri favere Joanni,
Cum sacris gentes ipse lavabat aquis.
Hinc Pauli socius, niveoque ex ordine proles
Silas; qui à sæuo nomina Marte tenet.
Saturninus adest, duxit qui jura Tolosæ,
* Frontinus, Christi qui sacra signa tenet

DUm renovat gentes sacris Baptista sub undis,
Et magis, atque magis crescere cæpit amor.
Salvator venit, gressu tum saxa sacravit
Amnis, Baptistes regna propinquus adit.
Procumbit flexus, diffundi poscit ab illo
In lymphis, tantum denegat ille tamen.
Ablvere excelsum Numen, sobolemq; Tonãtis
Abnuit, atque undis se tetigisse Deum.

Pro-

Digitized by Google

Proſtratus coram Domino petit ipſe lavari ,
Mortales potiùs quod decet,haud ſuperos.
Salvator juſſit terra conſurgere patrem,
Et dare ſub membris pulchra lavacra ſuis.
Inde Redemptoris Baptiſta obtemperat ori,
Aſpergit ſacrum fonte recente caput .
Statim ſiderei cardo reſeratur Olympi ,
Gloria Cœleſtis fulget aperta chori .
Et Pater Omnipotens ſtellata celſus ab arce,
Auditus tali pertonuiſſe ſono.
Filius iſte meus cunctis dilectus in ævis,
Mortales ſobolem vos peramate meam .
Spiritus excelſæ formam gerit inde Columbæ ,
Et replet cunctos lùce repente locos.
Eſſeni videre Deum,nam cuncta magiſtro
Ex ipſo in clauſtris edidicere priùs.
Inde Creatoris greſſu propiore fruuntur,
Illius & monitus,eloquiumque bibunt .
Ecce,inquit,mea cara cohors,ille inclitus Agnus,
Præcurſor, maculis qui ſpoliare valet.
Ipſe venit poſt me,ſed cœlis editus ante ;
Vos Salvatori corda parate pio.
Qui totam replet Divino lumine terram,
Et valet æthereas qui reſerare fores.
EXindè excelſi Chriſtus petit aſpera montis,
Vadit ab humana penè relictus ope .
Quadraginta dies ſervat jejunia, nunquam,
Is minimas ſummo contigit ore dapes.
Quò monte Eſſeni poſuere ſedilia patres ,
Queis notum factæ grande ſalutis iter .
Semper ab Eſſenis ſacro dum monte moratur,
Viſitur,atque illis quid petiere,dedit .
Hic quoq; diſcipulos fertur liquiſſe Joannem,
Erecta in ſacrum quò Domus ampla fuit.
Hic noſtra in reliquū tenuere habitacula patres ,
Et pavit ſacras dux Eliſæus oves.

Conflictus Domini Stigii cum principe regni
Hi Sancti testes nam retulere palàm.
Tentamenta feri Sathanæ, vertendaque saxa,
Atque refutatos per cita dicta dolos.
Res ea nota fuit patribus, qui culmine testes;
Quod non vulgandum ni patuisset, erat.
Post Evangelio factum misere sub alto
* Scriptores, nostris edidicere choris.

POst hoc Salvator Sanctum persæpè solebat
Visere Baptysten, colloquioque frui.
Illius sanctos mores, sectamque suorum
Comprobat, & ceptis invigilare monet.
Quod veri manifesta fides, tum millibus adstat
* Scriptis, ceu nutu quisquè videre potest.

FOrte senex quidam Sinai sub monte petebat
Vivere, quo gressum non retulisset homo.
Vivere quò cœlebs, cunctis requiescere curis,
Lustrare humano devia lustra pedi.
Carpit iter, tũ mente tenet properasse, quod op-(tat;
Jordanis tandèm quò vada celsa, venit.
Et propè Jordanem cœpit languore teneri,
Et pariter multo membra rigore premit.
Ipse sub umbrosa declinans arboris ala,
Expectat, febris quod petiisset atrox.
Nox erat, & mixtus quidam comparet in umbra,
Quærit ab ægroto quæ via tanta foret?
Ille autem Sinai, dixit, juga celsa requiro,
Omnia quò possim facta dicare Deo.
Non hinc discedas, noctis tùnc addidit heros,
Respondent votis hæc quoque saxa tuis.
Nequaquàm senior junxit; Mons ille reposcit;
Ni mors diversum nunc mea membra trahat.
Disparet primum visum; magis æger anhelat,
Viscera & ardenti duxit adusta rogo.
Apparetque idem, atque eadem suadere secundò
Incipit, ut saltus hos habitare velit.

Dene-

Digitized by Google

Denegat is [illegible], tum vocibus obſtat iiſdem ;
Atque heros terna pervolat ille vice.
Tunc Senior primus, quis tu? quæ cauſa ſubegit
Obiicere ignotas,quas ego nolo vias?
Addidit is leviter,Domini Præcurſor ego ſum,
Qui jubeo ſacro te remanere ſitu .
Ne dubites, nam ſiſte precor,meliora nec unquã
Tu loca ſub petito cernere monte potes.
His antris tunc ipſe ſteti,tum noſter JESUS
Me me viſurus regna petivit amans.
Sacravitque locum greſſu, vultuque ſereno,
Pro quo tu remanens hìc remorare pedem.
Is victus cedit, tum juſſis ſubſtitit antris ,
Et redit in ſana priſtina mole ſalus .
Comprobat hoc Chriſtũ,cũ ſacra negotia quęrunt,
* Sæpiùs ex iſtis tunc rediiſſe locis.
COgitur ad manicas juſſu Baptiſta tyranni ,
Herodes cauſæ peſſimus actor erat .
Cauſa Herodiadis , thalamo quæ juncta nefando
Regali,& fratris nobilis uxor erat.
Ille rapit furto, atque inceſtu regna prophanat;
Præcurſor crimen corripit ore palàm .
Pro quibus officiis vinclis circumdatur arctis ,
Squallida ſub tetro carcere membra terit .
Sic viſus proprio fabricare ligamina Bombyx
Ore,atque in tenui viſcera fune plicat.
Et facinus rex ipſe odit,mens intima pulſat,
Cogitur & ſanctum viſere ſæpè patrem .
Illius ad voces durus quandoque moratur ,
Grata videbatur jurgia ferre ſibi .
Fœmineam ob pœnam cuſtodia continet illum
Ne ruat in ſanctum poſt inimica caput.
Et quoque diſcipuli tetra ſtatione ſequuntur ,
Nec viſi patrem deſerviſſe malis.
Laus magna Eſſenis, cuncti pietatis alumni ,
* Pro cœlis vinclum qui tolerare queant.

EXinde ad Dominū misit Præcursor Jesum
 Discipulum, ut statim quis foret ille? roget.
Quod mihi subjecto compar nunc flebile carmen,
 Musa malo pariter quæ lacrymata venit.
Præcursor Domini diris cadit hostia mensis,
 Et summis humeris persecuere caput.
Quæ mens nunc stimulat, colloq; impexa dracones
 Alecto, sacrum morte piare patrem?
Tollite nunc lances, quò jam caput irriget atrè,
 Haud digna est tanta mensa cruenta dape.
Musa veni, durum pergas convolvere crimen,
 Nec tam funestis, diva, morare diù.
Stat calamus, mens ipsa fugit, tū dextra perhorret,
 Heù contra humanum tanta ruina genus.
Forte dies infausta aderat, cum fertur Erinnys
 Regem de tetro parturiisse sinu.
Rex epulis luces celebrat, tum longus in aula
 Jam convivarum præsidet ordo ducum.
Discubuere simul, solio rex fulget ab alto,
 Omnia fumosis sunt data jura coquis.
Non procul à diro præfulget adultera rege,
 Cui ferrugineo vestis Ibera sinu.
Filia stat juxtà parili celebrata decore,
 Docta leves multa dote movere pedes.
Hæc ad luxuriem dapibus nova pabula præbet,
 Librat per celeres membra nefanda rotas,
Tam pulchrè mendax, ut regem falleret arte,
 Illius ut petitis rex dare cuncta velit.
Consulit hæc matrem, peteret genialibus altis:
 Quid tantum, & regis munera digna manu.
Tum pellex mater, sacrato infensa Joanni,
 Prompsit, quæque ori non minus apta suo.
Baptistæ pete, nata, caput, nulla altera quæras,
 Ut videam infaustum fronte silente caput.
Qui nostri agressus tedas extinguere lecti,
 Et canit ad nostras omina dira comas.

Mit-

Mittitur ad vatem nudo mucrone satelles,
Qui caput illius per sacra colla secet.
Ponitur aurato cervix sanctissima disco,
Sub quo sanguinea lingua resecta gula.
Esseni varia venerunt parte nepotes,
Et dignis tandem sanctus humatur agris.
Conditur Augusta corpus, tumuloque parentum
Fama est, Essenos supposuisse patres.
Qua jacet Abdias, princepsque Eliseus Eremi,
Sæpiùs hùc voti post rea turba venit.
Esseni patres Christo, ductore perempto
* Jam se se statim corde volente dicant.

HInc regna exoritur varius per Hebræa tumltus,
Quisne esset Christus? dum peragrabat humũ.
Esset an Elias multi scrutantur Hebræi,
Aut alter sacri dux Jeremia chori.
Plures de populis Christum fecere Joannem,
Quique prophetales enitet inter avos.
Dixere Eliam multi, nam consonus actus,
Quisque repurgata mira novavit humo.
Elias & Christum claræ gessisse figura
* Dicitur, & factis consonuisse Deum.

QUà Thabor surgit, Dñus se mutat, & altè,
Glorifica visus luce nitere palàm.
Gloria tum nebula Dominum contexit aperta,
Tum nive candidior vestis obumbrat eum.
Hinc cętum Orphei, atque aulæ cœlestis amores
Auditi auratis increpuisse lyris.
Apparet Moses, radios tum gessit eosdem
Fronti; quos Sinai continuisse ferunt.
Et pater Elias nostro non more viator,
Sacratos genuit qui patriarcha choros.
Colloquiisq; favent Domino, tum concio habetur
De multis demum, quæ peragenda forent.
Eliam ascivit, socium sub monte fidelem
Christus, Naturæ testis ut esset ei.

Si-

Significaret enim de ſe ceciniſſe Prophetas,
Quidquid & oraclum, quæve loquela foret.
Iſte Prophetarum princeps, præq; omnibus unus
Debet veridico teſtis adeſſe Deo.
Fama futurarum eſt inter comercia rerum,
Ordine de noſtro diſſerviſſe Patrem.
Illiuſque ſtatu ſuprema ad fata reducto,
De Chriſto longas obtinuiſſe dies.
Dum Sol vivificum mundi per membra calorem
Spargit, de mira fronde virere jugum:
Felix promiſſum, veroque oracula ſepta,
Quod duro poſſint corde negare viri.
Nempè beatorum conſeſſu ad cœtera ductor,
Pro noſtro regno flagitat ipſe Deum.
Viſio diſparet, mediaſque evanet ad auras,
Elias roſeis otia vidit agris.
Diſcipuli à Chriſto poſcunt; ſententia Patris
Quæ foret Eliæ, num veni[illegible].
Illius adventum Chiſtus prænunciat ipſe,
* Qui terras purget, reſtituatque polo.
HInc altare Crucis niveus ſuper occidit Agnus,
Qui greſſu turpẽ condecoravit humum.
Libertas nunc chara virum, vis dempta Barathri,
Jam ſunt tartareo colla ſoluta jugo.
Poſt ſacræ cœnæ Chriſtus memorabile donum,
Jam cernit duræ ſigna propinqua necis.
Triſtitia trahitur; Calicem Pater obtulit illi,
Et jubet humores ore libente bibat.
Funeſtam cędem fugiunt narrare Camenæ,
Pro qua ploraret nunc pietate lapis.
Suſpenduntq; Cruci Dominũ, geminoſq; latrones
Illius ad propius mox poſuere latus.
Sydereum regnum donat feliciter uni,
Sic quoque prædaris tu latro regna poli.
Inde reſurrexit, mœſtiſque ſodalibus ultrò
Apparet, multo membra decore gerit.

Sæ

Digitized by Google

Sæpiùs & volitans visebat Adamica regna,
  Quadraginta dies cum spatiatus humi.
Quò pater Elias, tum corpore præditus Enoch,
  Atque istos inter multa loquela venit.
Quod patri non parvus honor, bis cernere Christũ,
* Cum vestis multa candida luce madet.
ELias socios vates, primosque parentes
  Cernit, felici turba morata sinu.
E barathro veniunt vates, prædam evomit Orcus,
  Et cernunt lucum, quo Paradysus olet.
Gaudentes pulchrè veniunt, galeaque salutis
  Induti, atque Crucis lucida signa gerunt.
Eliam poscunt cœtu, & viridaria complent,
  Mirati lucos, floriferosque sinus.
Donec cum Christo subjere palatia cœli,
  Tempora præscriptæ cumque abjere moræ.
Plusquã quingentis Christus post fratribus adstat
  Coràm, tum crebrò se manifestat eis.
Esseni fuerant, quibus & rediviuus Jesus
  Comparet, patres ad pia vota movens.
Post roseum Christus fertur sublimis in axem,
  Et magè luminibus pertenuatus abest.
Frontibus adductis, oculisque sequacibus instant
  Discipuli illius, tum cava signa vident.
Donec inauratæ sub nubis conditus alvo
  Deficit, & se se sede tonante locat.
Angelus hinc duplex, cœli pulcherrima pubes
  Visitur, atque illos candida vestis obit.
Nempè sacratorum gessere insignia patrum,
* Queis candor cordi, tegminibusque nivis.
SPiritus hinc plumas Divinus concutit almas,
  Et volat ad sacros flammea lingua viros.
Procubuere solo, cœlique altissima dona
  Expectant, circum densa corona sedet.
Discipuli Domini juncti cum Virgine matre,
  Fautores operæ, consociique Dei.

Et

Et ſimul Eſſeni cœleſti rore madentes,
Adſtitit & niveis turba ſacratà ſtolis.
Enixè incumbunt, manibuſque excelſa ſupinis
Exorant, cœli munera ſacra petunt.
Ilicet intonuit cœlum, fragor omnia complet,
Currit ad ingenuos ſacra Columba ſinus.
PerſonaOmnipotens, magni ſpiramen amoris,
Solamen mundi, deliciumque poli.
Elianus ovat, ſacrato fervidus igne,
Et Virgo, & Patres, diſcipulique ſimul.
Tunc domus Eſſenum donis opulentior altis,
Se patres ſacro fonte lavare petunt.
Chriſtigenæ tenuère ſonum, perfectior ordo eſt;
Inſtitit ad mirum norma reducta modum.
Plurima nam tabulis adſtant monimētà vetuſtis,
Quæ noſtro indulgent, propoſitoque favent.
Nempè profeſſores noſtri ſtant ordinis omnes,
Cum cœli donis turba repleta ſedet.
Inter Apoſtolicum numerum, magnamq; Parentē
Eſſeni puro promicuere ſinu.
Permiſti circum; lucent humeralia tergis,
Et jungunt geminas hi ſuper aſtra manus.
Traditio nam priſca manet, pro talibus almis
Flagranti laudem nos recitaſſe Deo.
Olim, dum noſtros mitis ſuper afflat alumnos,
* Cum patribus ſacris fulſerit alma dies.
HInc ingens patrum numerus, factiq; fideles,
Exceptis omni de regione viris.
Turba ſalutifero primùm renovata lavacro,
Poſt ſigna excelſæ ſuſtulit alma Crucis.
Prima per Eſſæos cœpere exordia campos
Nam fidei, gemino nunc patefacta polo.
Atq; patres ſanctam pergunt deviſere matrem,
Affectuſque illi pignora ſacra dicant.
Nempè profeſſores virgo propè ſemper amavit,
Illorum ſacros Diva tuetur agros.

Et

Et se patronam cunctis sub casibus offert,
Illorum precibus porrò aperire polum.
Et patribus Virgo alma favet, loquiturq; benignè,
Obsequium tanti nam comitatus amat.
Carmelique decor reginæ nunc datur almæ,
Ante prophetales ceù sonvere liræ.
Illius ad nomen lectum quoque nostra resurgit
Relligio, in reliquos celsa futura dies.
Fundamenta jacit ductor, sed culmina virgo,
Dum niveo patres vestis honore tegit.
Semper & ingenti Virgo cumulavit amore,
Carmèlo ut meritò sit similata caput.
Atque illam patres nostri dixere sororem,
Ipsaque fraterno semper amore tenet.
Præsto mater adest, cunctisque vocatibus alma
* Arridet, sacris tam specialis amor.

MUsa ò Carmeli tandē requiesce sub umbra,
Tempore pro tanto sit cecinisse satis.

Finis Partis Primæ.


BIBLIOTECA

Digitized by Google

AD. R. P. CYRILLO A PORCOLA PROVINCIALI.

Cyrillus Cyrus sub parvo nomine magnus,
Et vigil Essæis Argus in excubiis.
Infestæque manus, & Monstra indigna Cyclopū
Sospite te extremos per Garamantas eant.
Per te Carmeli pulchrè plaga florida montis,
Nec rosa Romulidum sub pede trita gemit.
Ista Camænarum sacris juvat addere pompis
Dona, tibi missi qualiacumque dicans.
Si placitura refer; ni ipsum, demitte libellos,
Quæque tibi referet cor, nova scripta leges.

D. JOSEPH CORRADO.

O Patriæ Corrade decus, flos primus eorum,
Queis media assurgit gens trabeata uia.
Muneribus validis nostra ad Prætoria functus,
Et Generi à priscis splendor abundat avis.
Hæc mea Proregi perfer citó Carmina nostro,
Illius ad solium me vetat ire pudor.
Accedet rebus laus hæc non ultima vestris.
Ceù Patriæ, Pindi spes eris una choro.




Ad

Digitized by Google

Ad Nobilissimum Equitem

D. FERDINANDUM SANFELICES

PHæbus Apelleas artes quis nosse negabit?
Pictori, & vati par venit ingenium.
Aonidum studiis dum Ferdinande laboras,
Altera nunc alio dona labore paras.
Dum pingis, tabulas profert tibi docta Vetustas,
Remigium alarum tum tibi Fama sacrat.
Nobilitas clarum, niveum dat Gloria succum,
Purpureus multo venit Honore color.
Icones pulchras pulchroque toreumate fingis,
Quod sibi Jordanus non putat impar onus
Picturâque animos Spectantùm pascis amena,
Atque omni Iconi Gloria picta tua est.
Perge celer pingens telâ, seu carmine fingens
Sedibus æternis omne locatur opus.



Ad

Digitized by Google

Ad Reverendissimum Domin.

D. JOANNEM FRANCISCUM BOMBACIUM.

ACcipe Bombaci alterno dona avia Phębo,
Quę mitto, limâ semipolita levi.
Nil mendi mirare, bona cęlata sine arte,
Incertos sensus, Verba labante gradu.
Tu si mole vacas, Templique antistitis ęde,
Hęc volvas; cilio sed probiore proba.
Nunc curas depone; Rosis circumdare Mitram
Accinge, & nostrum lentus amare jocum.
Si meliora petis, quęcumque hinc altera dele,
Et Nomen tantùm, queso, revolve tuum.



Digitized by Google

ELEGIARUM
P. JOSEPH
A NEAPOLI
CARMELITÆ
LIBRI TRES.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE



NEAPOLI M.DC.XCVIII.
Typis Dominici Antonii Parrino.
Superiorum licentia.

Digitized by Google

Digitized by Google

ILLUSTRISS. DOMINO
In re Literaria verſatiſſimo

D. FRANCISCO MARIA CIMINO,

Equiti Calatravæ Accademiæ Principi, &c.



Os tibi miſimus libellos, cultiſsime Juvenis, ut dum de convivio Minervæ aſſurges, quo illa te benè curatum, non abſque contubernio amicorum, reconditis eruditionis cibis, numquam tamen ad faſtidium, explet, ad meas nuces, ſeù placentas, quæ levia licèt, attamen poſt coronam convivii adhibenda, animum voluas: Interruptis igitur ſeverioris lectionis moris, tempore, quo etiam rigidi Catones manſueſcunt, regnante roſa, & madente capillo, hoc opus rudiori incude attenuatum, & paginas deletili ſpongea exprobandas, quibus cum blattis, & tineis longa res erat, pervolve, & hoc me mittente, ſtudioſæ tui voluntatis pignus cape, & periculum; nec

enim unus titulus talē faciendi me im-
pellit, & causa; sed in primis tuum in-
genium, seù potiùs tuus Genius tàm
præceptis Palladis, tàm virtuti devo-
tus, ut magnæ, & inauditæ Literatu-
ræ te à primis annis reddiderit; Nec mi-
nùs urget majestas tuæ domus Geni-
tore, in fascibus sedente, & publico in
Magistratu munere fungente. Tu de-
mùm cum mammas Fortunæ, & Virtu-
tis apprimè suxeris, splendorem pater-
nū ad tuas noctes Atticas, ad tua sanctis-
sima studia applicas: non ut cæteri ado-
lescentes, qui potiùs ad lectiones flori-
diores, & titillantes animum se verten-
tes, ab antiquariis codicillis, & vetu-
stiorum sententiis abhorrent, ut relicto
Platone, Tacito, Seneca, & cæteris hu-
jusmodi, levia commenta, delicatiores
libros, sed nullæ frugis, terunt inaniter,
& exhauriunt; tu tantùm toreumate
tibi à sapientia præstito, occultissimos
eruditionis liquores bibis, aliisque gu-
standos præbes, & antiquorum sacratis-
sima, & recondita oracula penetrando,
quasi Dodoneæ quercus augor, & inter-
pres, inaccesso Sapientiæ nemore in-
volutus, ad aures, & ad auras occulta
Scientiæ mysteria profers: Hinc est,
quod

quòd principibus normas, & politiora tradis præcepta, eo magis gratiora, quo à principio veriori deprompta, quibus ij Principes ſint, ut res benè curent, regna moderentur, caput ſubditorum indemne ſervent, Superis cultum indicant, & pietatis officia non deponant; Opus à te ad umbelicum, & calcem redactum, eruditorum manibus tritum, omniumque calculo approbatum, in quo miramur Juvenẽ Prudentiæ rugis ſeneſcentem, ultra annos, & inconſtantiam animi, aliis tradere rationes, cauſas, capita, quibus benè vivant, & honeſtè, conſtituto domi publico Auditorio, quo Minerva ſuum Sacrum perficit, & Muſæ ſuas corollas innectunt; Nec Critici audent, quæ tu moliris, & maturè perficis, ſuſpendere, ut aiunt, naſo, cum nec cenſuræ, nec faſtidio gradum relinquant. Hinc demùm domus tua, quam optimus Genitor tot titulis decorauit, & uſque ad trabem, Gloriæ monimentis cœlavit, ut decor equeſtris veſtibulum illius ſervare videatur, & porticum, nunc per te novis nititur pompis, & decori, & non ſit aliorum procerum domibus ceſſura, quibus hæc noſtra Urbs, haud Orbi impar ſatis abun-

abundat jactabunda, hisce ego motus causis, ad plausum aliorum accedens, has meas Camœnarum lucubrationes misi, quibus edendis non is animus, ut alii empturiant, & lecturiant; sed potiùs, ut sim tibi acceptus; non ingenio, sed obsequio; hocque obtento me felicem, omnisque votireum templo Sortis adscribo. Vale unà cum tuo, de hac Urbe, & re Literaria, benemerito Genitore, Cunctisque tibi sanguine, mihique animo conjunctis.

V. D.

Servus
F. Joseph à Neapoli Carmelita.


Digitized by Google

Ad Reverendiſs. Patrem Sac. Theologiæ Magiſtrum

P. FILIBERTUM DE BARBERIIS

Generalem Carmelitarum.

EXponis Romæ quondā plaudente theatro
Ingenium, rara dogmata dans methodo.
Ut tibi patritiam Sapientia ceſserit ædem,
Cum ſtrepit aurato picta Cathedra croco.
Montibus aſsurgit ſeptem te Roma videndo,
Et Tybris lentas quærit adire uias.
Carmeli nunc ſumma tenes, patefectus ab alto
Eliæ totum paſcis, amaſque Gregem.
Sis felix, Pater alme, & natus ad alta Magiſter
Munere dum munus, culmine culmen adis.
Deſere Carmeli ſedem, ſi Roma requirat,
Per Vaticanas dum ſpatiere Roſas.



Adm. Rev. Patri Sac. Theol. Mag.

P. ANGELO CAMPOLAS.

SUb Rhodani ripis, quò ſurgunt lilia in auro,
Adveheris placidum Tybridis in gremium.
Altior aſſurgis, quot quot tibi Roma miniſtrat
Teſtilibus Trabeis, purpureiſque Togis.
Romulidæ ſtupuere virum, muſſantque ſedentes,
Debita quæ tanto munera conſtiterint.
Indole tam læta, tam pulchris moribus uſi,
Ut tibi diſſimilis non foret ullus honor.
Roma ſile, faveaſque Patri, nova munera ſerva
Iſte tuas ducet per nova fata manus.

Ad

Digitized by Google

Ad Adm. Rev. P. Sacræ Theologiæ Magiſtrum


THOMAM PUGLIESI CARMELITAM.

PUglieſi, & noſtri nimiùm ſtudioſe libelli,
De ſterili multam rure petens ſegetem.
Torſere in pejus noſtram faſtidia Muſam,
Otia nocturnis ſæpè propinqua moris.
Ferrea ſæcla diù Pimplæo aſſiſtere Sacro,
Jactatuſque vetat per vada ſurda labor.
Blanditiis alitur vates, mitique fauore,
Nec mihi blanditiæ, nec fauor ullus adeſt.
Utere temporibus tu, cui porta aurea cœli
Riſerit, atque hilari pulſa crumena ſono.
Molire ingenio libros, duc nomen ad aſtra,
Et calamis doctis grande volumen ara.
Appetere abſiſtas alieno ex fonte liquores,
Atque tuo penitùs fonte repelle ſitim.



AD

Digitized by Google



AD INNOCENTIUM XI.

ELEGIA I.

AUratum rofei pandatur limen Olympi,
Spectentur puri celfa theatra Poli.
Quò Regi ignita graviter fub fede tonãti
Seclorum fternit terga remiffa Pater.
Quò Juvenes humeros cincti ftellantibus alis,
Atria continuo thure facrata replent.
Sol Trinus folio radios demittit ab alto,
Quò nitidos complet Gloria luce finus.
Et quantus noftrum cœli defpectus ad orbem,
Tantum de cœlo tollitur alta TRIAS.
Hinc citharam collo Seraphim fufpendat eburno,
Et finat in noftras axe venire manus.
Fas mihi mortali cœleftes pollice cordas
Tangere, fas radiis tum redimire caput.
Quis tua quit laudis vili præconia plectro
Dicere, cœlorum ponderis alter Atlas.
Sancte Pater, fi mole vacas, qua machina mundi
Fulcitur, Mufis lumina flecte meis.
Uera Latinorum prifcæ Uirtutis imago,
Per quem majeftas illa fepulta redit.
Tu potes è folio furgens Pater optimus aureo,
Et Terra, & toto vertere jura Polo.
Cui Uaticano latè fub monte, tonanti
Circumdat facrum terna corona caput.

Digitized by Google

Si terris, Ereboque ſuper, Cœliſque fereris,
Nil vacuum veſtri repperis imperii.
Finibus Auroræ properant tibi, maxime, reges
Sacratæ in plantis oſcula ferre Cruci.
Teque alius propter non tranſilit Annibal Alpes
Romaque ſecura libera pace viget.
Roma, tuum ſuperat ſeptena cacumina nomen,
Maxima cui proprias fata dedere vices.
Fatalis toto ſemper dominarier Orbe,
Et clauſum imperium margine habere Poli.
Quid refero? tranſit cœli confinia regnum,
Atque altus cecidit ſub tua jura Polus.
Jamq; abeunt veterum faſces, Patrumque ſecure
Gloria inauratis Clavibus alta cadit.
Pro Trabeis Claves, lapſiſque Ancylibus axe:
Altiùs haud gemina Gloria Clave ſalit.
Piſcator felix omen, quò retia liquit,
Novit & occulti membra beata Dei.
Littore tunc laxat funem, paruumque Phaſeli
Et tendit greſſus, quò Deus ipſe vocat.
Nec Deus avertit piſcoſo à munere Petrum;
Aſt dedit obduros claudere rete viros.
Tunc calamis hamos, tunc hamis abdidit eſcam
Copia tunc pleno littore magna lata eſt.
Mactatus patrias cecidit ſacer Agnus ad aras,
E cujus nivea pelle refulget humus.
Illius ex alba contexta eſt purpura lana
Pontifici, illius tincta cruore rubet.
Tunc nitidè auratas quaſſavit ab æthere plumas
Luce replens humiles ſancta Columba ſinus
Tunc gentes ſtupuere ſonos, concordia cunctis
Ora viris, quot mos dividit, aut regio.
Perfide, non rubro venas tumefactus Jacco
Hi ſonitu cunctis compare verba movent.
His Deus aſſiſtit, queis ſunt præcordia flammis
Accenſa, & ſuperum verberat aura jecur.
Res

Res Romana ſtetit, ſtabit quoque tempore longo,
Firmior imperii facta columna ſui.
Cruribus æratæ Petro cecidere catenæ,
Aſt illis geſtit corda ligare virum.
Sed felix vinclum, cui nodus nectitur auro,
Quàm felix populis huc ſubiiſſe caput.
Europa, atque Aſia incinctæ ſubjere triumphis,
Et ſpontè inſternunt libera colla jugis.
Tunc molles Indi ſacro de Fonte lavantur,
Crux Orbem totum ſub ſua ſigna vocat.
Hanc patrio veniens veneratur thure Sabæus,
Hic vecta Eoa fulget iaſpis aqua.
Per cœlum volitans Petri dabat umbra ſalutem;
Tantæ molis erat condere poſſe Fidem.
Hinc ſacram quiſquis ſumit Baptiſmatis undam,
Et ſancta ad cœlum turba novata micat.
Quid referam pacis ſtudium, moreſque benignos,
Ex quibus antè ætas juncta fidelis erat.
Mens menti, genii geniis, atque uſibus uſus
Juncti, atque æterno fœdere corda ſilent.
Excubias fecere ſacras, junctique decenter
Dicuntur Templum continuiſſe ſimul.
Taliter & Patres, junctim quos Regula cogit
Parvula, ſub proprio Præſule clauſtra replent.
Sanguine non illìc madefacta eſt terra Fideli;
Nec contra proprios increpuere tubæ.
Sed vigiles Templis, voto jejunia miſcent,
Pro bello fœdus, pro clipeiſque Cruces.
Sacra Sacerdotes deſerta in rupe litabant,
Quos cœdis terror cogeret ire procùl.
Res humilis primò, Crux ſacra rubeſcere cœpit
Sanguine, ſed tanto fonte rigata viret.
Et quoque Pontifices ſternunt ſua colla ſecuri,
Purpura tunc melius ſanguine tincta rubet.
Dux debet firmare gregem, pecudeſque magiſter,
Conſtaret facto, quod docuere ſonis.

Quid

Quid laudis generose senex, pauperque senatus
* Accipis, atque animæ prodiga turba tuæ.
AST te, Petre, canam, nec non Clementia nomê
Cui dedit, & sancti fata canora Lini.
Roma tibi exortas frustà teris improba messes,
Area sed stipulis post cumulata manet.
Nunc mirata tuas circumspicis undique pompas,
Pœnitet immeritis nunc nocuisse viris.
Crux humilis primò surgens de paupere cultu,
Utroque accipitur nunc patefacta polo.
Pontifices cunctos passim domuere tyrannos,
Quot Petri Navi pessima monstra latrant.
Tunc magnus condit Byzantia mœnia Cœsar,
Pontifici linquens sub ditione locos.
Accipit Arx Patres meliùs Tarpeia tonantes,
Ad quorum reges par cecidisse pedes.
Purpura tunc micuit Romæ, fuluusq; Senatus,
Defendit sacros arx Adriana Patres.
Extemplò toto volitans celeberrima mundo
Crux omnes populos sub sua signa vocat.
Tunc nova Majestas Romæ, roburq; triregnum,
Et pace obtinuit, quidquid ab ense priùs.
Tunc Seres coluere Fidem, extremiq; Brittanni,
Tunc illi mollis cynnima ducit Arabs.
Cornibus & mediam duxit Capricornus in axe;
Et cunctis prodest stegmata ferre Crucis.
Arx Romana quidem caput inter nubila condet,
Taliter & dicet, non tamen ante steti.
Ilia cum sacræ linquens penetralia Vestæ,
In vulva proles Marte gravata gerit.
Exuitur tunica Mavors, Clypeoque rubenti,
Cum pura petit clam recubare Dea.
Tu quoque fatalis teneris Lupa facta Gemellis,
Mulsisti labris ubera plena priùs.
Et meritò cœlis, quò ducta Lycaonis Ursa,
Digna es stellanti lucida rupe frui.

Vera

Vera cano, tandem Romana potentia cessit,
Et cedens rursus stat renovata Polo.
Nec pudet instabili mutare pereunia sceptro
Regna, nec ex cunctis me placuisse Deo.
Ante steti; proprio sed facta misertima fato,
Nam quoties flammas, quot simul arma tuli?
Italus an patrio sistit de sanguine Tibris
Currere, sed cursu transgrediente sinum?
Cordibus ut subiit dominandi insana cupido,
Nostrum prædaces cum tetigere forum.
Motus avaritie cum sanguine signa reliquit
Crassus, Romani dedecus imperii.
Quæque sub Augusto florebat dulciter Ætas,
Postmodo sub calvo sicca Nerone cadit.
Quæ vivo exultans, eadem Cicerone perempto
Tristis, me miseram tempus utrumq; premit.
Quid celsas inter moles Trajana columnas
Profuit, alati præda futura senis? (tri,
Exquilii; quid pompa jugi, aut decus Amphithea.
Et Capitolini saxa superba Jovis?
En periit Consul, periit cum Consule Cœsar,
Delitiæ secli cum Genitore Titus.
Me miseram indigna stringunt ditione tyranni,
Quæ tuleram tandem vel meminisse pudet.
Ut cecidi infelix, meliùs renovata resurgo.
Talis ab exusto semine surgit Avis.
Candida in auratum mutantur vellera lutum,
Et pastor festa fronde recinctus ovat.
Horrida cum flores mittunt spineta rosarum,
Tunc hilares complent flore rubente sinus.
Quare agite; ad vocem mentes adhibete, Quirini,
Quæ cecinit seno dia Sybilla pede.
Quis decor, & nomen veniet, tum gloria vobis,
Dum tantus magnum Pastor ovile reget.
Pro grege quæ fervet cura, & vigilantia Patri
Cernite, num centum non rediere Numæ?

Mi

Mi Pater, ut nomen, non ſunt tibi noxia facta,
Sub veſtris terra Pax venit auſpiciis.
Tandem pro terra cœlos Aſtræa reliquit,
Et ſecum geminæ pondera lancis habet.
Amplius haud homines virtus, terramq; peroſa,
It mediis clara lucida veſte viis.
Purpureis etiam pennis ſpectentur olores,
Res rara, eventus perferet ipſe fidem.
Non ſacra marmoreis firmantur tecta columnis,
Et variis formis non ſimulacra micant.
Firmior & ſaxis, omnique tenacior ære
Virtus, quæ veſtris proſilit ex operis.
Par Phæbo ſacrata plagas circumvolat omnes,
Oſtenditque Crucis candida ſigna fides.
Quinq; replet zonas, penetratq; Antartica clau-
Et cum Peruvio Meſſica regna ſinu. (ſtra,
Inque Crucem Libano diſtendet brachia cedrus,
Et noſcent verum regna Brittanna Jovem.
Ambiguam Sfingen, Rhodani quæ mergiturundis
Mactabis, nutu regia corda movens.
Candidaque errorum non cingent lilia ſpinæ,
Gallus & Auſtriacæ bella negabit aui.
Reſque tuo venient omnesnutu, & tuuus omnis
Si Fidei turres non cecidere, labor.
Vera cano; ſic uſque Deus tibi proferat annos
Sic tardè vitæ ſtamina Parca legat.
Sic tibi Roma canit, ſed tu ſanctiſſime Præſul,
Stellantis reſera clauſtra beata Poli.
Magnanimum, Genitor, cœlis imitare Tonantē,
Illius & manibus munus utrumque gere.
Scilicet is ſummo dextra tonat horridus axe;
Sed læva auratas ſpargit opimus opes.
Quamvis juſtitia, neve hoc probitate meremur:
Crimina tu meritis contege noſtra tuis.
Angelicæ Superum retegunt arcana cohortes
Dum tibi, quæ facias, dantque lubente Deo.

Tur-

Digitized by Google

Turbaque magnatum gressus comitatur heriles,
Cum spargis sacra munera larga manu.
Et quicumq; forum, & Romæ prætoria linquit
Clamat, io magna voce, beate, veni.
Quò gressũ extuleris, propè nimbus ab æthere toto
Scissa per auratas viscera fundit aquas.
Nam tibi fronte Deus, nec tu Deus alter ab illo
Cerneris, at summo pro Jove surgis humi.
Non auro dignos noscis, nec munera vendis,
Et tibi non aliqua mens violatur ope.
Præfectura datur, tunc cum peperere merendo,
Et quibus aut virtus, aut sua dextra facit.
Quid referam missas in castra tyrannica gentes,
Quas proprio sumptu sub tua signa vocas.
Tu fidei custos nutu mille agmina, mille
Reges adversùs barbara castra moves.
Per quẽ Germani, per quem nunc libera Crux est:
Imperium per te pace fidele viget.
Te Martis genus, & nostri fiducia belli
Subjeschi, & Tracum dura ruina, canam.
Tu Patris jussu lætus cuncta arma, cohortes,
Et contrà Turcas tela Gelona rapis.
Cæsaris auxilio, Romæ, Fideique paratus,
Barbara fulminea conteris arma manu.
Disiicis & turbas, refugas simul ense maniplos,
E mediis atrox signa cruenta rapis.
Raptaque Pontifici victor dum stegmata donas,
Das dignum tanto patre fuisse satum.
Ast pater ardenti terebrans pede signa draconis
Conspuit, & centum post maledicta jacit.
Vive diù sacrate pater, nos improba Lunæ
Cernemus verum noscere regna jubar.
Et Canis excelso cultum præstare sepulchro
Qui vetat, extincta voce jacebit humi.
Pace omnis vestro florebit munere tellus.
Amplius haud crescet mixta cruore seges.

AD NAVES VENETAS.

ELEGIA II.

INflatum ſubſide Æquor, cadat omnis ab unda
 Rumor, det placidum Doris amara ſinum.
In morem ſtagni ponat pater optimus algas,
 Et tremulum felix verberet aura ſalum.
En Venetas horrenda fremens Leo traicit undas,
 Ut cladem monſtris, excidiumque ferat.
Cujus rugitu totus tremit Helleſpontus,
 Quà Phocas Proteus margine rupis alit.
Aſpice ſanguineos oculos, furibundaque colla,
 Horrida ceù quanto turbine terga ferat.
Sunt dentes fera roſtra ratum, ſunt vellera vela,
 Sunt alitùs ignes, pro pedet contus adeſt.
Non tantùm Argolicis Troja ferus inſonat armis
 Scandit cum muros exitialis equus.
Quis locus Harpiis ſupereſt immunis in Orbe,
 Quò ſe ſe in nido turba nefanda locet.
Turbaque, Jonii volitans quæ littora circum,
 Quaſcumque attingit, polluit ore dapes.
Omnia dum manibus fædè circumvolat uncis,
 Ingluviem replet præda nec ulla ſuam.
Cum dapibus naves, cum navibus arma, viroſque,
 Cum puero patrem, cum patre raptat auum.
Ingentis linquens veſtigia fœda ruinæ,
 Velorum pennis per freta cœca volat.
Monſtra quot Aſtolphi fugere exterrita cornu
 Quondam, cum vetitas rex capit ore dapes.
In mores aliæ Cycladum, turriſque trabalis,
 Immenſi ſpatium gurgitis omne tenent.
Tum formam ratibus ſpectãt, Scyllaſq; bimẽbres,
 Succincta his monſtris inguina dura latrant.

Cen-

Centauri in facies aliæ, vastique draconis,
Qui tremulum rigido territat ore mare.
Dorida sed referunt aliæ, Faunumque marinum,
Qui torto salsas pectore findit aquas.
Quæ simulant Prystin, nec non immania Cete,
Cui patris Oceani, cui data forma Chai.
Æquora sed Delphin verrens argentea cauda,
Aurato currens ore fluenta vomit.
Phocarum custos, venturi præscius ævi
Protheus ista imo pectore verba jacit.
Pandite jam gravidum zephiris felicibus unda
Linum, felices ite per alta duces.
Centum oculis custos vobis mutetur in Argum,
Ut semper dextro luceat igne polus.
Absistant pluviis Hyades, nec sæuus Orion
Insurgat nimbis, nec fera bella ciat.
Arcturi sydus faveat, pluviæque sorores,
Et quævis dextro lumine stella micet.
Eolus audaces cogat sub carcere fratres,
Nevè gelu velum fulmina texta petant.
Alma super vestras quassat Victoria puppes
Alas, quin clauum facta magistra tenet.
Dextra Dioneæ sint vobis numina divæ,
Quæ Cyprum vestro junxerat imperio.
Ite citi, date bella duces, consurgite contis,
Solvite Acidaliæ regna beata Deæ.
Regna tot annorum cursus subjecta tyrannis,
Quò roseis mater membra rigavit aquis.
Et Puer auratas duxit Cythereius alas,
Hinc inter nymphas duxerat ante chorum.
Jam tremit Ægyptus, nec non Cortynia regna,
Eoæquæ urbes, Assyriique duces.
I Leo, nec similis Nemeæ tibi bellua silvæ,
Quæ nunc siderea lucida rupe fremit.
Te trepidant vilesque feræ, tu destruis Ursos,
Pessima nec contra pullulat Hydra caput.

Adria ter felix medias ſpectata per undas,
Quis poſſit laudes texere voce tuas.
Tu veſtem ponto mergens regina ſuperbam,
Undarum tractus ſub ditione tenes.
Se fundant aliæ terra communiter urbes:
Tu medio fundis lucida terga mari.
En tibi, dum liquido ſurgis pulcherrima ponto,
Suſtentant puros bina elementa pedes.
Sapphiro ſurgis cum tu translucida fuſo,
Das formam vitrei te retinere Poli.
Tempus erit, ſi vera refert præſaga futuri
Mens mea, te toti vertere jura mari.
Pax tibi Marce ſacer, ſed tu Moroſine phalanges
Accelera, ad laudem non vacat hora tuam.
Temporibus veſtris palmam Dea nutrit Idumes,
Per veſtros numera facta ſuperba dies.
Dicite vos Traces, notus num martius heros
Adverſus, veſtros qui tremefecit equos?
Si numquam in rigidum torſiſtis lumina vultum
Dum ſemper ſoliti vertere terga fuga.
Te cuncti ſignant oculis Moroſine, ſequuntur
Te lecti proceres, magnanimique duces.
Dudùm tempus adeſt ſpes maturare tuorum,
Degener anne iſto tu modò marte fores?
Palantes dant terga canes, tremor occupat artus,
Criſtarumque tremor cornua rubra quatit.
Et naves, quæ nunc armis, atque ære gravantur
Aurato preſſæ pondere poſt venient.
Jam reditum illuſtrem ſigno, inclinata per undas
Veſtrorum in faſtum barbara ſigna fluunt
Et veſtræ labent veſtigia celſa carinæ,
Impia ſubjectis Luna rubebit aquis.
Victores præda venient, ſpoliiſque potiti,
Inicient ſacris thurea dona focis.
Perſolvent grates ſuperis, ad littora latè
Portatur validis barbara gaza jugis.

Di-

Dixerat, & classes medio sermone volantes
Ingentes tractus jam secuere maris.

AD DOMINUM
CAROLUM CARAFA
Ducem Triremis Melitensis.

ELEGIA III.

FLos equitū, cui corda Crucē, Crux corda tue-
Non sinito à musis longiùs ire meis. (tur,
Et tu vela facis: pulchrum tua spina rosetum
Induit, atque illi Gloria flore subest.
Europæque Asiam ducis sub nave revinctam,
Non tantùm felix est Athamante sinus.
Armipotēs Carole, & Rhodios imitate magistros,
Nunquid sub patriis sit mora parca plagis.
Parthenopen nunc corde movet tua Doris, & o m-
Oceani proles, Oceanoque nurus. (nis
Ibis? en aurata salsum trabe traicis æquor,
Harpyas scopulis nec latitare sinis.
Jonio quot monstra mari, quot littore currunt,
Atque Propontiacis quot populantur aquis.
Nec minus immunis tantis jacet Adria flammis,
Nec potis Euxinus non mala tanta pati.
Eruimur vivi, ante oculos fraus omnis abundat,
Prædaces nostrum cum tetigere sinum.
Furantur prædam ex oculis, furantur ab ulnis
Natos, sed Natus cum patre vincla gerit.
Immunis neve errat agris grex ipse, capella:
Ruribus innocuis damna timentur aquæ.
Turbaque lunatis bacchatur barbara peltis,
Grassatur nostris mox inopina jugis.

Infames gremio naves fera monſtra refundunt
Littoribus vacuis, improprioque ſinu.
Et volitant, quocũq;volunt per rura, per agros,
Nevè obex aliquis grande reſiſtit eis.
In lignis iterum præda conduntur onuſti,
Captivos vinclis, compedibuſque gravant.
Quæ noſtræ naves tutæ, tutuſve Phaſelus?
Quò piſcatoris linter anhelus eat?
Vidi ego barbaricas de caſſide ſurgere criſtas,
Barbarus haud noſtra diffugit aure ſonus.
Vidi ego per noſtras fera brachia voluere prædas,
Venit Virgineis Navis onuſta choris.
Vidi ego inauratis lata ſigna rigeſcere lunis,
Verſicolor tumida faſcia fronte riget.
Servitium dirum plorat ſubitura puella,
Et rigido roſeas diſſipat ungue genas.
Tu cuſtos noſtri longè maris inſula mittes
Heroas niveos, magnanimoſque duces.
Nunc Carole adproperes,noſtris tua fata require
Littoribus, melior nam propè præda venit.
Nec Veneti in ſocium poſcant, dum viribus ipſi,
Conſilio, & rebus, divitiiſque fluunt.
Et noſtros tege nave ſinus, lectaſque Biremes
Perfer ad Ortygiam,Pelmeriumque vadum.
Sed ſalvete rates, ratibus tum quiſquè moratus,
Et quiſquis nivea de Cruce pectus obit.
Sub Cruce pulchra clamys,gladio Crux additur (ipſi
In capulo,& peltis Crux quoq;clara riget.
Et centum Crucibus tremulant ſinuoſa volutis,
Vexilla in roſtris, arboribuſque ratum.
Heros Sebethi, tum non laus ultima noſtris,
Nunc Carole ad muſas non piger eſto meas.
Excelſos imitatus avos ſub flore juventæ
Ducis inauratas per vaga fata trabes.
Tantus enim tibi corde decor,tum ſeria facta,
Delicias curis poſthabuiſſe geris.

Pri-

Prima ratum tibi ducta fuit, primique procorum
Errones undis ſub tua ſigna fluunt.
Quò vix ſufficeret cano Prudentia crine,
Procubat in tergo nunc onus omne tuo.
Heroum ductor, ductorum maxime, nec te
Æratæ impediunt igne tonante gulæ.
Mirentur, ſtupeantque alii, non miror at ipſe,
Cui nota à primo flore juventa tua eſt.
Et labor in ſtudiis noſter fuit æmulus altis
Tecum, tunc una ſede ſodalis eram.
Capanuſque ſacer laudavit utroſque magiſter,
Ac me Pieridum tunc rapuere Deæ.
Mirabarque tuum ingenium, mentemque virilem
Nempè acies veſtræ mentis acuta micat.
Humanis ludis ſed poſtquam operam ipſe dediſſes,
Tunc laudem ſævo marte parare ſubis.
Et pariter cœlo laudem, terraque merendo,
In nivea pergis corda ſacrare Cruce.
Jam finis libris, gladio res geſta, tubiſque,
Crux gladii capulo, Crux tibi corde micat.
Utraque barbaricis infeſta cohortibus eſſet,
Pro Crucibus clypei, pro clipeiſque Cruces.
Remigio Rhodias ducis per Eoa biremes
Æquora, Tritonum tum genus omne favet.
Impia jam Lunæ rutilant vexilla cruore,
Angis & Eoi guttura ſicca canis.
Faſciæ, inauratæ zonæ, vexilla, jubæque,
Accumulant veſtræ clara trophæa manus.

IN OBITU PULCHERRIMI PUERI FILII CARMINI DE VIOLANTE.

ELEGIA IV.

ANgelus auratas quò pandit dulciter alas?
  Et linquit mæsto corda soluta mari.
Ante peraurato mentes qui fuderat imbre,
  Fugit materno pectore blanditias.
Qui mentes nostras ludo jucunditer acto
  Per vaga jam certo duxerat astra gradu.
Semper & indignus rebus cœlestibus Orbis?
  Nec potis est vili se relevare luto
Furtiva semper cœlestis gloria luce.
  Fulgurat, & passu jam veniente fugit.
Quis Deus afflictæ revocat solamina matri,
  Quæ molles lacrymis fert madefacta sinus.
Semper & Angelicos Pueri reminiscitur artus,
  Sidereas formas, auricomumque caput.
Prospectu illius semper pendebat ab uno;
  Unquam quem præter nil sibi dulce fuit.
Per patrias errans quærit malè sobria sedes,
  Natum, sed vano pervigilat studio.
It niveis graviter pectus percussa lacertis,
  Et decus auratum dilacerat capiti.
Si fas Tartareum lustrare fideliter antrum,
  Ismarii velox hæc revocaret iter.
Tenarios superans lucus foret ausa supetbam
  Prò nato supplex flectere Persephonen.
Ni detur, nigro baccata ferociter Orco
  Viperiis quateret crinibus Eumenides.

In

In caput involuens agitaret calcibus illas,
Et foret ex furiis hæc benè quarta tribus.
Forsitan & Superis animam sic redderet oris,
Inclusa ut membris compleat officium.
Nunc quamquam illius palma compressit ocellos
Vix illum mortis credit inesse manu.
Haud secus ad nidos natis implumibus orbos
Dulcisino mærens it Philomela sono.
Orpheus in silvis sonitu solatus amorem,
Sic petit alternis vocibus Euridicen.
Cara parens, si tanta rapit te cura videndi
Natum, sidereo lumina volue Polo.
Nocturno natus cœlo nova stella coruscat,
Auratas propria luce fores decorans.
Heu miseranda parens, justi nam causa doloris,
Perdisti, quidquid charius esse potest.
Pro tanta totum jactura impenditur aurum
Nequidquam; tanti quisne smaragdus erit?
Infelix mater, quanti, hũc sub luce locando
De vulva, quondam præda doloris eras.
Qua cura, primis cum jam pubesceret annis,
Fovisti dulci membra tenella sinu.
Molliter heù quoties gremio tu stringis hiantē,
Humida non presso basia dente rapis.
Cum jam firmaret stabili vestigia gressu,
Quot curis propiùs invigilas lateri.
Concilias quoties somno sua membra lacertis,
Cum primùm cunis stragula munda paras.
Sopitum apponis lino, plumisque Pavonum
Fucorum infestum pellis ab ore pecus.
Et blandis vertens simul incunabula plãtis,
Sæpiùs in motu gnara vocas requiem.
Ast olli, cum blanda quies subrepserat artus,
Pythia sub lingua mella ferebat apis.
Ridebas simul, & simul illius ore gemebas,
Atque unum ex duplici corpore corpus erat.

Et nunc Parca ferox lactantia ſtamina rupit,
Atque umbra mortis lux adoperta riget.
Parcis parce Parens; Natus cum traxerit omnes,
Parcarum potis eſt, vel rapuiſſe manus?
Heù Puer infelix, ſpecies tam lucida vultus
In pretium à Parcis oſcula mortis emit.
Scorpius amplexu ſic turpat membra veneno.
Oſcula fingendo vipera dente ferit.
Neve videbaris primis mortalis ab annis,
Preſſa unquam tali pondere terra fuit.
Divus eras, hominē non vox, aut lingua ſonabat,
Humanus tergo nec radiabat ebur.
Alta Deum proles, ſeù Diva Lacinia mater,
Seù parit è roſeo Flora venuſta ſinu.
An potius conchis genuit Citheræa marinis,
Sic cum vittato ſpicula fratre jacit.
Dum ſibi, quæ mollis cingebat faſcia pectus
Vitta foret capiti, non erat alter Amor.
Nec deſunt humeris pictæ pueriliter alæ,
Cum quærit celeri membra rotare pede.
Cum plantis totum libraret in aere corpus,
Creditur in pennis penè volare ſuis.
Aurea cum nitido mittebat ſpicula vultu,
Arcum quis tergo ſuſtinuiſſe negat?
E mortis manibus ſpecies non vindicat ulla,
Paruum ſub fato forma moræ pretium.
Therſiti ſociat mors importuna Lacenas,
Et rapit ad thumulum quemque ſuprema dies.
Atque avidas Lacheſis tendit cum ſorcipe palmas,
Ne ſociæ præter tempora facta neant.
Stamina non ternæ puero traxere Sorores,
Juppiter aſt cœlo pro Ganimede tulit.

LAU-

LAUDANTUR ARTES.

ELEGIA V.

RAdere difficilis cœpi maria ardua laudis,
Solvamus dulci vela canora noto.
Hæc lyra navis erit, pro conto hæc sistra Liburno
Pro fune antemnis aurea fila micant.
Nauta canorus ego, clavo tu Phœbe magister,
Eia ege nam navis dente soluta moræ est.
Nunc maris immensũ spatium, gurgesq; profũdu
Sulcari, heu magnum currimus Oceanum.
Nec scopuli desunt, dubiæ nec cornua syrtis,
Atque Hyadum nobis sydera læva nocent.
Quare agite ò musæ, venit labor ultimus undis,
Et penè est mediæ meta peracta viæ.
Quid procul adspicio? Pueri per littora ludunt:
Quis decor heu tantis hos tenet in studiis?
Hic gladio sævit, citheramque hic pulsat eburnã,
Hìc multo strepitant tympana rauca sono.
Hìc tabulæ mensura datur, tum robora quadrant
Hùc magna ex facto machina ponte fluit.
Hìc stat turris apex, hic propugnacula surgunt,
Hìc sunt per nexas saxa voluta rotas.
Quis funẽ torquens sonipem sub pulvere frænat,
Quis velut Æleum currere sudat iter.
Pars rudia in latis tundunt incudibus æra,
Pars tenuem tumido ventilat ore vitrum.
Malleus est olli, gerit hic fornacibus escam,
Et dextra, & tota mente tenent operam.
Per campos sparsæque trabes, revolutaque ligna,
Et funes, radii, plumbea pila, rotæ.
Turbatæque jacent moles, versique cilyndri,
Atque æra ad multos semireducta modos.

Iſte ſenex iſtos, alius ſe vertit in illos,
Ad nutum virgæ pectora cuncta trahunt.
Et juvenum manus omnis adeſt intenta labori,
Quos multi terrent voce tonante ſenes.
In Venetum morem plantas diffuſa per imas,
Illis de tergo lurida palla fluit.
Canities inculta caput tegit, & fluit ingens
Ad rigidum propiùs barba reducta ſinum.
Suſpenſum cum Muſa videt, prior obvia menti
Venit, & in tali pandit aperta ſono.
Artis amans hæc turba manet ſibi quãq; legendo,
Et viget hoc docto multa palæſtra ſolo.
Ferrago ſubjecta ſolo inſtrumenta, quibuſque
Ars rebus pollens utitur ipſa ſuis.
Dantq; rudimentum patres, his dũmodo factũ eſt
Artibus ingenuis incubuiſſe priùs.
Fervet opus ſtudio, rebuſue exercita dextra,
Perque actus habitus ſcilicet arte venit.
Hoc puerile decus, primiſque infantia cunis:
Vult pueris mentes artibus eſſe bonas.
Nempè acie pueri proſpectant mentis acuta,
Et puer à cunis erudiendus erit.
Hi proceres jam jam minitantes flectere virgam,
Nullus non multo verbere doctus abit.
Hæc tandèm, Juvenis, tibi ſit res credita Vates,
Nam malas primo flore juventa tegit.
Principio viles ſteterunt ſub ſole, rudeſque
Res mundo; neque erat mos, habituſve viris.
Ipſe videbatur ſua per primordia mundus
Vilis, ceù turpi raptus ab ore Chai.
Ceù puer exiguo deguſtans tempore lucem,
Nec novit linguam ſolvere, nevè pedes.
Et pede per terras fluit haud impune quaterno,
Donec judicio flectitur inde ſuo.
Sic rude principium quodvis quoq; rebus in altis,
Natura aſt partus perficit inde ſatos.

An-

Digitized by Google

Ante viris non cultus erat, sed more ferarum
Non sapiunt vili tollere membra luto.
Ars venit interea Naturæ filia, & Auctrix,
Quæ duras turbas mulsit, & excoluit.
Atq; hæc progressu cœpit crebescere magno,
Inque dies junctim maxima monstra parit.
Nec contenta fuit Naturæ carpere mores,
Nobilior victa sed genitrice fuit.
Naturalem ignem peperit, vivasque favillas,
Nam nutu silicis fomite flamma venit.
In multis anteire petit, nempè illius altum
Ad nutum gelida substitit unda via.
Illa quoque interdum Naturæ facta rebellis,
Non pace illius gignere multa parat.
Ipsaque nam quoties artis ludibria suffert,
Dum formas doctus figit in ære faber?
Quid nunc prodigiũ, quid nunc excelsa canemus
Artis, & in cunctos monstra novata dies?
Structurasque pias urbis, surgentia ponto
Mœnia, nam pontis quot mare fræna subit?
Quid navis referam moles, urbesque vagantes,
Geù rupta à dura murmurat unda trabe.
Testis & Ægyptus, bis senos tollere reges
Quæ videt immensæ saxa superba domus.
Porticibus longis regum penetralia fundant,
Sculpsit & auratum Dædala cura tholum.
Regali luxu picti stant imbrice postes,
Est pennis visus saxa animare faber.
Atria sunt illìc, ductæque superbiùs aulæ,
Et cernunt cuncti bis tria tecta noti.
Pyramides referam, jactat quas barbara Memphis,
Quò Nilus septem cornibus arua rigat.
Quam meretrix Rhodope pretio de corpore facto
Erexit, regum dummodo jactat opes.
Et Cleopes natæ formam pervendere ductus,
Unius ad sumptum tota talenta terit.

Quid

Quid nunc Niliaci referam miracula regis,
  Et memorem illuſtris littora nota Phari.
Nam turris tremulum præbet de culmine lumen,
  Quò liquidum tutus nauta ſecaret iter.
Quos muros ſtatuit generoſa Semiramis Urbi,
  Adque operam centum quò micuere manus.
Et turres, interque ſerit pomaria ſilvas,
  Utraque ad currum parte fluebat equus.
Quidue Aſiæ referam faſtus, Templumq; ſuperbũ,
  Qua Triviæ ſubſtant [illegible]mina clara Deæ.
Mauſolo erexit celſum regina ſepulchrum,
  Tantus in extremo munere factus amor.
Atq; opera ad culmen quamvis non ducta fuiſſet,
  Juſſerat ad finem ſe moriente trahi.
Surgit & ingenti ad ſolem de mole Coloſſus,
  Et Rhodos aurato littore tollit opus.
Ductaque in amplexum diffugit brachia pollex
  Illius, aerium tollit ad aſtra caput.
Saxorum moles ſpeculis viſuntur apertis,
  Et moles docto facta Charete furit.
Illius ad tempus bis ſenus ſufficit annus,
  Tercentum ad pretium grande talenta fluunt.
Quid Phidiæ tandèm referam ſublimia dextræ,
  Inclitaque aurati quid ſimulacra Jovis.
Juppiter in ſoliis auroque, ebenoque retextis
  Eminet, æratas texit oliva comas.
Aurea per ſolium deſerpit veſtis eburnum,
  Illius ad ſceptrum cuncta metalla micant.
Et fulvo ſub ſceptra ruens avis ardua roſtro
  Emicat, & vicrix ſtat Dea fixa manu.
Celſaque luſtratis decoratur purpura gemmis,
  Quas mira doctus nexerat arte faber.
Veſtibulo ſedis divæ luduntque, micantque,
  Et pueros ſphingum peſſima turba rapit.
Ad latus adducto Latonæ germen ab arcu
  Deſurit, & jaculis horrida monſtra fugat.

Tu

Digitized by Google

Tu quoque Crystalli cœlos sub fornice pingis,
Atque Syracusis regna superna trahis.
Per te celse senex, terram navilia tranant,
Et digito ad cœlos pondera multa levas.
Arte Syracusia flammarum semina vitro
Protulit, avertens Proclus ad Urbe rates.
Primus & angusto signare Boetius ære
Solem, tum didicit primus & hora quota est.
Venit Jannellus, cujus mensura viarum
Solis ab Austriaca sic celebratur ave.
Horarum spatia affixit, metasve polorum,
Atque horas cilio curva sagitta notat.
Atque alter Patavi sequitur celebratus in urbe,
Qui Lunæ, & discit fingere solis iter.
Quid Marci referam pompas,duplicesq;ministros
Pulsare alterno conscia signa sono.
Sed nos Oceano primùm numerabimus undas,
Quot ramis læto vere nitent folia.
Sydera quot lambunt cœlum, quot subrigit ales
Plumas, quæ calido flavet arista solo.
Omniaque eloquiis artis contexere monstra
Non labor hic, talis nec mihi cura cadit.
Ars decus excelsum pariter mundique,virumque,
Nobilitas regni, perpetuusque favor.
E summo data forma polo,rerumque magistra,
Tuque homines sævis dividis una feris.
Tu struis & mentes,& magnas excolis urbes,
Monstrorum inventrix, æmula prima Deum.
Tuque suum dextra ultra ducis genus, & tu
Mortalis mentes per vaga fata trahis.
Quò ferimus gressus, oculos quocumq;movemus,
Cernemus monstris omnia plena tuis.
Hic turris moles cœlum, stellasve lacessit,
Atque hic rostratas sustinet unda trabes.
Hic faber infundit saxis sensumque,animamque,
Hinc flores fundunt viscera sparsa vitro.

Hic

Digitized by Google

Hic pictor tabula volucres depascit inani,
Hic ære æternus vivit, & ille typo.
Perq;artem mundo labor, atque industria fervet,
Nempè ipsa ingenio, reque, modoque viget.
Paupertas non arte venit, nec inopia regnat,
Ars clausas rogitans spernit egena fores.
Artifices ducibus grati, regumque vocatus,
Quis dominus terris non eget artifice?
Perque ipsum stat virga duci, stat purpura regi,
Hic regi solium texit, & arma duci.
Perque ipsos urbes florent, regnumque superbit,
Perfectus nunquam debet in arte mori.
Adversusq;huic arma manent incommoda sortis,
Nam propria sortem texere norit ope.
Artibus hinc omnes incumbere jussit Amases,
Puplica sub populis unde alimenta forent.
Nec sinit inventum quẽquã ire impunè sine arte
Sed petit extremo plectere supplicio.
Scilicet ipse Solon legem traduxit Athenis,
Pro sobole cecidit maxima pœna patri.
Discite vos artes pueri, dum postulat ætas,
Dum floret vivo spiritus ingenio.
Et faciles date colla jugo, sic Parca poposcit,
Vobis per duras ars capienda vias.
Fructibus ingenuis radicem figit amaram
Virtus, sub primis aduus armis apex.
Gloria nam vobis patriæ, canique parentis
Est data, tum totiùs spes repetita domus.
Sit spes firma satis, nec fraudem nectite junctis,
Sanguine nam florens aptus ad omne puer.
Grande prius pondus, motu levia omnia fiunt,
Tunc vires illis applicuisse juvat.
Verbera Chyronis sensit pharetratus Achilles,
Ad votum annosi flectitur ille senis.
Servat Alexander doctoris dicta, parentem
Illi confirmans posthabuisse suum.

Quam

Digitized by Google

Quàm turpes nulla arte Scythæ, dum more ferarũ
Non pulchris operis effera corda colunt.
Latrones, queis præda cibus, frondesque cubile,
Humano expellunt inde cruore sitim.
His juncti Grai, spernunt Lacedemones artem,
Atque illis demùm rustica vita nocet.
Et matutino Sybaris furit alite vivo,
Ne cantu longa lumina nocte trahat.
Romulus his socius, tum notus lege Lycurgus
Artibus ingenuis incumbuisse vetat.
Sic musa obdocuit, quæ tanta frequentia gentis,
Nec tamen adducta fine quievit adhùc.
Nam propè divarũ templis manus ampla superbis
Exit, tum totum lustrat honesta forum.
Regalis illis pallæ, nexique capilli,
Et sacros sequitur tota caterva pedes.
Sic Musa adiecit: Divarum respice gressus,
Sunt Artes, istis gloria nobilior.
Uranie, Pictura simul, Dialectica tendit,
Et nimis ad vestem lucida Rhetorice.
Et reliquæ insignes artes, ceù sydera lustrant
Quæ mundum, atque illis maxima nobilitas.
Dicitur à docta, quæcumque ars libera, gente,
Gloria queis junctim, tum famulatur Honos.



AD

AD D. ANDREAM CECINELLI

Generalem in Syracusis.

ELEGIA V.

CAstra petit, profugũ retinet nec splẽdor avitæ
  Sedis, & Andreas martis obintrat iter.
Jam tunicã squamis rigidam, jam subligat ensem,
  Cerviecem & coni crista maligna gravat.
Jam Sonipes sub fræna fremit, cui clara comato,
  Textura ex auro per fera colla fluit.
Parcite, vos Galli, quisquis seù congerit hastas,
  Seu jacit ignitos ære tonante globos.
Gallus & Austriacæ semper dare bella volucri
  Aptus, tum pacis solvere marte jugum.
Jam pontus, quò Scylla fremit, jam saxa Pelori
  Errones cernant solvere signa duces.
Sed præstò Galli, quò quò furor advocat, adsunt,
  Virgatum sagulum, cæsariemque gerunt.
Messana abruptis frænis inolescere lites
  Vidit, ut adversùs dux petit ire ducem.
Perge freto Cecinelle ferox, & confere dextram,
  Sub sonipe ad pugnam Cyllaron ire vides.
Mater amans clamat, niveis vetat ire lacertis
  Quid pugnæ? fatum quò properare solet.
Materno concussa metu fubit inclita pubes
  Fratrum, crudelis nos quoque linquis, ait.
Alma parens, Cecinellus ait, sors advocat, adsum
  Sistas fatali fonte rigare genas.
Forsitan indecorem, aut properatæ laudis egentẽ
  Adspicis? in meliùs nos quoque fata vocant.
Limite non sedis, laribusque obstricta paternis
  Virtus, quæ nostro fervet adulta sinu.


Opti-

Optima res virtus, laudisve immensa cupido,
Quæ pigras domibus non sinet esse manus.
Cara mihi mater, matris pia pignora, fratres,
In prædam martis, dum furit ardor, ero.
Sed quia majorum sedet calcare regressus,
Seù modò, seù semper mater amica, vale.
Nos juvat horribilis tentare pericula Martis,
Pellere rostratam per bona fata ratem.
Da finem lacrymis, nihil illis tristius omen,
Et saluum spera marte videre caput.
Ibo quò Cœsar, vel quò rex pellit Iberus,
Seù vocat in duro Scylla coacta vado.
Da finem lacrymis, tædas dignata procorum
Mater, en Andream jam meliora vocant.
Non illum gladius, nec duro fulmine plumbo
Sternunt, nam circum laudis amictus inest.
Insignes phaleras, tum parti signa triumphi
Proferet, in reditu dissimilem esse vides.
Corque sibi clipeus, virtus thorace recinget,
Vincit, io, vincet, pars tibi laudis erit.
Ut molem nati spectant tam nobilis hostes,
Ultrò tum ferrum, proicientque minas.
Spiritus & fortis galeam propè concutit alas,
Per stratos equites, pulsaque signa volat
Latus ei limes, nullus furor obvenit obex,
Quàm latus gladius, tam via lata venit.
Compositæ leges, Scylla Mars deserit arma,
Austriacæ & Juno pronuba venit Avi.
Martem pellit amor, gnato Mars parcet Amori,
Floribus & mixtis nunc Hymenæus ovat.
Connugii fax alma feros Stigis occupat ignes,
Haud aliter demens ira perire potest.
Surgit inauratos inter Rosa lucida flores,
Quæ rutilas nivea monstrat ab alpe comas.
Immortale genus, Borbonum maxima proles,
Gallia jam Veneres scit reperire suas.

Hæc

Digitized by Google

Hæc Carolo socianda venit regnoque, thoroque,
Omnia qui gemina Doride regna tenet.
Seligitur Cecinellus enim: Laus magna, Fidesque,
Cui fulget, multos inter amatus eques.
Ut Rhodani regnis ducat non debilis Argus
Annam, quæ vultu lilia avita gerit.
It Cecinellus atrox, lato volat æquore navis
Regia, quæ tanta merce gravata fremit.
Qualiter auratis dicunt Athamantidos undis
Felicem dono velleris isse ratem.
Et clauum Venus ipsa tenet, tum floribus ornat,
Nereides pellunt per freta cæca manu.
Per tonsas, per transtra volant, per littus Amores,
Et ludunt hilares, implicitèque volant.
Vade procuratum tædas Cecinelle jugules
Regis, mox alia fax tibi luce micat.
Parce Venus, tū lenis Amor, si Numinis æquū est,
Difficilem Andreæ non sinite esse deam.
Inflammet lux vestra duos, vel corda, vel artus,
Stringite in ambobus vincla marita, precor.
Nūc Scylle pete regna celer dux alte, quid obstat?
Quò sydus cordi fulget inerme tuo.
Ista Syracusæ cernent connubia, quà se
Dulcibus effundit lenis Anapus aquis.



IN-

IN OPPROBIUM AURI, ET FERRI

ELEGIA VII.

AH pereat, pereat quisquis telluris hiatus
Spernens, ad lucem sæva metalla tulit.
Hic comites furias, periurique agmen Averni
Traxit, & humanum perviolavit opus.
E barathro secum centena pericula traxit,
Et diras clades, sanguineasque neces.
Et belli causas, stimulosve inscripsit habendi,
Ut gnatus patri deneget ipse fidem.
Dic scelerate calybs, tuque ipso durius aurum,
Quis vestrum ad solem damna sepulta tulit?
Splendescensque fimus, lucenti perlitus umbra,
Quem tellus supter sole calente coquit.
Infandumque aurum tetro tu nasceris antro,
Quò tellus roseis non nitet alma comis.
Indignata parens, cum te sub ventre recepit
Non profert segetes, nec Cereale bonum.
Hinc Cives contra cives; hinc fratribus obstant,
Fratres, hinc odii mutua causa venit.
Post ferrum venit, quò non crudelius ullum
Monstrum, quod nigrum sanguine sæpè rubet.
Martis opus tetrum, laterique inamabile pondus,
Sanguine quod fluvios, ossibus implet agros.
Hoc sequitur tristis rabies, Pestesque barathri,
Qnot mala sub nostris sæpè vagata plagis.
Felix, heù nimium felix qui spernit utrumque,
Nec cernit diris corda dicata diis.
Cui cordi studium, & peramœnæ gaudia vitæ,
Qui fruitur vultu candidiore Poli.

Quem

Quem Pietas curat, pauco contentus abibit,
Quisquis felices optat inire dies.
Et trucibus ferrum linquat, sævisque tyrannis,
Pascaturque auro semper avara fames.
Et quantum nummis, tantum mens dedita curis,
Quem fugiant somni, tum violata quies.
Ipse libens faciam, castos imitatus alumnos,
Ut nos sub claustris lex veneranda docet.
Diffugiam ferrum, ferroque nocentius aurum,
Hoc belli causas; hoc fera bella ciet.

AD ANGELOS.

ELEGIA VIII.

Nunc vos ductores cœli, mentesve canoræ
Objectum nostræ dulcius este lyræ.
Vellite sed primùm plumam stellantibus alis,
Altera non tantum scribere gestit opus.
Quare agite, atque illam lucis submergite fonti,
Littera non alio tincta colore juvat.
Numinis effectus primi, formæque micantes,
Servatis fortes atria celsa duces.
Materie expertes, cunctisve volatibus apti,
Neve exit melius mente Tonantis opus.
Ignes cœlorum puri, formæque micantes,
Nec nostis vestro tempera nostra die.
Corporis haud vincti vinclis, nec carne gravati,
Nec vestra humano limite forma perit.
Nevè arctos retinent vos intervalla locorum,
Sed sedet in celso turba venusta gradu.
Quisque sibi species; numero non indiget ulla,
Nevè eadem species scit reperire duos.
Vos cœlos regitis motu, vos sydera cursu,
Nec gradibus similes, efficiove pares.

Ma-

Digitized by Google

Magnanimi heroes, divinæ Mentis origo,
Ut rivi ex Trino Fonte vocatis iter.
Cui vestrum numerus, cui vel substantia nota,
Quot repleant celsas agmina multa plagas.
Ast vos Phænices semper cœlestis Eoi,
Divino vobis sole novante dies.
Criniti juvenes cithera resonatis eburna,
Et vestris strepitant tecta superna choris.
E vestro refluunt sonitu dulcedinis undæ,
Quò sacros pascit Gloria lacte viros.
Gloria nam vobis Genitrix, illius alumni
Scitis per varias orgia ferre fides.
In vestris manibus fulvo stant lampades auro,
Et fertis circum summa theatra pedes.
In nodum mixti florum dispergitis imbrem,
Quos leviter volitans aura perennis alit.
Per solium valido fusi clamore Tonantis,
Efficitis vestris ut sonet aula modis.
Quò semper nitidis stant mœnia margaritis,
Argento supter quò via strata nitet.
Oscula multoties vobis dignissima virgo
Nectit, lætitiæ facta ministra Polo.
Illius auratis redimitis colla coronis,
Illius adspectu gaudia celsa fluunt.
Nunc magnos referam motus, cœlique tumultũ,
Et scribam medio prælia nata polo.
Lucifer & fueras, Barathri nunc Hesperus ater.
Cum vestrum duxit forma superba genus.
Cede miser, tollit quæ tanta superbia crinem?
Unde tibi toties dira cupido venit?
Ponere tu sedem Domini petis arce Tonantis,
Ducere tu nitidas ex Aquilone rotas?
Tu quondam cœli sydus, speciesque polorum,
Incedens auro, cinctus & ære latus.
Tu princeps superum, quo non stetit altior alter,
Sic culpæ tractus pondere ab axe cadis.

Et

Et tecum infesti socii, domitique sodales,
Et tecum cedens turba nefanda ruit.
Quis numerum norit, vasti cum cauda Draconis
Millia sub præceps sydera rapta tulit.
Sed vicit Michael, torta super adstitit hasta,
Et fixit tumidum per fera colla caput.
Ite lacu diri, purumque relinquite cœlum,
Quisne Deo similis? qui micuere pares?
Hoc fremit ex ira, & valido citus intonat ictu,
Donec sub stigiis hi cecidere locis.
Cui Raphael notus, dictus medicina Tonantis,
Quis norit magnum nunc Gabrielis onus.
Postremò saluete animæ, quæcumque polorum
Quicumque ornatis templa serena duces.
Estote & nostri memores, sensusque caducos
Purgate, & cœli rore rigate caput.
Per vestrã dextram, ceù quisquis ab æthere cessit
Victus, sic dæmon concidat ictus humi.
Spiritus humanos cum primùm liquerit artus
Per vestram teneat sidera celsa manum.
Ducite sub pennis, gressus firmate malignos,
Nec dura capiat semita fraude pedes.
Quò quò tendamus, quacumque obvoluimur ora,
Custodes cunctis vos properate viis.
Seù valles superes saltu, seù flumina tranes,
Seù tumidum frænes Nave gravante salum.
Angelus assistit vobis mucrone recluso,
Seù quocumque ibis, sive ubicumque manes.
Pro regnis substant, magnasque impensius urbes
Defendunt, superum tum quoq; Tẽpla tenent.
Atque potestates Barathri, sævosque furores
Avertunt, multa Tartara lege regunt.
Quæ nobis dæmon duxisset vincla, dolosque,
Esset quos nobis non populatus agros?
Testis Job, superis contra cum versa potestas
Est hosti, capiti cuncta referre mala.

Non

Digitized by Google

Non longo expletus, rabiem nevè ulla malorum
Forma replet, crescit facta furore fames.
Divertitque domum totam de postibus imis,
Et mactat natos, progeniemque necat.
Exitium molitus equis, armenta, pecusque
Diruit, haud numerum pascua sola vident.
Inde malum pejus patri, dum impunè licere
Hoc sinit & Numen pro meliore bono.
Illius totum percusserat ulcere corpus,
Incolumis tandèm pars sibi nulla fuit.
Ipse Deus donec casus miseratus iniquos,
Illius multo fœnore damna luit.
Tantum discrimen nobis cum Dæmone restat,
Ni faveat socius, præcipitemque premat.
Non furere ulterius stricto sinit Angelus ense,
Et docet hunc validis non stimulare minis.
Sic ventos dominus tetra domat Eolus arce,
Turbine ne terras, ne maria alta trahant.
Saluete Heroes: Sed quo scelus acre dolore
Cernitis, ó Barathro vita nefanda virum.
Sæpiùs hos cogis puras obnubere nares
Lino, dum sceleris tam malè spirat odor.
Corruptique canes, tepidove cadavera Sole,
Olim tam graviter nulla Mephitis olet.
Sæpiùs in longum à nobis coguntur abire,
Dæmonis & dextræ palma maligna cadit.
Spiritus ardenti sedem super advolat ense,
Cum pellit cunctos culpa paterna viros.
Cum Saræ tristis fugiffit jurgia linguæ
Agar, Angelico pulsa favore redit.
Angelus ad primùm jussit se vertere tectum,
Omniaque à Domina verbera ferre sua.
Angelus ad fluvium desertam duxit eandem,
Ne proles calida possit obire siti.
Nuncia de cœlo trini duxere ministri,
Degere non Abraham post sine prole dies.

Angelus atq; Abrahā violentum comprimit ictū,
Cum properat natum monte necare suum.
Cum Sodoma accēso crepitaret sulphure flammis
Angelus intactum jussit abire virum.
Atque hos heroas fessus conspexit Jacob,
Cœli per celsos ima salire gradus.
Agminis ad morem sancti comitantur eundem,
Cum peteret patrios flente Rachele lares.
Idem cum pulchro duxit luctamen Amore,
Pro quibus officiis crura repulsa labant.
Angelus & rectos signabat lumine calles,
Cum Israel diros vadere quærit heros.
Balaam pergit domini confundere plebem,
Angelus apparens ense negavit iter.
Angelus ingratos animos objurgat Hebræum,
Utque illi emissa crimina voce fleant.
De vinclis medios populos ut solveret arctis,
Angelus ad bellum tunc Gedeona rapit.
Sampsonis mater luces cum viveret atras,
De monitu Domini ventre gravata canit.
Helias trunci misera ut requievetat umbra,
Spiritus hunc jussit se relevare cibo.
Ut Syrus excelsum conatur vertere vatem,
Pro sancto pugnant agmina celsa viro.
Tobias superis lacrymas cum spargerat ara,
Angelica cœlos hæ saliere manu.
Ignotam ad censum petiit Tobiolus Urbem,
Spiritus illi omni calle sodalis abit.
Hoc duce terrarum tractus dimensus iniquos,
Et sanat capto lumina pisce patris.
O' Patria, ò sancti fratres, consortia nostra
Quàm cupitis, parvi sed sibi vertit homo.
Grande ministerium cœli, superumque favores,
Sunt digna Angelica corpora nostra fide.
Tam formæ celebres, & tam purissima corda
Adsistunt cunctis ad latus acre viris.

Et

Et nostri strictè servant vestigia gressus,
Et pungunt nostras ad pia facta manus.
Perque ipsos nobis virtus calcare draconis,
Et diras pedibus conterebrare feras.
Suspendunt manibus corpus, si fortè maligna
Ad saxa, & dubias ire juvabit aquas.
Atque istos utinam nobis vidisse daretur,
Occurret facies tàm speciosa semel.
Illicò pectoribus mundi sordesceret omne,
Illicò tunc mundi vultus inanis erit.
Corda litaremus tectis citò versa paternis,
Nevè hostis guara falleret arte viros.

PRO MARINO CELEBERRIMO VATE.
ELEGIA IX.

O Mihi si niveas mittat Cytheræa columbas,
Pro bigis rapiunt quæ sua plaustra Papho.
Cumarum his ducibus possem penetrare recessus,
Quà pulchra aurata robora fronde virent.
Ut nigra Persephone portas Acheronte patentes
Præbeat,& stygios optet adire lacus.
Cernere nec curem pœnæ genus omne per Orcũ,
Quod pius Æneas vate docente petit.
Nec quaterẽ Alcides magno fera Tartara motu,
Tergemini rapuit cum tria colla canis.
Non aliter stygiam conabor scandere cymbam,
Ni gressum fines ferre per Elisios.
Inter felices oras, & amœna vireta,
Occurret vatum turba beata pium.
Ut Gallum videam,blandumque ad prata Catullũ
Meonidis propiùs te Maro celse viæ.
Ennius occurret, cantu tum Dantes hetrusco,
Pieria felix tum Juvenalis aqua.
Non mihi cura tui Taxe est non cura, Properti,
Nec raperes roseis culte Tibulle comis.

Digitized by Google

Dum magni sedeat manes spectare Marini,
  Qui Veneris myrto scit redimere caput.
Quò non Pieriis alter canit altiùs undis,
  Et cithara æterno lucida melle fluit.
Fas mihi tam dulcis vultum cognoscere vatis,
  Amplecti & blandas corde volente genas.
Cui teneris annis tanto sum junctus amore,
  Ut præter Vatem nil mihi corde sedet.
Erga ipsum graviter me flāma Platonica captat,
  Illius ut nostra sint simulacra domo.
Sæpiùs ipsius pretiosa volumina verso,
  Ambrosia, & salibus pagina quæque fluit.
Argento, & gemmis dictata Cupidine quævis,
  Illius æterno scripta lepore madent.
Et nostro illius dependet pariete forma,
  Cui redimit sacras laurea digna comas.
Nec sisto lustrare locos, quibus illius umbra
  Præsidet, & servat quæ monumenta viri.
E senibus multum fueram scitatus, at ipsi
  Se vatem prisco tempore nosse ferunt.
Colloquium tenuisse simul, patriisque palæstris
  Aurata referunt hunc cecinisse lyra.
Magnatem novi, series cui clara nepotum,
  Cui decor à prisco multus abundat avo.
Cedere neve annis poterat, tardaque podagra,
  Stabat ad ingenuos igne calente lares.
Huic ipse accessi, multum de vate loquendo,
  Quæ fuit huic moles? quis nituitque decor?
Se novisse virum multis, ait, urbibus ille,
  Quin vati junctus more sodalis erat.
Nec lacrymis carvere genæ, cum funus acerbum
  Illius, & luctum commemorat Patriæ.
Ipse etiam sponda vati propè substitit ægro,
  Mærens tam subita cedere nocte jubar.
Dicitur extrema ut vati properaverit hora,
  Ad lectum tristi voce vocasse suos.

Un-

Undique servabant motum languentis, amici,
Et cingit mœstum densa corona thorum.
Quælibet exposcit conferri carmina lecto,
Et sævo damnat maxima scripta rogo.
Ut potè lusisset teneris lasciviter annis,
Cum facile in primo sanguine membra calent.
Ut juvenile scelus collustrans devoret ignis.
Damnat sacratos igne vorante libros.
Tunc socii miscere preces, blandasque querelas,
Sed retinent tantum jurgia nulla scelus.
Ut mala damnando, servet quæ recta probasset,
Nec penitùs totum deleat ignis opus.
Quamquam lasciuũ carmen tenerum inter amorẽ,
Sed casta fuerant multa notata manu.
Quæ servanda forent, durus servare recusat,
Ceù opera perstat, sic magè mente tenax.
Et durus pariter fanda, atque infanda redamnat,
Jussit & æquali cuncta perire pyra.
Et tenebris sepelit, vesci quæ digna diebus,
Ast Phœbo lacrymis non caruere genæ.
Solùm livor edax crepitanti sibilat ore,
Plaudit & excusso turba nefanda metu.
Sic flammæ nigris libros sorpsere favillis,
Quos tempus forti dente notare negat.
O utinam, ut semper seclis illæsa manerent,
Pergisset celeri tradere scripta typo.
Nec fures rapidas poterant avertere palmas,
Sed rapiunt secum, quæ potuere rapi.
Carmina rapta simul se se excudisse fatentur,
Ingeniis scribunt parta fuisse suis.
Præcipuè & Brunus genialia scripta rejactat,
Atque sibi alterius vindicat asper opus.
Altera in alterius percurrit epistola dextram,
Et Psychen dulci more salutat Amor.
Nam cecinit cladem Solymis, duramque ruinam,
Cum dux excelsum diruit igne solum.

Victorisve ducis fastus cœlestibus armis,
Juxtà sanctiloqui verba tremenda Dei.
De rebus Mundi cecinit, stellisque refixis,
Dulcedo cunctum lacte cibavit opus.
Atque isti nomen præstat Polyhymnia libro,
Ut porrò nobis luce manere datum.
Pariete perspicuo, nitidis excincta tapetis
Illius Romæ sed simulacra micant.
Nobilium tectis, magnisque insigne palæstris,
Principe sub tanto quæ viguere priùs.
Candida sed tanti salvè mihi vatis imago,
Quàm veræ similis facta videris avi.
Ni Parcæ vetuere moras consumere Romæ,
Fidere tum falsis candida vela notis.
Spiritus ex illa venisset imagine nobis.
Grandis, de nostra melle fluente lyra.

IN FALSOS AMICOS.
ELEGIA X.

QUid mihi Parnassi prodest cecinisse sub antro,
Inconcessam aliis tum tetigisse lyram?
Nunc nostrũ incipiunt Geniũ pernoscere Patres,
Et multi nostra de levitate queri.
Et meritò, falsis nimium confisus amicis,
Proque ipsis ausus fanda, nefanda loqui.
Nunc queror infelix sic me cecidisse sine actu;
Cordibus & puris decubuisse patrum.
Ast illi propriam nobis vertere ruinam,
Et cernunt nostrum tum procul exitium.
Tu tamen ante actum repetas facienda, modũque,
Non semper justo tempore cuncta cadunt.
Et quisquis multo pro te pulsatur amore,
Nec tibi pernotus, nec tibi gratus erat.
Hortatur quoties, verbo ne lente traharis:
Respondent cordi dicta nec ulla suo.

Pro-

Prospice turbatas acies, mentumve reflexum,
Qui risus salso proditor ore cadat.
Aspice quis gestus manibus, quis motus eunti,
Quæ macies tetras fædet iniqua genas.
Nam species cordis vultus persæpè colore
Pingitur, & falsum liuida gutta notat.
Aspice, quas signat vultus benè Porta figuras,
Quàm malè sint viridi dilita membra nota.
At mihi constabat demum referentibus annis,
Hunc procul adversum multa querela venit.
Ceù stipula infelix minimis agitatur ab auris,
Nec norit firmum mens inhonesta modum.
Illius in sanctos multum petulantia patres
Audet, de nullo digna referre cupit.
Invidia tortus, fibris ardescit amaris,
Nec finit infami pungere nomen acu.
Virtutisque apicem jactat se sæpè salire,
Et tumidum vano ventilat ore jecur.
Quid juvat hunc verbose comendasse propinquis,
Quæ tibi scripta bonis sunt perarata notis?
Quis vates? quis rhetor eris? te civibus offer,
Ducere seù bucca te crepitante sinas.
Heu mihi, nam flebo, nostram prudentia mentem
Jam liquit, longum, si mea culpa, fleam.
Diversus sævam poteram vitare Charybdim,
Nec medias inter ferre ratem strophades.
Parcite vos dulces, qui me monuistis, amici,
Quàm benè nunc nostro corde sonant monitus.
Cum desiderio Pausania stringitur escæ
Consilium puduit non tenuisse Cei.
Surgeret adversis tunc cum Menelaus in armis,
Antenor vano te Pari commonuit.
Dogmata cujusdam penetrat datus hostia flammis
Cresus, sed tardò tum didicisse juvat.
Consilium Pyrri populi aspernantur Athenis,
Atque aditus sævis hostibus urbe patet.

Conatur Pyrrum bello removere Cineas,
Ne testa mulier conterat atra caput.
Samnites fractis duro sub Marte Quirinis,
Felici fugiunt noscere Marte modum.
Hos fertur vero monuisse Horrenius ore,
Ponere sed monitus pœnitet inde viri.
Ductus Alexander vino mactare propinquum,
Quàm malè se docto vertit ab Androcide.
Discite vos docti, notus si cui miser adsum,
Non fictæ in prædam se dare blanditiæ.
Consensum præstare viro, cui corde sit omnis
Jam tua prosperitas, perpetuusque favor.
Et fictum, si nunc verum vobis tamen hortor,
Diffugere, & cunctis fidere corda viris.
Cordibus & scelus, & sceleris jactantia longè,
Pes rectum vester currere quærat iter.
Rectus cum rectis, tum pessimus inter iniquos
Nam fueris semper, tum rationis inops.
Ut pastas taurus procumbens ruminat herbas,
Sic animo volvas post peragenda tuo.
Nunc premimur fato, tum nos fortuna fatigat,
Post dulces venit semper amara dies.
Et Patria careo currens minitantibus undis,
Nec terra felix, nec venit aura mari.
Hæc poscenda via est, atque hæc patientia nobis,
Ultrò perferimus, dum finit usque Deus.
Discute te vates, bellum tibi grande paratur:
Quò clipeus? thorax? quæ strepit hasta manu?
Mittitur è cœlo quidquid mortalibus ægris
Imminet, & multo corda dolore quatit.
Testis Job, superis factus gratissimus heros,
Rure bonus, felix jugere, dives ove.
Attamen in stabulis plenus livore resedit,
Et testa infelix membra cruenta fricat.
Ulcera sunt circum tetro manantia tabo,
Illius aspectus uxor & ipsa fugit.

Et

Et multo circum luctu lacrymantur amici,
Mirati subitò sic cècidisse virum.
Sic Deus & justis pro peccatoribus instat,
Et miseros reddunt non mala cuncta viros.
E dextra Domini calices haurimus amaros,
Sed succus culpæ post medicamen erit.

IN DIE CINERUM.
ELEGIA XI.

SAcra dies venit, cuncti properemus ad aram
Quò pius exusto thure resultat odor.
Consule nunc animæ, vanos quate pectore ludos,
Et sacro tumidum pulvere sparge caput.
Cerne, Sacerdotes nitida de veste soluti
Ut nigris cincti, corde fleant, tunicis.
Flectere nunc tempus Divini Judicis iram,
Qui stringit sæva fulmina torta manu.
Hæc tua conditio, mortalis, & hæc tua meta,
Nequidquam à patria lumina voluis humo.
Es cinis, in cinerem debent tua membra reverti,
Et priscum debes rursùs inire lutum.
Vita virum ceù scena viget, tellusve theatrum,
Cortina & cœlum, sidera fulva faces.
Hinc variæ facies hominum, regumq; ducumq;
Iste armis sæuus, legibus ille pius.
Hic pollens opibus: Venerandus & ille tiara,
Hic pauper regum limina tundit inops.
Histrio magnatum vanas hic detinet aures,
Et terris ludit sic genus omne virum.
Sed sortita suam postquam sit fabula finem,
Apparent uno corpora cuncta modo.
Nec tibi divitiæ tollunt de puluere corpus,
Nec trahit à terris aura superba viros.
Armorum fulgore fugit non territa Parca,
Et regum curat non Libitina domum.

Digitized by Google

Apparere habitu cuncti debemus eodem,
Omnibus una quidem meta parata viis.
Mors fasces, ac sceptra simul, cumulatq; ligones:
Discrimen nullum est inter utrumque genus.
Victor Alexander domitans Orientia regna,
Post obitum parvò collocat ossa situ.
En Xerses tanti quondam vagus æquoris hospes,
Occidit, & terra se nequiore locat.
Quid Creso prosunt luxus? quid purpura Cyro?
Quid formam jactat functa Lacena suam?
Quid petis in picto spectare toreumate formam,
Et sistat speculum vana referre tibi.
Terra virum rata forma manet, nec dissona vero,
Ossea nam cunctis apta figura viris.
Nostra Damasceno Dominus componit in agro
Corpora, pars minimi nos sumus ergo soli.
Per casum fertur campo cecidisse Philippum,
Qui leviter toto corpore signat humum.
Corporis ut surgens vestigia vidit arenis,
Ecce, inquit, regni pars manifesta mei.
Nam nostra fines in morte relinquimus omnes,
Exiguo debent ossa manere loco.
Pulveris in Libia venti convoluere montes
Adsoliti, & vivos hinc sepelire viros.
Sæpèque pulverea suppressus nube viator
Deficit. Exanimes inveniuntur agris.
Atq; eadem nubes terræ spatium omne, marisque
Occupat, & vastos depopulata situs.
Itaque istum cinerem fines, ac regna reverti
Debent, ad nihilum saxa reducta ruunt.
Olim mirati nebulas volitare Vesevo
Pulveris, & totum conterebrasse polum.
Diluvio cineris noster citò mundus inundat,
Et tantam poterit quis reparare luem?
Heù menses fugiunt, & non revocabile tempus,
Atque eadem cunctis penè terenda via est.

Sæ-

Sæpiùs ad nostras plantas monumenta fatiscunt,
Possumus hinc nostrum cernere principium.
Virtutis sit cura tibi, dum corpora nostra
Tam parvis atomis jam resoluta cadunt.
Pròh cœlum,& seclum Phœnix renovata resurgit;
Scit rupe & serpens rumpere canitiem.
Excisus stipes fluvio revirescere sperat;
Atque Aquila in gelido pernovat amne comas.
Quin tecta, & moles durant, opera ipsa virorum,
Virque operis norit, nec superesse suis?
Sic vapor in nebulà coquitur sub parte serena,
Sed statim à flavo sole solutus abit.
Sic blando virides pubent in cespite flores,
Frigida post nimio diruit aura gelu.
Tu tamen intento memorare novissima corde
Fata tuo, cunctos una sepulchra vorant.
Verba Sacerdotis lacrymas,cineremque ministãt,
Ut pendas tandèm,quæ tibi fata manent.
Non jubet & Cypri nitidos conspergere crines
Pulvere,quò dulcis ventilet aura comam.
Nec jubet ut nares contritis floribus insles,
Nec quærit fumo pascere te cerebrum.
Assyrii cineres non hi, pulvisve rosarum,
Sed propriis factus carnibus iste cinis.
Proh scelus; atque homines notũ se ignoscere fin-
Et non se præter decipiunt alios. (gunt.
Quisque suam noscit finem,mors omnibus æqua,
Cunctàque ceù messem corpora falce metit.
Dum propter finem mundo sit quidquid agendũ,
Et sunt ad metam cuncta reducta suam.
Improbe quidquid agis,semper de fine recedis,
Taliter & vivens ni morereris, eris.
Jam veniet tempus, & cunctis nigrior hora,
Cum mors munitas verberat atra fores.
Post triduum positum tumulo tu cerne cadaver,
Ceù sœvit fracta squallida fronte cutis.

Exesas nares, exaustaque lumina vultu,
Exiles visus, & sine pelle genas.
Illuviemque sinus diram, crinesve madentes,
Ruptaque ceù madido viscera ventre fluant.
Ossis congeriem cernes, mala vermibus esca,
Disiunctas crates, effluidumque latus.
Quanta per aspectum capiunt fastidia dirum,
Sed simul advertas, qui modò talis eris.
Pasce cibo tetrum tandèm tu guttur amœno,
Scilicet & vermis guttur adedit atrox.
Et tua prospectu foveas vaga lumina vano,
Lumina nam diris vermibus esca cadunt.
Atque manus foveas alieno ex ære gravatas,
Nam poteris tecum morte referre nihil.
More viatoris felix, qui currit in orbe,
Et patriam, & tota sidera mente tenet.
Blanditias mundi spernens, pompasque caducas,
Non vana falli se sinit effigie.
Post incorruptum corpus, sedesve beatas
Cernet, cum carnis vincla soluta manent.
More nivis animæ reflunt Phlegetontis ad oras,
In vita nullum dum peperere bonum.
Tunc diræ luces, & non adamabile tempus
Dum signat cunctum Judicis ira scelus.
Fortunatus oves quisquis numerabitur albas
Inter, dum cernunt pascua odora poli.
Pellenturque hædi, positi de parte sinistra,
Infernis dantur dirta rapina lupis.

AD DOMINUM JULIUM PIGNATELLI DUCEM S. MAURI.

ELEGIA XII.

NEctare vocalem Dircæo merge pharetram
Euterpe, en metam blandus Julus adit.
Ast vos Pegasides rursùs decet esse fideles,
Tendat ad optatum quæque vocata meum.

Nam

Nam cum Trinacriæ magno ruit insula motu,
Prisca Meduseæ stagna petistis aquæ.
Tam pavor ex illo excidio concusserat artus;
Ceù tecta ingenti mota Tridente ruant.
Et periere Urbes, populos super oppida versa;
An mundus priscum debet inire Chaum?
Quid queat ulteriùs cerni miserique, malique,
Servati ad tantum nos sumus ergo diem.
Gloria & Ortygiæ cecidit, Jovis æmula quondã,
Aurea cui felix Sol sua plaustra vehit.
Hìc steteram auspiciis Phœbi, lætusve canebam,
Nec segnem cives, indecoremque vident.
Urbs ruit intereà, & pulsu fugere trementes
Musæ; meque Poli pertonat ira super.
Nunc precibus vos posco, Deæ, nam nona refulsit
Cinthia Pierio sicca favore mihi.
Quin cupitis; nam causa venit meliora canendi,
Tam dura meliùs nil, leviusque die.
Heros Sebethi nam se patefecit ab oris,
Qui vocat Asoræos sub sua jura choros.
Mitis Jule veni, veteris pete regna Sicani,
Et tecum ad gressus omina pulchra refer.
Sed sinite Indigites, æquum est deponere fulmen,
Sat luimus pœnas, diluimusque scelus.
Insula & exultat dorso revoluta Typhæi,
Nec diro infelix Ætna fragore tremit.
Pro te sic meritus, nam tale paciscitur axe
Heros Syrenis de regione satus.
Atlantis sacri ipse nepos, qui sustinet orbem;
Syrenasque suas nunc super astra locat.
Dignus enim munire senem regnoque, manuque,
Dignus de tanto jam Patruele nepos.
Dignus enim Tiberis fastu, regnoque suorum,
Spectaclis mundi, deliciisque frui.
Nam Consanguineus stellantia regna refrænat;
Et Vaticana celsus ab Arce tonat.

Par

Par Superis,ſuperoſque inter numeratus oly
Maxima qui ſacra munera clave regit.
Sancte Pater, cui vita inſons, & conſona vo
Cum redimit clarum terna corona caput.
Sic ſolus tua regna tenes, nec cura nepotis?
Arguis an ſceleris, demeritique virum?
Ille quidem cinctus tunica, manicisque dec
Ceù decus officiis debet adeſſe tuis.
Dum tibi turba genu flectit,Diuumque reſig
Ad partem felix ille decoris abit.
Pontifices nam tale ſolent , nec ſanguinis a
Obliti, tantum cum ſaliere decus.
Talis Alexander , qui te præceſſerat iſta
Sede, atque immixtus penè priore minor
Argueris renuiſſe tuos, cum concitus orbis
Spectatum, ad laudes, ad tua mira venit.
Roma pium clamat , melior nec norma pio
Et felix tanta Patris egenus ope.
Pauperis infuſus gremio ruis imbribus auri,
Juppiter aurata proluis imbre ſolum.
Atque apicem Regni , majeſtatemque Deo
Pauperis in cultus , ſubſidiumque dicas.
Et regnans toto penitus ſpectabilis orbe,
Erga inopes pronum cor , miſerumque ge
Invíſus tanto fueris Pater alme nepoti?
Uti fortuna nec ſinis ipſe ſua ?
Tardus adhùc mandare viro ſe ducere Roma
Compita tum rhedis per ſpatioſa vehi?
Durus eum celſæ Capitoli admittere ſedi ?
Atque ſalutari plebe ſtudente ſimul ?
Non ita:Nam culpat neuter,Laus occupatan
Et te ſanctæ Pater, te ſtudioſe nepos.
Ille quidem hoc cupiens,tum te complexus,
Duxiſſet patrios arce tonante lares.
Pontifici aſt linquens exemplum mite futur
In conſanguineos parcius ire petit.

S

Sed vacat ille Deo, tum Clavibus alta superbis
Molitur, tota sidera mente tenet.
Quis labor insideat tanto sub culmine rerum
Computat, & capiti quod grave pondus erit.
Dum cunctis terris moderetur jura, poloque,
Otia nec tanta mole venire semel.
Non curat junctos, nevè aspernatur eosdem,
Ipsi sat fastu, divitiisque fluunt.
In titulos properet quid voluere sacra prophanos,
Cum sint pauperibus census, opesve datæ?
Sancte Pater per multa precor tibi lustra supersit
Vita, perauratos qui vehis orbe dies.
Per totum regnat quis te clementior orbe?
Quis referet dextræ texta superba tuæ?
Demissus per tanta jaces fastigia rerum,
Pauperis in cultus, officiumque venis.
Heus felix pauper, tibi enim Pater ipse ministrat,
Angelicus promptu cui famulatus adest.
Plura tibi mea Musa canet, si mitia nobis
Tempora scribendi Parca maligna vehet.
Celse Nepos tibi plectra dico, velut ante perorsus,
Et quæro ad laudes lætius ire tuas.
Cum totius frænos mederetur Auunculus orbis,
Demissè vitam, compositèque geris.
Quocumque officio, tum quovis major honore
Fis paribus, dum sint, norma modosta, procis.
Nec levis ambitio relevat præcordia fastu,
Et petis in propriis ipse micare bonis.
Teque salutatum tectis proceresque, ducesque
Adventant, tantus manat ab æde nitor.
Dum Gentilitiis gyro pia mitra triregno
Fulgeat, & signum Clavis eburna tegat.
Et dator ostrorum, decorant quæcumque per orbẽ,
Sit tibi conjunctus sanguine, celsa viros.
Spernit Julus opes; gratesve ad Numina versæ,
Atque suum fassus, quod sua dextra parit.

Nec

Nec laudem à proavis quærit, sat viva coruscat
Gloria, quæ gemio stat patefacta polo.
Mole valens, pulcherq;genis, motuque decorus,
Integra de cunctis sordibus acta micant.
Solamen miseris, inopi fit copia rerum,
Anxius & larga dona referre manu.
Tunc sine luce dies, si quis sine munere currat,
Delicium secli ritè vocandus adest.
Nec satis & lanas Tyrius madefecerit ostro;
Vellere tum Seres; thure careret Arabs.
Nec Tagus auratas satiùs ructaret arenas,
Nec satis è rubro littore conca foret.
Exaustos gemmis fines fore mobilis Indi,
Atque Asiæ credit nil fore divitias.
Copia nulla micat, quæ non foret hausta per ipsũ,
Quid mundo argenti, quid pretiique venit.
Fit Genius miseris, desolátique levamen,
Ultor & insontis, tum scelerisve fugax.
Blande Geni, quo solus abis, quibus abditus an-
Ut sacri inveniant signa relicta pedis. (tris,
Solis ad antra ruis, radiis quò perlitus horror,
Teque perexcelsi silva decoris alit.
Quid referam illius mores, & candida motu
Facta, per externas usque relata plagas.
Quis sibi non visus candor micat omnibus actis,
Acta quoque exosæ non malè visa Deæ.
Quo studio sacra Templa tenet, tum sistit in ara,
Et sua cœlestes intima cordis habent.
Auribus alteriùs num vox inhonesta resultat?
An retulit verbum, quod bonitate caret?
Forsitan exoluens in proxima commoda linguam
Invidet alteriùs, qualiacumque bonis?
Forsan honestatis terit ad muliebria legem?
An rupit sacri vincla marita thori?
Quæ Templa illius vultu, quæ sacra carebant?
An valeat lingua nunc sua dextra minus?

Aut

Aut numquã charos accendit ad honesta sodales?
Num aura mundi corda caducus alit?
Num fuit infestus sociis, Regique rebellis,
Quem semper factis non micuisset apud?
Cesar & ipsius vultum sub corde resignat,
Romanique decus perstitit Imperii.
Num habitus dicax? num commessator habetur?
Ast quis de tanto quit retulisse minus?
Sed voluere dii, mediis tot millibus unum
Infelix, luget quod sine prole domus.
Ast Lucina fave, & Cypri leve sydus amorum,
Fac nouus è tanto stipite ramus eat.
Sol rerum pater, & partus Lucina creatrix;
Fac tener ingenua ludat in æde puer.
Quem pius excelsis igitur pater imbuet actis,
Virtutis monstrans, quà via dura patet?
Per quem debebit tantum revirescere germen,
Arbos Syrenum littore pulchra satis.
Nam non præstigiis video, vatumque furore,
Queis jam pollebant secla peracta priùs.
Multa quidem de te refero, referentibus astris,
Adveniet vestra lux peramata domo.
Candida te soboles maneat, quæ Patris imago
Dicatur, rident quam super astra poli.
Obcupientque proci Infantem committere Fonti,
Ut currat cœli jam renovatus iter.
Hoc spero cordis precibus, superumque favore,
Ut votis faveant astra superna meis.
Haud injusta quidem posco: duc Lucifer annum,
Gloria sin superos Parthenopea quatit.



LIBER II.

IN ÆGROTATIONE CARMINI DE VIOLANTE.

ELEGIA I.

PHœbe fave, propriæ si quid tibi subvenit artis,
Quæ miseris ægris ferre solebat opem.
Hinc omnes propera medicando intendere vires,
Quidquid & ingenio, quidquid & arte vales.
Perlege, frondescunt quævis bona gramina Cyntho,
Idæo surgit quæ Panacæa jugo.
En duro ponens Violantes membra cubili
Ægrotat, strepitu linea sponda gemit.
Aridaque obsessos febris depascitur artus,
Et sua præduro frigore membra quatit.
Occupat & macies vultum, malè fulgurat ignis
Palpebris, ima lumina fronte latent.
Defossum pectus, nec viva incendia sistit
Febrilis mœsto ponere corde rigor.
Sanguineasve spuens demittit gutture stillas,
Nec strato requiem scit reperire thoro.
Olli tum variis agitant phantasmata formis
Mentem, dum mentis sæpè videtur inops.

In-

Insomnis pluma, repetitque novissima corde
Fata suo, nusquam gratior esca venit.
Nec melior lux nocte venit, nec lucetenebræ,
Sed tristis curas nocte, dieque premit.
Hùc Thymbræe veni, pulsū medicamine morbos,
Unguento tractans membra perunge tuo.
Effunde auratis dulcem de fontibus undam,
Fac fugiat sacro fonte revulsa sitis.
Purior à venis firmet præcordia sanguis,
Fac priscus vivo rideat ore color.
Fac fugiat pallor; videant sua pristina vires,
Subsistat planta non titubante solo.
Illius in lingua redeant proscenia ludi,
Et redeant mistis sobria verba jocis.
Quò gratus nitida rapiebat in æde sodales,
Versando puro verba diserta sale.
Cui lingua florebat amor, Venus aurea, Musæ,
Ducebat Charitum turba venusta choros.
Illius ast ergo nostris data gloria scenis,
Illius & plausu docta theatra vigent.
Inceditque gravi celebrata Tragædia passu,
Qualis nec talem finxerat Euripides.
Et ludi Plauti substant, mensæque Terenti,
Et quodvis ludo, vel gravitate movet.
Brachia versando dextram quoque voce maritat,
Haud os de verbo discrepat, ore sonus.
Nunc Hecubes furias, iram nunc fingit Orestis,
Extinctum cupida nunc Polydora nece.
Allicit & verbis animos, pungitque, levatque,
Perque ipsum pietas mœsta, vel ira ferox.
Lustratis quoties ductus recitare theatris,
Detinuit reges, detinuitque duces.
Nunc omnes stipant corpus languentis amici:
Circumdat dubium densa corona thorum.
Quis contexa litis gestat mantilia plumis,
Et picto placidos provocat orbe notos.

Quis

Quis curas fallit lingua, ludiſque moratur,
  Narratur multo fabula mixta joco.
Atque ſoporiferum gramen, ſuccumque ſalubrem
  Decoquit, aſſiduo fit medicina foco.
Florentes alius tortis eviſcerat herbas
  Lignis, Cryſtallum ſpiritus actus init.
Et vitreis alius decorat laquearia lycnis,
  Ut ſint objecto lumina læta ſuo.
Quiſq; epulas properat, fontem tum miſcet Jacco,
  Guſtando obiciunt clara fluenta gulæ.
Solaturque alius, curamque accendit edendi,
  Et mortis dicit non quoque cuncta fore.
Aſt uxor dextra pectus percuſſa pudicum
  Per ſedem vigilat Sedula, perque thorum.
Per patrias dudum mœrens malè ſana penates,
  Exorat ſurdo Numina cuncta Polo.
Nevè imploratum deliquit in æthere Numen,
  Sed cumulat votis ſidera celſa piis.
Nec requies, properat plantas diſcincta cothurnis
  Sacratæ lingua lambere tecta Deæ.
Innitens cubito longo imbre irrorat honeſtum
  En lectum, poterat tam ſocialis amor.
Nunc Pater ò Crynæe veni, tua tempora lauro,
  Adiuvat & lauro tum redimere lyram.
Serpentem ſonitu propera compeſcere febrem,
  Sæpiùs & cantu membra levare ſoles.
Adſitis ô Divi, patriique favete Penates,
  Siſtite de toto vertere poſte domum.
Si lacrymæ quondam flectunt cœleſtia corda,
  Si memores Fidei, Juſtitiæque [illegible]s.
Aſpicite ut tanto conjux benè digna marito
  In lacrymas ſe ſe fuderit, inque preces..
Aſpicite ut tumido proles quoq; pergemat alvo,
  Et petit inviſo ſe genitore mori.
Aſpicite ut Natum, quorum non diſcrepat ætas,
  Mœſtus ut ad patrios currat uterque lares.
Cri-

Crinibus & crines ſimiles, atque oribus ora,
Et ſexu ſolum diſpare cuncta pares.
Pulchrior haud nituit Delo Latonia Proles,
Nec ſimilis vultu, nec ſimiliſque coma.
Candida inaurati ſerpunt per colla capilli,
Quos fronti æquali nexerat arte parens.
Aſt Puero tunica ex humeris ad crura fluebat,
Quæ miſſa in donum de Babylone fuit.
Quæ latè in rivis tenui ſubtexitur auro,
Aureus & teneris ſoccus ineſt pedibus.
Fulget ebur vultu, gemmaque licentia crinis
Frænatur, plumas vertice præſtat olor.
Aſt alia Auroræ ferretur filia Virgo,
Tam roſeus pulchro fulgurat ore nitor.
Cui pulchrè inſuto limbus circumdatur auro,
Et nardo nitidas it madefacta comas.
Per nitidum torques ſerpit translucida collum,
Aurato palmas colligit in calatho.
Aſt illis præſtans ultià mens eminet annos,
Hic fulget ſtudiis, hæc decoratur acu.
Quàm miſerè crines lecto deturbat uterque,
Oſculaque à charo dulcia patre petit.
Aſpice, Franciſcus fratrer, Templique Sacerdos,
Ut cremet in ſanctis thurea dona focis.
Nomine te Phæbum doctus depoſcit haruſpex,
Qui ſacras ſortes, qui Tripodaſque regit.
Cui vittæ crini, cui ſunt redimicula fronti,
Sæpiùs ipſe tua carmina laude canit.
Pro fratre exorat frater, prò ſanguine ſanguis,
Thimbræi fuerat cultor uterque Dei.
Aſt ego, qui propiùs cognato ſanguine vinctus
Numina pro tanta cuncta ſalute rogo.
Et te, Phæbe priùs, ſi ſors tua ſacra colentis
Non intermiſſa flecteris ipſe prece.
Nunc Pater alme precor, per veſtræ Numina matris,
Quæ tecum curas, exiliumque tulit.

Per-

Per Tripodas ſacras, veſtes, vittaſvè pudi.cas,
Perque tuas vires, auricomumque caput
Caſtalios latices, ſacrique oracula Delphi,
Perque tuã dextram, per Citheramq; precor.
Seù aliquid ſupereſt, quo tu traherere volendo,
Per Lauri baccas te precor igniſonas.
Corpore nunc leviter morbos expelle medendo,
Corpora nunc uno corpore mille leves.
Jam veniſſe reor diuum , febremque tenacem
Sorbeat in nigro Styx tenebroſa lacu.
Quid juvat Aonium luſtrare perenniter antrũ,
Quid juvat in caſto clam recubare thoro?
Si Deus averſa queſtus nunc ebibit aure ,
Haud carmen nobis profuit, haud cithera.
Jaſides arcum, citheramque abiecit Japis,
Et tulit ex donis unica dona tribus.
Olli nil viſum Coa præſtantius arte,
Proferat ut chari fata ſuprema Patris.
Sic ego virtutem herbarum, donumque medendi
Quã Citharæ ſonitũ, aut carmina, ſcire velim
Iſtius nam multa mihi ſunt pignora amoris,
Quà virtus, docuit clara tetendit iter.
Conſiliumque dedit ſanctum, monituſve ſecũdos
Nec verba obliquo livida felle madent.
E manibus ſortis fractum in ſua tecta reduxit
Unde mihi ingeniũ, tum mihi partus honor
Otia ſcribendi fecit , tum ſcrinia libris
Obtulit, & vatis dogmata clara dedit.
Sæpiùs & nitida me me ad ſolamina Rhæda
Adduxit, multa ſæpè levavit ope.
Compoſita me veſte tegit, trabeaque virili
Mixtum cum claris, conſpicuiſque ſeri.
Saltatur quoties ſua ducta Tragædia ſcenis,
Spectatum ſedi veſte decente prior.
Dum ſedeat genio ſocios habitare Penates,
Seceſſus longos in ſua tecta dedit.

Mens

Mens hominum cœca, & nullo moderatior uſu,
Dnm ſibi per nocuum ſæpè reclinat iter.
Si cedens tantum tenuiſſem pignus amoris,
Forſitan in Siculis non quereremur aquis.
Neve negaretur patrias mihi curſus ad oras,
Viſere deſerti dulcia tecta Laris.
Voluerat aſt radio ligni me cruda ſiniſtro
Sors, uno per me fixa, refixa loco.
Quò diverſus eo? tu nunc mihi mitis Apollo
Candenti dexter colla recinge ſinu.
Præſentes herbarum in flammis decoque ſuccos,
Et digito leviter languida membra fove.
Quid cauſam ex alto adduco? tuus inclitus heros
Eſt ille, & Phæbi munera ſæpè gerit.
In Patria eſt habitus medica celeberrimus arte,
Qualis nec Cous, neve Avicenna fuit.
Aſt tibi dumtaxat, laudem ſi cederet ulli;
Ad functos Gnati jam revocaret opus.
Aſt hominum pro ſe quiſquam cadit immemor
Et virtus rebus deficit in propriis. (artis,
Hùc venias Genitor, duris nunc conſule rebus,
Cultorem videam ſin tueare tuum.

TEMPORE VERIS.
ELEGIA II.

SOl gelida properat diſſolvere compode rivos,
Currit per proprios libera lympha ſinus.
Percurrunt magnis gravidæ virtutibus auræ,
Et ſpargunt avido ſemina pulchra ſolo.
Ridet ager, ſcenæque vigent, tum ſidera tellus
Lucida odorato vincere flore petit.
Theſauri virides ſurgunt, molleſve ſmaragdi,
Provocat & reliquas dulcis Acanthis aves.
Angelus & ſilvæ porrò Philomela propinquat,
Et varia arguta carmina voce movet.

Hinc

Digitized by Google

Hinc picti excurrunt florentia regna lacerti,
Atque Apis ingenuos nectit anhela favos.
Mellis Apis, tum lactis ovis, tũ germinis hortus
Dives, & obliquis riuus abundat aquis.
Floraq; purpureos lustrat benè compta recessus,
Cui fluit ad teneros palla venusta pedes.
Ver florum genitrix salvè, pia mater amorum,
Temporis, atque anni pulchra juventa venis.
Nunc properas roseos è cœlo spargere nimbos,
Inde peraurato gramina lacte beas.
Sol rerum genitor puro perlabere curru,
Gaudent aspectu rura beata tuo.
Nunc Tauri metam lustras, simul Ariete vivis,
Nec quoque pastoris munus in Axe fugis.
Se coluber lapsa properat vestire juventa,
Et vetus in sicca rupe locat spolium.
Sol campi Rosa pulchra veni, tũ sydus Aprilis,
Et nitidas viridi carcere solve genas.
Spes nymphæ, vegetansq; decor, tum Gloria prati
Regina in florum lucida plebe micas.
Purpura te decorat, fulvo caput obtegis auro,
Flagrantes aperi florida Virgo sinus.
Lilium amore teris, campi quod dicitur heros,
Quod tecum jungi fronte tuente petit
Percurrunt Zephiri, teneri visuntur amores,
Et dulcis rigidum temperat aura polum.
Hinc Satyri mediis revocant proscœnia silvis,
Exercent Driades stagna paterna choris.
Prosiliunt sicco, nymphas imitantur agrestes,
Et calamos gestant fronde comante novos,
Et pictos vario contexunt fronde tapetes,
Floridus umbroso sub trabe postis hiat.
Atque coronato detractant tergore ceruu[illegible]
Illorum molli cornua flore tegunt.
Et saltu fera terga premunt, lentisve flagellis,
Excurrunt cœcis concava lustra viis.

O scel-

Digitized by Google

Oſcillis ludunt, texuntque ex ſubere formas,
Et tortos longa voce vocant Satyros.
Corticibus vultus ſimulabuut ſæpè luporum,
Et diro ſiſtunt haud ululare ſono.
Tum ſtupidos Faunos terrent, gravidaſq; puellas;
Sed riſus magnos excutit inde metus.
Nunc juvat ornatos equitatu aſcendere colles,
Seu noſtrum abjecta vertere valle pedem.
Qua fluvii ſtrepitant, undiſq; obliqua retexunt,
Et cadit ex alto lympha ſupercilio.
Hinc prodeſt canibus latebras tentare ferarum,
Et lata hamatis retia ferre jugis.
Tunc benè jucundũ ex præda, laqueiſq; redũdat,
Ut clauſa in picto carcere cantet avis.
Poſſumus & cervos, parvas tum figere damas,
Pellere ſublatis voce canem manicis.
Jam modò nam ſemper rapiunt me jura priorũ,
Nec queo civilis vivere more Numæ.
Simplicitas nam grata mihi, moreſve relapſi,
Cum Deus auratos protulit orbe dies.
Ipſe ego nam tubulis poſſunt trãſmittere fõtes,
Et lymphas facilem ſæpè docere viam.
Ipſe ego tum fruges factis concludere ſulcis,
Et terram pingui tum ſatiare fimo.
Ipſe ego privabo vitiis peccantibus antes,
Et poſſum multas ferre ligone ſcrobes.
Matris Eleuſinæ placeat, munuſque Liei,
Obſita nec fures vinea ſepe timet.
Eia agite, & dextræ nobis aſſueſcite raſtris,
Nec nova corrupta puſtula pelle terat.
Per montes diſcam plauſtris convoluere ligna,
Cum dura abrupto ſidere bruma riget.
Tunc muſæ veniant, ſi tempora ſacta canendi,
Si modò Sylveſtri mole vacare queam.
Tũc Cithiſum, violaſve legam, pompaſq; jugorũ,
Et carpam mixtis alba liguſtra roſis.

D Totus

Totus cinctus eam tunc germine, totus & herbis,
  Nec linquam agresti cingere fronde lyram.
Et tunc forte sedens, rupes quà terga rejactat,
  Solas æquabo cantibus Halcyonas.
Et sonitus classem tractans, gustansque parumper
  Incipiam cordi pandere claustra meo.
Ite procul clades, cladumtum nunçia nobis,
  Non possum tetras aptus amare tubas.
Hæc poscant alii, tum præiia corde requirant,
  Et Martis duro sanguine facta notent.
Cæsar ut ad pugnam feriat Parthosque, Getasq;
  Et liget irati compode crura canis.
Ut stricto martem simulet rex Sarmata ferro,
  Et rapiat valida signa cruenta manu.
Pellat ut Austriacas nequidquam Buda phalãges,
  Et proprio exceptet Cæsaris arma sinu.
Fulminet ut stricto campis Lotharingius ense,
  Cernat & Adriacas Bosphorus ipse rates.
Non isto mihi corda calent accensa furore,
  Nevè istis nobis spiritus horret agris.
Hinc tuba agrestis, tum Bacchi dedita curæ
  Nullius prorsùs conscia cædis erit.
Hos non bella movent, nec Martis cognitus usus,
  Nec fasces norunt, purpureamque togam.
Nec norunt vallum, nec fixa hastilia tractant,
  Nec terrent rapidos fronte minante duces.
Nec galea caput acre gravant, conoque remulgēt,
  Nec pelta heroum dira comet[illegible]riget.
Res ignota sibi thorax, cum fulgure, mucro
  Florida nec durus rura maniplus init.
Quid cum Marte Ceres? cũ Pallade gestit Apollo?
  Cum turmis Driades, Ruricolisque duces?
Vannus erit mucro, Clypei prò tegmine vomer,
  Pro thorace tegit pellis ovina latus.
Sed pugnas tauri spectant, tum vallibus amplis
  Hircos adversa currere fronte vident.

Haud

Haud istìc teritur sævis hastilibus arbor,
Nec nostro sævit barbarus usus agro.
His nostrum regnis agitabo ignobilis æuum.
Dum cordi Numen candida facta legat.
Quod tribuant Divi, si cœlis justa paciscor,
Affectus nostro nec malè corde furet.
Atque hic Jessæi scribam pastoris ovile,
Protinùs & versas ad vaga sceptra manus.
Tunc Thabor fastus, Libani tunc gloria montis
Sint oculis, stabulo Nazariusque Puer.
Me vocat istius Pueri vagitus ad alta,
Visi inter fidas ponere membra boves.
Tunc venere Deo donis Libanitides altis
Nymphæ, cum reges fax inopina trahit.
Tunc atrox sancto gaudebit haruspice rupes,
O' utinam vanò non mea vota cadant.

DE PROLE SUSCEPTA

D. PETRI MONCADA ELEGIA III.

FIlia Semethi flavos discincta capillos
Magnanimi flebat sub pede fixa Jovis.
Quid me, Summe Pater, Siculas jactare per oras
Nunc nomen prodest, egregiumque decus?
Quid me tutricem regum, trucibusque flagellum
Profers, & diris increpitare minas?
Quid mihi Palladium nostris benè pensile muris
Prodest, indignum non Elephantis onus?
Quid regina vocor populis spectanda Sicanis,
Semideos casto quidne aluisse sinu.
Nulla triumphorum movit me Fama meorum,
Ni fuero lacrymis nunc ope digna tua.
Num paruum, Genitor, fuerit, vacuumq; doloris?
Dum Moncada meus flet sine prole dies?

En Moncada meus, quò non præstantior heros
Sub vacua toties pignore sede furit.
Ne virtute minus, quàm sanguine clarus Ibero,
Cui manet à priscis splendor equestris avis.
Scilicet haud illi proles, quæ Patris imago,
Virtutis felix quæ moderetut iter.
Digna quidem conjux illi sine pube, sed ægra
Mente perumbratos ingemit illa dies.
Nulla Patri soboles; Ergo sic durus Olympus,
Ut numquam votis annuat ille piis.
Cui patris exemplum, cui gaza domestica curæ?
Magnanimæ sedes, conspicuique lares.
Tanti splendores ergo moriuntur in uno?
Stegmata tot tectis, stegmatibusque notæ?
Parce, Pater, quæso; Capitis per nobile pignus,
Dextera cui parma, casside pluma riget.
Per fulmen sacrum nullis æquabile dextris,
Per plures aras, quas tibi terra dicat.
Sistat ei conjux soboles enixa tenellas,
Et figat teneris basia chara genis.
Paruulus & ludat laribus, det gaudia Patri,
Deserat haud sancti signa relicta pedis.
Hæc mea vota, Pater, mea sunt communia vota,
Sed felix voti si rea facta cadam.
Spe maturata lauris simulacra recingam,
Atque omni felix igne micabat apex.
Annuit & Catanæ Pater haud aversus amanti,
Et dexter fulsit, pertonuitque polus.
Astra super rident, Catanam tum risus inumbrat,
Et Petro ad sobolem jam bona cuncta fluunt.
Fausta dies venit, nitidoque notanda lapillo,
Quà non majorem Phæbus ab axe tulit.
Ancillæ ad currum jungunt flammantia plaustra,
Et Sol aurata luce recinctus ovat.
Syderaque aspectu cœlis junguntur eodem,
Natalem fausto lumine ducta replent.

Na-

Naſcitur & proles Petro, pulcherrimus Infans,
Vagitus Patri dulcis in aure ſonat.
Et virtus patris pueri ſimul ore patebat,
Ipſe peraurata fronte videtur Amor.
Martis Amor ſoboles; Mavors Moncada videtur,
Juſtitiaque potens, judicioque gravis.
Salve celſe Pater, proles pulcherrima ſalve,
Alter in alterius fulget honore decor.
Blande Puer, felixque Pater, nullique ſecunda
Mater, tum mixtis gloria terna tribus.
Hinc linis auro ſeptis circumdatur Infans,
Dulciter & riſu corda parentis alit.
Arbos celſa viret, pubeſcit germine pulchro,
Et non de toto poſte reuvlſa domus.
Parve Puer ſalue; Cunis cape parve quietem,
Et tecum Charites, tum requieſcat Amor.
Templa prius quæras, & fonte renaſcere ſacro;
Affines veniunt, ſanguineæque manus.
Infantemque levi referunt per compita Rheda,
Affiniſque ſacer, nobiliorque chorus.
Affiniſve ſacer lymphas tibi fonte miniſtrat,
Et priſci egregium nomen habebis Avi.
Diſce Puer numquam optatum fruſtatus avorum
Virtutis callem cum ſubiturus eris.
Tu Pater intereà Superis fer dona libenter,
Quiſquis erit Natus, dona ſuperna manent.
Jam Deus, & voto ridet tibi maximus Æther,
Sunt juxtà optatum cuncta relapſa tuum.
Vive diù felix Genitor, tùm candida proles
Vivas, ſed vita quà magè digna fores.
Pierideſque canunt, quibus eſt mens præſcia veri,
Haud tanto natum degenerare patre.
Ipſe Pater, cum tempus erit digniſſima facta
Luſtrabit; Laudis pars ſibi magna venit.
Tunc te felicem dicent, Procereſque ſuperbi
Guſtabunt cœli quid pia dona ferant.

VISIO VATIS.
ELEGIA IV.

NOctcurnus cœpi chartis vigilare Platonis,
Me quoq; Palladiæ dũ vocat umbra oleæ.
Blanditias lecti fugiens citò tergere cogor
Ex oculis somni relliquias digito.
Musæo radios præbebat lampas ab alto,
Et vestit totam sole lucerna domum.
Ex ebano plenis erecta hìc scrinia libris
Servabãt priscum tot monumenta virum.
Hìc quisquis legitur, doctis florebat Athenis,
Quos aluit ludis Græca palæstra suis.
Hinc Philo, Parmenides, Stoicisve Panetius armis,
Et cum Chrysippo docte Menandre tuo,
Ecce repentino radiabat lumine sedes,
Ceù Phæbus scissa nube nitere solet.
Hinc Puer auratas quatiens citò pervolat alas,
Cui sinus ex humero puniceus refluit:
Dispositis facies radiat pulcherrima membris,
Per malas geminæ stantque, virentque rosæ.
Cui gemma in medio crinum confinia vultu
Dividit, & Pelopis fronte nitebat ebur.
Corneus à tergo pendebat leniter arcus
Aurea cui telis cassida plena sonat.
Pendebant lateri vittæ de fronte solutæ,
Candidaque accensa cui face dextra micat.
Ut planta tetigit tectum, sic voce sonora,
Qualiter arguto, Templa spadone sonant.
His tibi nunc rectè venio noscendus ab alis,
A capitis vittis, à facibusve manus.
Tu Puer Idæus, quem tunc Venus alma creavit:
Nam notæ vittæ, tum benè forma mihi est.
Deliciarum habitus mundo non futulis author,
Qui cunctos cogis sub tua signa viros.

Nec

Nec Superis parcens, de te nec tuta Creatrix,
Juppiter an quoties pro bove mugit humi?
Pro ſceptro & cornu ſtrinxit, te agnoſco quid inde?
Anne tuis operis non ego tutus ero?
At mihi pulchra Erato multos dilecta per annos,
Cui mentem impendo, connugiumque rogo.
Deſine quæſo *Puer*, mihi nec diverſa petatur
Uxor, nequidquam ſed cadat alter Amor.
Cultor honeſtatis vates, nec fœmina debet
Attrahere & mentis, quidquid & ingenii.
Aſt Puer. Inſidiæ nullæ: Deſiſte timendo
Ipſe ego nam vates, Pieridaſque colo.
Ex quo mellifluum Parcæ rapuere Marinum,
Nec ſonuere arcus, nec micuere faces.
Phœbus, Amorque dii vatum, nec me ſine dulce
Quidquam, ſed numeros temperat altus Amor.
Ergo omnis debet me vates noſcere diuum,
An Venus haud omnis Diva melodis erit?
Naturæ vinclum vocor, & dulcedinis author,
Et cœlum nutu volvitur omne meo.
Vanò igitur raucis corvorum peſſima roſtris
Turba ferit cignos, dilaceratque procul.
Dulciſono vates retegunt altiſſima velo,
Mentibus hæc meritò non retegenda malis.
Sed quoties geſtit celebrare Marinus amores,
Atque meas vires, mellifluaſque faces.
Luſerat oſcillis, ſenſumque ad myſtica vertit,
Non eſt de vili res capienda modo.
Sermo eſt de fati vicibus, ſtelliſve ſupernis,
Obſita quæ nitidis ſit via ſyderibus.
Sic quoque teſtantur magni monumenta *Platonis*,
Idæas Lunæ quì poſuit gremio.
Aſt aliquis tumidus pluſquam ſibi ficta popoſcit
Virtus, hos verſus vertit in opprobium.
Idem ego, vel totius dicor concordia mundi,
Per quem mens dulci lege ſuperna regit.

Vatibus inspiro mentes, animamque, sonumque,
Dulciter & facio tangere fila lyræ.
Sed genus exosum, & duri fastidia secli
Ignotis faciunt hunc strepere articulis.
Ista ætas ducit, non digno dedita lucro
Pro nihilo vates, pro nihiloque sonos.
Pieridas spernunt, per quas trangressa paludem
Per Stygias victrix Fama pererrat aquas.
Per lethum non cuncta ruunt, nec finis adumbrat
Prorsùs, cui Genitrix, Pierides que favent.
Ast perdit cunctas amplexa pecunia mentes,
Et crescit lucri non satiata fames.
Proh scelus indignum, mens ipso turpior auro
Mergitur in fosso tota sepulta solo.
Dulcibus haud prodest pharetras armasse sagittis;
Sed mala præfixo corda adamante rigent.
Nec tibi sit durum seclo placuisse maligno
Numquam, sed surdis rupibus ingemere.
Dos tibi magna fuit Pimpla recubare Camænis,
Et cordis dulci clave aperire fores.
Sit doctis placuisse simul, ducibusque benignis,
Nec terræ injusto pondere terga premis.
Sit dulce & celso toties Helicone bibisse,
Quò sumpsit plenas ore Marinus aquas.
Sit pressisse tibi blandi vestigia vatis,
Et matrem Cypri te redimisse rosis.

Invitat Excellentissimum
D. ANTONIUM GRUTTHER
Ducem S. Severinæ
Ad delicias Villæ.

ELEGIA V.

ASpice, ut Antoni sylvæ, vitreæque lacunæ,
Te petat & pictum fronde virente nemus.
Et læti colles, atque hispida terga jugorum,
Et mulcent viridis picta tapeta thori.

Cur

Digitized by Google

Cur diversa petis? vel quæ mora dividit? istinc
Lenæus visens accolit arua Pater.
Aurea de tortis dependet vitibus uva,
Alma rubescenti nectare terra madet.
Autumnus musto madefactus crura rubenti,
Est visus tardas accelerare moras.
En Pater altus adest, hilaris, fortisve, rubensve,
Æstiva ad Libiam pessima fugit Anus.
Punica purpureos perdunt modò poma pyropos,
Gemmea tum refluunt viscera sparsa solo.
Te cœtus Dryadum vocitat, nectitque corollas,
Flóreque substernunt omnicolore vias.
Rumpe moras omnes, nec dedignaberis heros
Hinc lucum, & Paphiæ fana sacrata deæ.
Atq; atauum quamvis generoso à sanguine cretus,
In melius silvis hinc traherere genus.
Dis silvæ cordi, visunt quoque Numina silvas,
Agrestes cœlo dum posuere feras.
Paverat Admeti tauros Amphrysius heros,
Auratasve rudi nexerat arte comas.
Sed felix Pastore pecus, pro munere tanto
Candida in aurato vellere lana redit.
Pan Deus Arcadiæ magnus, pecorisve magister
Mænalii incoluit scrophea saxa jugi.
Hunc observantem præter Carecta puella
Fugerat obscænam jam tremefacta manum.
Ast illi calamo tegitur vaga forma palustri,
Stirpe pedes, ramis dextera, fronde coma.
Fistula disparibus tunc est conjuncta cicutis,
Pastores illum tunc didicere sonum.
Cynthia quin cœlo linquens sua plaustra sereno,
Lustrat flammato lathmia saxa pede.
Osculaque in summum figens argentea vultum,
Dulcia nocturno tegmine furta tegit.
Saturnus superis fugiens pater exul ab oris
Glande famem suasit pellere, vite sitim.

Digitized by Google

Si nihil excelsa, quò tu verseris in arte
  Esse times, vanus, nec ratione timor.
Pelides nemorum docuit sua membra palæstris,
  Torsit in imbelles spicula prima feras.
Et firmos tenuit gressus Chyrone magistro,
  Quà duro ad cœlos semita calle regit.
Jessæusque puer campis lacerasse leones
  Dicitur, & certa saxa rotasse manu.
Forsitan urbanæ nemorum complexibus arcent
  Deliciæ, & vani jurgia rauca fori?
Forsitan aulæis rapuit te sponda superbis,
  Aut picta aurato cardine nexa domus.
Assyriæ lanæ, atque Ephiræ minus acre metallũ,
  Divitis aut rapiunt atria celsa laris.
Simplicibus meliùs decorantur culmina pompis,
  Pulchriùs et substant montibus antra cavis.
Quàm meliùs viridis spes est hìc florida prati,
  Quàm vana humano mortua corde fides.
Nec minus auratis rapiunt data pocula labris,
  Quàm viva agresti lympha refusa scypho.
Nec jucunda minus resonant aviaria cantu,
  Quàm scurræ in trivio verba prophana movẽt.
Plus spectare juvat concurrere frontibus hircos,
  Quàm charum insano ponere marte caput.
Nec tibi sit durum mediis habitare bubulcis,
  Regius innumerum pavit ovile Paris.
Nec tauri informes, aut sectans Bucula matrem,
  Fronte nigra, duris cornibus, ungue brevi.
Et Taurus cœlo stellantes ruminat herbas,
  Candentique latet sub bove forma Jovis.
Connugii tauri gaudet Dictæa puella,
  Phœbus & Amphrysi duxit in amne boves.
Cynthia sydereo duxit temone juvencas,
  Atrox pro tauris Amphytrione satus.
Aspice, quàm puro madeant mulctralia lacte,
  Quam croceæ superant plena canistra pyri

In-

Digitized by Google

Antoni, incipias ſubjectam noſcere ſylvam,
Et ferre oblitos per tua regna pedes.
Ignaros non ſilva juvat, nemus odit inertes,
Et ſpernit Dryadum vulgus inerme chorus.
Progeniem heroum diſcunt celebrare Napeæ,
Præſtanteſque legunt corde, animiſque viros.
Spicula ſi doctus vibrare Cydonia nervo,
Ceruum ex arborea ſurgere fronte vides.
Sive haſtis longè percurrere montibus audes,
Non te ſpumanti dente movebit aper.
Plumbea ferrato torques ſi viſcera collo,
Simplex de cœlo præda volabit avis.
Pulchrius haud viſu regnum, quò Flora vagatur,
Cinctus & excubias falce Priapus agit.
Sylvanus pater, & totam dominata per Ætnam,
Et Dodoneæ numina clara deæ.
Dis tutela locus, quo non opulentior alter,
Oraque florenti ſemper amœna ſitu.
Clivoſi calles, atque antra virentia muſco,
Currit & è dulci lympha refuſa lacu.
Excutiunt gratas Platani recubantibus umbram,
Arvaque dum ſiccus findit hiulca canis.
Hinc placidæ volitant auræ, cœlumque ſalubre,
Nix numquam nudas findit acuta pedes.
Læta Cythæronis cædant hinc paſcua montis,
Ipſaque Eleuſinæ jugera culta deæ.
Cernes ceù ſtipula ſurgant frumenta virenti,
Nigraque non ſanum ſervet Amurca ſatum.
Naiades atque avium texunt mantilia pluma,
Cum feſſum quæris ponere rupe latus.
Lutheolas Calthas, vaccinia nigra, roſaſque,
Et carpent pleno lilia odora ſinu.
Atque triumphales ſuſpendunt frondibus arcum,
Et pluviis florum ſaxa, viaſque rigant.
Quis dubitat veniſſe, trahis natalia ſilvis;
Nam vobis cordi collis ab ungue fuit.

IN ÆGROTATIONE P. M. SCIPIONIS PERONTE.

ELEGIA VI.

VOs nitidæ mentes, ſummiq; Amphiones axis
Hìc veſtro, ut tempus poſcit, adeſte ſono.
Dulcibus auratas telis onerate pharetras,
Æthereo ſacras ſpargite melle fides.
Sit limes Peronte ſoni, dum triſtis anhelat,
Et membrain ſterili collocat ægra thoro.
Illius æthereis præcordia ſpargite lymphis,
Et mediis fibris omne fugate malum.
Cumque illo in mœſtis Carmeli gloria plumis,
Et languet pietas, Pieridumque chorus.
Forſitan excelſis debet concedere Divis,
E cujus pendet noſtra ſalute ſalus?
Quique animis toties dulci ſermone medetur,
Nunc tenui à patribus voce levandus erit?
Qui noſtris toties vertit ſolamina curis,
Hunc premit in mœſto cura maligna thoro?
Qui noſtra in recto firmans veſtigia greſſu,
Vix ſe ſe propria mole tenere valet?
Qui toties vigili luſtravit clauſtra rotatu,
Lumina nunc dira ſicca quiete gravat?
Febris atrox deſiſte diù, quid frigore corpus
Concutis, & gelidum texis in oſſa rogum?
Quid ſacro tu corde furis, quod nidus amorum,
Nobilior te te flamma vorare petit.
Flamma, ſacer Domini dextra, qua fulgurat enſis,
Qua flamma celſo ſydus in axe micat.
Qua flamma puro Seraphim collucet amore,
Helias quanto fulgurat igne pater.
Magna premit moles rerum, ſuper afforet unum,
Deque illo haud quiſquam ſcit memorare ſatis.

Cè-

Cedant heroes, virtus quos tradidit ævo,
Et quibus haudquaquam nomē inane sonat.
Nam patriæ patrem nemo se jure salutet,
Qualiter & Cicero, Scipiadesque duo.
Haud aliter sinet esse tuus te muneris actus,
Texere dum vestrum vix queat alter opus.
Vatis & igniferi libas propiora secundus,
Et clarè illius signa relicta teris.
Et benè credendum, tunc cum radiantibus astris
Duxit cœlestem fulva quadriga patrem.
Discipulo idcircò geminum se se inserit alto
Pro te, nam dono grande recumbit onus.
Spiritus est duplex; Elisæus concipit ambos,
Alter nempè tibi dum foret, alter ei.
Quanta tibi, quis scire petit, vigilantia subsit,
Munere dum numquam degener ipse fores.
Insomnem quæ cura premit, dum more Leonis
Dormis, sed somno lumina aperta tamen.
Quis tibi sit candor morum, vigor aptus ad omne,
Quò nam consilio reque, modoque vales.
Præpositum ut cunctis meritò Sol viderit annis
Perontem, & capiti cuncta secunda ruunt.
Quæ tibi dexteritas rebus properanter agendis,
Maturi motus, ingenuæque manus.
Quæ tibi majestas vultu, & spiramen amoris,
Aspectu ut releves pectora lapsa tuo.
Mira tibi cunctis substat tolerantia curis,
Ut firmes fortes, consolidesque leves.
Quis tibi virtutum cumulus, quò suspicis omnes,
Ex quibus in nostro monte videris apex,
Quò sulcum frontis roseo Deus irrigat imbre,
Prudenti ut semper germina fronde tegant.
Nec minus in rebus, quàm condis dogmata verbis.
In te, ceù virtus stat manifesta vitro.
Fons veluti vallatus aquis liquefacta remittit
Argenta, & nusquam quò caret, ipse tumet.

Te-

Digitized by Google

Te Plato scrutetur potiùs, seù quisque priorum,
Atque actus lustret, corripiatque decus.
Defuerit non ulla tui tibi moris honestas,
Perspicuum ingenium, compositumque caput.
Quævis in Hypparco veniunt bona lucra Platonis
Tu mente, atque animis, tum ratione tenes.
Tum capite ex quovis floret sapientia rebus
Stat tibi, de causis quomodocumque scatet.
Divinarum etenim capita, & primordia rerum
Æterno semper numine plena manent.
Quis Peronte, tuos musis nunc exprimet actus;
Dum sinit & breviter vita modesta loqui.
Tu veluti pontus multis circumvagus undis
Divino cunctos ebibis ore modos.
Ceu Aquila ignitum rostro nam fulmen adunco
Ducis, tum Solis sub regione volas,
Divinos radios, & non tolerabile lumen
Suffers, & victor sede Tonantis ovas.
Vestigas Fontem, Trinus quò riuus abundat,
Cœlestis mentem sublevat ala tuam.
Nunc languet; summum ceù servet vita tenorem,
Et secum fulchro Gloria nostra cubat.
Non æquum, ò Superi Carmeli arescere culmen,
Nempe illi æternum debet inesse decus.
Iste etenim illius fecit reviréscere fines,
Uirtutum madida germina fronte rigat.
Vive diù mi chare Pater, tibi Nestoris ætas
Cumeæ & currant vatis olympiades.
Cernimus & votis jam jam mansvescere cœlum,
Omina nec mortis Febris acerba tenet.
Ad solidum vires, rediitque ad pristina sanguis,
Festiuus nostro monte resultat honor.
Jam nostri Regina jugi, quæ veste sodales
Compsit, præclarà Diva medetur ope.
Ubere, quo cœlos hilarat, refecitque colonos,
Ardentem pergit tollere corde pyram.
Nos

Nos dignas tibi, Diva, damus pro munere grates,
Lambimus & Templi limen inerme tui.
Carmeli heroes foribus pia vota superbis
Affigent, letho queis rapuere Patrem.
Cœlatas inter tabulas, votivaque dona,
Auratis pendent quæ pia signa tholis.
Ipse ego, quà summis pendent monimēta favoris,
In medio pergam poste ligare lyram.
Littera sed servet, sensus, apicesque superbi,
Sic nomen nostri pignora amoris habet.
Pro patre servato Citharam suspendit Ioseph
In Templo Divæ, quæ sibi duxit opem.

DE LOCIS GENIALIBUS.
ELEGIA VII.

FOrtè animo cecidit strepitus, urbemq; peroso
Lustrare humano devia lustra pedi.
Taurus & auratos quassabat cornibus imbres
Florum, purpureos Uere replente sinus.
Accingor montem, nequiunt quē lumina nusquā
Metiri, impavido tunc superare gradu.
Occurunt facies nemorum, saltusve virentes,
Cervi inturbatos quò posuere lares.
Tentamus variosque aditus, variasque latebras
Cedens, quò Genius, sorsue, pedesve ferant.
Stricta per amplexus ramorum hic robora nutāt
Hos tantùm nemoris pace vigere locos.
Hinc virides Ebuli, tum fraga rubentia cingunt,
Arbor & Herculeo facta corona Deo.
Procedo, atque oculos, animumq; ad cuncta ferebā
Per virides scenas, gramineumque thorum
Ordine dispositi texunt umbracula rami,
Dant volucres pictos per nova colla modos.
Ventus odorato perfundit nectare frondes,
Quem nutrit placidis pulchra Canopus agris.

Sive

Sive Dei,ſive artis opus, ſeù provida tantum
  Naturæ in ſilvis officioſa manus.
Ut ventum ad magnum lucum,longèque remotũ;
  Olim quò ſedes Matris Acidaliæ.
Invenimus viridi depicta ſedilia muſco,
  Quæ lambens circum pulcher Amellus init:
Serpilla,& vepres,& læto gramine Tymbra;
  Et Crocus,& Paphio robore myrtus erat.
Marmoreæ ſedes,quaſcumque voraverat ætas,
  Cernitur & toto poſte ſepulta domus:
Diſiectæque trabes;convulſaque Fana deorum,
  Alta ſed immenſos occupat herba ſitus.
Inſtauro mentem,quæ ſint pulcherrima viſu
  Luſtrare,& variis atria firma locis.
Obex vi teritur,ſpiſſas via facta per herbas,
  Sub picto titubans imbrice poſtis hiat.
Hic pictos varia miramur imagine muros,
  Multa per annoſam ſunt aboleta manum.
Multa Dioneæ ſpectantur munera divæ,
  Multaque Cryſæi ſtant monimenta patris.
Atque hic Flegræi dantes fera bella gigantes,
  Scandunt montano ſydera celſa gradu.
Enceladus,Ceuſque ferox,Japiteſque,Tiphæus;
  Fulmine diſiecti tunc tremuere Jovis.
Parte alia Virgo gaudet Dictæa juvenco,
  Dædalus exauſti cauſa doloris erit.
Hinc Venus auratã pulchrè rotat æquore concã,
  Sunt ventis roſeæ retia facta comæ.
Nereidum chorus omnis adeſt,Tritonq;per undas
  Æquora ſaxoſis perſonat alta tubis.
Oſcula ſed cana figens argentea lingua
  Unda relambebat candida membra deæ.
Sic blandus cecinit dete Cytherea,Marinus,
  Cum vulnus curvo fleret Adonis apro.
Omnis pictura ſeptus micat angulus alta,
  Multa per obſcuras ſigna notata manus?

Oſcel-

Oſcillis ludunt Nymphæ, ſatyrique bicornes,
Atque ebuli baccis cornua vincta rubent.
Pyrrhaque telluris lapides cum conjuge jactat,
In Sponſam curru cogitur Hyppodames.
Aurato patrem ſpoliat dum Scylla capillo
Plumato mutans corpore membra levat.
Turpia Silenus deturbat furta Priapi,
Lampſacus ingratum purgat aſellus opus.
Herculis adversùs ſtudium pro pace novercæ,
Quæritur incaſſum fonte remiſſus Hylas.
Quà via, deſcendo, gradibus ſe ducit ahenis,
Quà lucus nulla voce ſtrepente ſilet.
Apparet Fani facies ſacrata vetuſti,
Clauſa ſed ærato janua vecte riget.
Mens quævis ſtimulat tentare ſacraria Diuum,
Inſtauro ſummo vota, preceſve polo.
Saxo ferratos diſrumpo à cardine poſtes,
Hinc patet à nullis janua morſa ſeris.
Obſervo luſtrans circum muroſque, ſolumque:
Undique per mirum cura magiſtra micat.
Hinc ſola gemmatis fulgent decorata lapillis,
Marmoreum fulcit dena columna polum.
Æratumque ingens ſubter teſtudine fulget
Altare, ærato machina fixa gradu eſt.
Marmoreis cigni pendent laquearibus albi,
Et benè cygneo ſaxa colore nitent.
Hinc dea cærulea ſurgens Amathuntia conca
Cernitur immiſſis nare per alta comis.
Artis opus miræ, lapidi ſtat ſpiritus albo
Nam vivo infixit marmore membra Faber.
Sol ruit intereà, tum nox adoperta tenebris
Imperium ſilvis viſa tenere prius.
Veſtibulo Templi ſedeo, corpuſque reclino,
Dum ſubito vincit membra ſopore quies.
In ſomnis variæ ſpecies, tenueſque figuræ
Viſuntur miris advolitare modis.

Ora-

Oraque per silvas nympharum imitantia formas,
Omnibus & vultu causa doloris erat.
Ex quibus una prior nobis sic voce profatur
Vates, cui dextro murmure celsa tonant.
Nos sumus Idaliæ nymphæ, quibus alta dicavit
Cœca ætas toto diruta Templa solo.
Et licet ætherei genus alto à sanguine regis,
Tristia , ceù spectas,nos quoque fata manent.
Cur taceant Tripodes, silvisque oracula quæris,
Linquat & hos saltus cœtus Amadryadum.
Causa patet,tantùmque orbis,tempusve poposcit;
Ob crudos redeunt ferrea secla viros.
Et vobis nusquam silvis venit obvia nympha,
Horrens è vestro signa relicta pede.
Et bello tonat omne nemus, montesve fragosi,
Antraque nec tanta peste remota carent.
In fera frondosos vertere hastilia truncos,
Pax perdit silvis irrequieta locum.
Undique bella fremunt,bello tonat excitus orbis,
Sanguine cœsorum pura fluenta madent.
Candida simplicitas montes, fluviosque reliquit,
Hinc haurit puras casside miles aquas.
Semper & ambitio mentem in crudelia vertit,
Improba germano saxa cruore madent.
Sanguine luxuriant segetes , est sanguinis herba,
Sanguineos profert pessima terra cibos.
Ipsi etiam blandi bellum cecinere Poetæ,
Castalis incassum jactat arena sales.
Ex ipso horrendæ facies, hominumque figuras
Fugimus, in longum contulimusque larem.
Legimus informes Silvæ Garamantidos angues,
Taliter & mediis anguibus acta domus.
Ipsa fugit formosa Parens, micat Hesperus axe:
Deserit & Cypri mollia regna suæ.
Quò tempus, quò prisca fides, quò candida morũ
Indicia, & nulla pax violata manu.

Quis

Quis vos antiqui revocabit secla metalli?
Et tam felices quis finet ire dies?
Tu, vates, quantas pateris studiose procellas
Inter inhumanas currere jussus aquas.
Hoc Superis visum, clavo tu fortis inhære,
Sortis non uno stat rota fixa loco.
Nobis cura vale vates, nam nocte fugata,
Aurora in roseis vecta rubescit equis.
Me tandem visum, ac somnus cum nocte reliquit,
Et stimulo ad lucem lumina tarda manu.
Ut primùm nitidæ Phœbi de lampade silvæ
Voluo per montes, & fera lustra pedem.
Quò latè sacer horror, ubique silentibus herbis
Me quoque cum divis fingit habere locum.
Per tetros errans campos, atque invia saxa,
Quà latæ, venio proxima meta viæ.
Ecce autem rauco strepitantes murmure riui
Lambentes præter stagna sonora fluunt.
Unda supercilio rupis cadit, inde recurrens
In ramum feriens currit aperta vias.
Ad sonitus dulces rivi stagnantis olores
Aptant diversis candida colla modis.
Ast ego lympharum fundens aspergine vultum,
Exhausi manibus viva fluenta cavis.
Colla, manusq; rigo, atq; albo madefactus amictu
Exicco lymphas, molliter ora fovens.
Adfuit ad mensam quiddam Cereale repertum,
Et legi mixtis roscida poma pyris.
Ut mensa expletur, jaceo resupinus in herba,
Quò surgunt viridis mollia fulchra thori.
Et comites auræ vigilant, mecum ipse revolvo,
Felix, cui silvis vivere posse datum.
Huic hominum exoso comercia noxia, silva
Dulciter insistens præscia cordis erit.
Ipseque non Siculis ductus parere tyrannis
Istic non aliqua compode crura ligat.

Hic

Hic Superis fruitur, quandoque ad ſydera raptus
Lumina proſpectat candidiora poli.
Quis noſcit curas, vitæque incommoda noſtræ,
Quot latrent noſtræ peſſima monſtra rati.
Nec purus nobis largitur lumina Phœbus,
Nigrior atque umbra lux maculata venit.
Nec mihi ſunt vires duros diſrumpere morſus,
Alligat aſt noſtros terna catena pedes.

AD D. OCTAVIUM PICCOLOMINI. ELEGIA VIII.

EN redit Auguſtus, manes properate Maronis,
Quos tenet in dulci nobilis urna ſitu.
Hic eſt ſanguineo generoſus ſtipite ramus,
Quò centum reges, quò viguere duces.
Hic nouus Alcides ſtatuit ſub marte columnas,
Quà nuſquam antevolat Gloria militiæ.
Perque illum tot ſceptra vigent, regūque ſalubri
Ad ſublime trahit pectora conſilio.
Hic dat jura mari, ceù tu Neptune tridenti,
Ad cujus nutum voluitur omne ſalum.
Hic legum cuſtos, quò non ſervantior æqui,
Et juſta æquata pondera lance movet.
Hic Vaticana tonat incunctatus ab Arce,
Iſte oſtrum meritis auxit honore piis.
Regia teſtis avis, quorum modò libera dextra
Sub colubri victrix ſigna cruenta volat.
Heroas veteres referam? tu ſolus imago
Octavi ad cunctos magne fereris avos.
Pantheon ad veluti cunctis domus ampla Deorū,
Sic omnes præfers, corde, animoque duces.
Tu virtute tamen proceres nunc deſpicis omnes,
Et majore tuum ſtringis honore genus.
Tu quodcumque geris, quovis tua lumina flectis
Carminibus ſemper poſt celebrandus abis.

Tu.

Tu ſonipis dextra frænos molitus Iberi
Inſequeris crudas enſe minante feras.
Flammiferas tetro jaciens ſeù gutture pilas
Æthere non ſimplex ſæpè volabit avis.
Tu flammis mortem, morti tu ſuggeris alas,
Quam pedibus plumbi mors violenta ruit.
Urbis & exoſus ſtrepitus ſub rure quietum
Tempus agis, laurum pax tibi clara gerit.
Pax vaga inaurato cinxit tibi pectus amictu,
Atque aperit puri templa ſerena poli.
Illa tibi colles reperit, ſaltuſque virentes,
Et facit in duro te latitare jugo.
Scilicet inſignem tenuerunt rura Catonem,
Quò licuit teneros applicuiſſe dies.
Curtius adfractis felici in Marte Quirinis,
Nobile ſub villis tempus agreſtis agit.
Nec foret inſignis prætor Servilius arte
Agreſti proprios ni coluiſſet agros.
Ruribus & ductor Numidum Maſiniſſa retentus
Legavit natis jugera plura ſuis.
Tu victor tibi fræna geris, nec nobile pectus
Formoſæ expugnans os muliebre ruit.
Deficit ipſa Venus cum tu pietatis amator
Indigna ad vitam? neve inhoneſta petis.
Scilicet his Salomon victus, Davidque fidelis,
Et perdit fortem Dadala pulchra Ducem.
Quid referam miſero manibus donaria plenis,
Cum turba auxilium quærit egena tuum.
Nam tibi ſacra Dei, tum ſunt ſacraria cordi,
Munifica fulcis diruta Templa manu.
Tu cupies quodcumq; auri, quodcumque decori,
Templorum ornatu quæ prætioſa vigent.
Et quà Pactolus campos rigat aureus unda,
Ad Domini cultus hunc fluitare velis.
Et velis auratas, Hermus quas mandit arenas,
Electrum, Eridani quò maduere ſinus.

Si-

Sisteret & fluido per te Cyllenius alas
Argento, ut magnum pondus abundet humi.
Quod facere intendit Naturæ incredula mori,
Et sedet ad vanos chymica turba focos.
Sed felix sic usque manens, ad sacra Tonantis,
Flecte tuas multas, quas Deus auget opes.
Instaurare sacras pompis solemnibus aras,
Nil fuerit felix, ulteriusque pium.
Sed relegam quosdam tot circum gramina flores
Virtutum, Engaddi queis bona rura virent.
Atq;tuum referam regimen, cum legibus æquis
Ad nutum Genii regna paterna regis.
Et regnis homines, homini cor subrigis altum,
Qui tibi & affectum,tum tibi corda litat.
Sit facilis veniæ princeps, tardusve flagello,
Quàm rectè populos virga benigna regit.
Nec tu muneribus victus te dividis æquo,
Cunctaque sed justo pondere facta notas.
Per lances numquam pondus procumbit iniquis,
Æquatum examen, justus & ensis adest.
Sic eris imperiis, ut si spoliaberis illis
Occurret facies non inimica tibi.
Te patrem exclamant viduæ, patremque puellæ,
Causa tuis manibus pauperis omnis adest.
Sis felix,non livor edax, non invida nomen
Diva notet, magni sis pia cura poli.
Talibus Augustus domuit feliciter orbem,
Injustum capiti nec cadit illud onus.
Vectibus æternis portas dum munit ahenas,
Quò furor horrendus,quò mala bella fremunt.
Nomine dum similis, fueris non actibus impar,
Illi, penè eadem gloria utrique cadet.

RE-

Digitized by Google

REDITUS AD MUSAS. ELEGIA IX.

Reddite me Musis, quis me procul ire coegit?
Nec sinit & cura me stimulare levi.
Haud ipse altricum potero meminisse mearum,
Quæ mihi sunt umbris, lucibus & comites?
Cũ mihi nec mater, nec sit soror ulla propinqua,
Et soror, & mater tu mea Calliope.
Præcipuè curis cum tot premor ipse malignis,
Ex ipsis venit lene refrigerium.
Obversus sorti cithara solamen ab ista
Carpo, meque ipso condoluisse juvat.
Orpheus ad gelidas desertus Strymonis undas
Sic gemuit mœsta fata maligna lyra.
Interdum ægrotam solans testudine mentem
E lacrymis reddo mollia fila meis.
Sunt quoque deliciũ lacrymæ, quæ corde ruentes
Inveniunt oculis grande canalis iter.
Nam reliqui vates regum per tecta superbi
Cum dulci pandunt nomina lata sono.
Deficiunt lapso Mundo benè Mæcenates,
Adversùs cignos sed duplicantur aves.
Ast ego nec curas valeo mulcere malignas;
Ast alii saxum ducere posse datum.
Sic animi cecidere mei, nec facta potestas
Parnassi excelso me relevare gradu.
Nam victas canerem turmas australibus armis,
Atque è Pannonio monstra fugata solo.
Ex Adria celsum referam rugire Leonem,
Cum crudo ut bellum grande Dracone gerat.
Nevè onus indignum; Genio nam talibus aptus,
Atque opus excelsa grande referre tuba.
Unguibus à teneris favit mihi Barbitos omnis,
Ipsis Musarum lætus in uberibus.

Ast

Digitized by Google

Aſt nunc metiri longè ſpatia altera cogit
Mens mala,meque elegis condoluiſſe petit.
Sed doleo, atque utinam deſerta in rupe dolere
Poſſem, nec vulgi fabula nota forem.
Infelix Niobe propria ſub carne ſepulta
Sic malè natorum buſta ſuperba gemit.
Nempè adſum turbis noſtros luſtrantibus actus,
Nec mihi vel furtim congemuiſſe datur.
Tritius indigna ſtringens ditione querentes
Nec gemitu, & nutu, nec ſinit ore loqui.
Illum indignantes populi per tecta trucidant,
Nam tentata diu parturit ira necem.
Utraque vis cogit, vivo lacrymanſque,canenſq;
Et lacrymæ cantu, cantus ineſt lacrymis.
Sæpiùs & ſilvas iſtìc, ſaltuſque peragro,
Nec florum ſpecies, nec levat ullus ager.
Et capto volucrem laqueo, qui carcere picto
Clauſus non mœſta dulcis in aure ſonat.
Sic dorſo montis jaceo,montemve recingunt
Limoſæque ulvæ,tum fluvialis aqua.
Unda jugi nam ventre cadit, tenuique meatu,
Et gemit ad planctum mutua gutta meum.
Sunt comites auræ mecum,virideſque lacerti,
Et volitant æſtu,cum refugantur aves.
Hìc maneo ſolus, cubito caput inclinatum ,
Et volvo vitæ mente nefanda brevis.
Nec ſiccæ ſunt rore genæ, nec lingua querelis,
Et lacrymis venit miſta querela ſimul.
Nempè alii noſtri veſcuntur luminis aura,
Aſt ego tam vili parte relictus agor.
Quid vetuere Dii Libicis patria alta ſub oris
Cepiſſe, aut gelidi ſub regione Scytæ.
Atque utinam tetris jam tunc ego naſcerer Afris
Quà numquam cœlum pro pietate gemit.
Et Nilus pro me meliùs cocodrylon alebat,
Paſcebatque ſuos ſive Erymanthus apros.
Seù

Seù terra, quàm Sol fugiens non lumine veſtit,
Vel quò tum radiis horrida ſaxa coquit.
Quò ſurgunt hydri, & crudo Boa fulminat ictu,
In geminum ſurgens Amphyſibena caput.
Quid me Syrenum dulci ſub littore naſci
Profuit, & Patriam nec tetigiſſe datur ?

AD D. ALEXANDRUM SCAMMACCA JURISCONSULTUM.

ELEGIA X.

PUrpuream Mavors vellat de caſſide plumam,
Quæ valeat celſi nomen arare viri.
Te Scammacca canam, toties quod mēte probavi;
Sed cura ad varias traxit iniqua vias.
Vos Latiæ Charites, primæ mea ſacra juventæ
Adſitis, [illegible] ſolitum carmen Hetruſcus hio.
Tale venit tempus, tum gloria tanta canendi
Qualis Achilleo tempore Meonidis.
Nunc decorare juvat dextram, nunc gloria major
Pindo, ſubjectum non leve plectra quatit.
Ætneæ rupes, nec non Semethias unda
Teſtis, tuque ſacra mente Creata Jovis.
Diva ferox Elephante ſedet, ferrumque coruſcat,
Et parma hoſtiles diſſipat atra minas.
Parma Meduſæo non ſævit imagine dudum,
Gorgonis objectum nec furiale riget.
Illa ſupercilio, clypeiique decentiùs oris
Scammaccæ ſcribit nomen inerme ducis.
Ut cunctæ audito ſecedant nomine lites,
Vanus & ad Stygias advolet error aquas.
Diva potens bello, poſitiſque potentior armis
Se ſtudiis facta pace benigna locat.
Palladium Catanæ poſuit, priſcumque trophæum,
Pro gladio calamus, pro galeaque liber.

Et ſacram legem ſuperis quæ condita regnis
  In Catanam transfert, Engeladiqne plagas.
Unus & ingenium rapuit fatale Minervæ,
  Illius & cuſtos non violandus erat.
Prædatus ſenſus divæ, quem propter & omnes
  Liquit Cœlicolas, ambroſiæque dapes.
Conſilium dedit illa viro, petit inde viciſſim.
  Alter ab alterius pendet ubìque ſono,
Hoc meritus, ſpiratque Deæ peramabilis heros,
  Cujus conſiliis prægravis Ætna tonat.
Illius innocuos peregrat Prudentia fines,
  Fronte peroccultum tum penetrale locat.
Ævo non gravior, gravior pietate niteſcit,
  Et ſenii ſplendor facta virilis init.
Fortis Alexandri nomen ſortitus ahenum
  Illius ingenium re, ſonituque probas.
Quis legum ingentes meliùs tranaverit oras?
  Virtutis meliùs quis ſacra regna domat?
Quis meliùs poterit nodos ſuperare bilinques,
  Quis meliùs cunctis jungere fræna viris?
Ad lucem ut venit proles præclara Philippi
  Hunc ſuper ominibus fertur adiſſe polus.
Scilicet ut Triviæ moles ſuprema làbaret.
  Divitiis Aſiæ vix ſimilanda parùm.
Fertur ut adſiſtat ſacro Lucina ſub ortu,
  Numinis inſignem deſtituiſſe domum.
Haud aliter cecidit noſtro, dum proditur alvo
  Heroi, & ſolem Sol decorandus init.
Deſerit & cœlum, & quidquid Tritonia mundi,
  Omnis Athenarum tum penetrale ſoli.
Scammaccæ adſiſtat, roſeiſque adſtringat in ulnis,
  Et cunas blando ventilet ipſa pede.
In cunis lances, cunas in lancibus aptat,
  Sopitum corpus quò tenet ipſe puer.
Exultāt Charites, texuntque ex flore corollas,
  Quas alit in niveo nobilis Ætna jugo.

Talis

Talis Alexander numquam fraudaret avorum
  Spem ſacram, Alcidis currere doctus iter.
Haud decus exiguum cernet Catanēſis,& omnis,
  Qui latus Ætnæum, Trinacriamque colit.

INGENTIS TEMPESTATIS DESCRIPTIO.

ELEGIA XI.

HI fines lucis ? forſan nunc vivitur iſtic?
  An mea per Stygios errat imago lacus?
Vivo? per vitam magnus mihi gignitur horror,
  Quis me nunc mortis faucibus eripuit ?
Tam ſumus indigni ? vaſtum nos reicit æquor ,
  Et prædam curat non Libitina ſuam .
Me capite in gremiis, ego vos amplector, arenæ,
  Et crudi aſpectu me ſpoliate maris.
Hìc ſale perfuſos ponam miſerabilis artus,
  Hìc ſaltem membris parta ſepulchra meis.
Quæ regio?quæ regna?tenent homineſne? ſupinè,
  Non hæc viventi ſunt loca preſſa pede.
Gnoſſia convoluens deſerto in littore greſſum
  Conqueritur falſam ſic Ariadna fidem.
Hic Polyphemus adeſt,an ſunt Leſtrygones iſtìc;
  Monſtrorum in prædas inſtar Ulyſſis ero.
An ſolis regio,tenuit nos horrida Circe,
  Mutans in diras corpora noſtra feras ?
An ſunt Alcìnæ lucus, quæ fallit amantes,
  Arboris & duro cortice membra gravat.
Ut videt indignam fugiens Rugerius artem
  Membra ſub antiquum mox redeunda modū.
Quæ mens his ſinibus,vel quo pede tendere cogor,
  Exanimem ſicco me vomit unda ſitu.
Hoc mortis vitium, venandi percita cura
  Reſpuit inventa , aſt invenienda petit.

Meque iſtis captum credit, ceù pignus arenis,
Naufragium reliquis inde operata viris.
Quid queror ah demens, ſuperũ pernoſcere dona
Indoctus, Superis hæc tibi vita datur.
Quid verum dubitas? quæ cœca oblivia mentem
Eripiunt, votum te duplicaſſe Deo?
Non ſinus infamis, Cyclopes longiùs iſtinc,
Hoſpitium magica nec violatur anu.
Si tamen eſt aliquis, cui non patefactus ad aures
Sit caſus, nec adhùc noſtra querela venit.
Perlegat, hoc poterunt illi mea ſcripta referre,
Mittitur ad patrios littera noſtra lares.
Vix fato adverſo ductus me fidere ponto,
Linquens ſeptenis mœnia cincta jugis.
Quà petit æquoreas refugare à finibus undas
Tibris, cum ſævo territat amne ſalum.
Aſcendo cymbam, nautæ Syrenis alumni,
Præſtantes tumido pellere rore ratem.
Nam genio fluctu, tum tempeſtatibus apti,
Fortunam adversùs nautica tela gerunt.
Principio in gremio pontus felicibus undis
Accipit & ridet fronte micante polus.
Pro zephiris fluctu navem crepitante movebat,
Auſter, & Eois nubilus Eurus equis.
Et nos incerti caſus, Sortiſque futuræ
Sub cubito ſomnis lumina fida damus.
Quàm mare terrificum monſtrũ, quã bellua fallax
Sæpiùs & frænum calce trabale ferit.
Ut felix ſtetit, ut ſubitò fuit horridus Æther,
Ut ſubitò reſerant Tartara nigra gulam.
Me miſerum, quanti percurrunt æthere nimbi,
Atque horror cœlum cinxit, & horror aquas.
Procumbunt ponto venti, quotque Eolus antro
Indomat, à fundo voluitur omne mare.
Miſcentur majore minor, paruuſque minore,
Totaque cum natis turbida turma furit.
Nec

Nec felix Zephirus, nec quisquis regna Canopi
  Deserit, in dirum dulcis & aura fremit.
Ceù quondam timidū lacerans mala bellua ceruū,
  Ostendit catulis pabula capta suis.
Addens exemplum prædæ, patriique furoris
  Illa super captis adstitit atra cibis.
Diffusi per prædam olli luduntque, ruuntque,
  Et simul accenso membra furore vorant.
Et pedibus tergus lacerant, tum dentibus atris,
  Sanguine diffuso colla, thorosque lavant.
Morsibus & rabiem complent, fremitusq; minaces
  Addunt, hùc, illùc frūstra reuulsa ferunt.
Sic auræ reliquæ infestant, Aquilonia proles,
  Et quævis tetro flamine damna cupit.
Illicò turbato duplicata tonitrua cœlo
  Audiri, atque imber post sine more furit.
Omnia diripiunt nubes lucemque, polumque,
  Et cingit totum nox tenebrosa mare.
Flectite per terram navem, date vela, perìmus,
  Exclamat, clavo rector & ipse sedet.
Heù mihi quot diris monstris trabs una voratur,
  Quæ rapiunt diris hanc pia vota feris?
Culmina lympharum pendent lapsura, caduntq;
  In latus & navem dira procella ferit.
Pendet in obliquo lignum, tunc nititur omnis
  Pubes supposita vix retinere manu.
Verberat hinc grando, cœlum furit igne minaci,
  Dum terrent spissa fulgora luce viros.
Ast nautæ generosa phalanx, arma omnia contra
  Prensant, indicunt bella tremenda notis.
Insurgunt tonsis, velisque tenaciter instant,
  Sin tuta ex aliqua sit statione ratis,
Ast euri contra duplicatis flatibus audent,
  Et simul instantes vela ferire petunt.
Et feriunt, soluunt funes, quibus arbore vela
  Nectuntur, proræ tum revoluta cadunt.

Digitized by Google

Colligere ardenter socii, hæc contra omnia vires
  Audent, à sævis tollere lapsa notis.
Hinc fessa interea pugnare ferociter auris
  Navis dat lymphis per tabulata viam.
Excipit hostilem fluctum temeraria puppis,
  Sed junctim verrunt cœrula stagna viri.
Atque oculis mensus spatium maris omne viator
  Ingemit, & lacrymas nec duplicare sinit.
Omne maris spatium mortis ceù vasta vorago
  Cernitur, est letho durior ipse metus.
Fluctu æquor, tonitru cœlum, tum nubibus aer
  Terrent, neve viam scit reperire salus.
Votaque tum duplicant, coram peccata fatentur,
  A superis culpæ, sin venia ulla datur.
Ast Pater omnipotens tandem miseratus ab axe,
  Non furere ulterius monstra maligna sinit.
Lumina convertens aperit Templa aurea cœli,
  Atque ipsa in pœnam mergitur horror aqua.
Extemplò auratas suspendit lampadas axe,
  Inde repentina luce favilla cadit.
Omnia visa palàm nobis ridere repentè;
  Nubibus & cœlum, fluctibus æquor abest.
Adfuit hinc Virgo, tum gloria Carmelitæ,
  Et proprio excepit naufraga membra sinu.
Gajetam ferimur, fundat gravis anchora navem,
  Et priuus fracto nauta rudente gemit.
Ac simul adnixi magnum succendimus ignem,
  Et sale perfusis vescimur inde cibis.
Tunc pia turba venit, casus miserata malignos,
  Es fingunt nostris oscula plura genis.
Et multo infusi relevamus membra Lieo.
  Atque oculos vincit post inopina quies.

LI-



LIBER III.

AQUÆ LAUS, ET DESCRIPTIO.

E L E G I A I.

VOs liquidi fõtes, ſcatebriſq; recẽtibus, undæ,
Et ſcribam pleno lucida ſtagna lacu.
Vos omnes Nymphæ, fluviis quibus humida tecta,
Et quibus exeſo pumice facta domus.
Maxima res fatu, nimiùm venit ardua nobis,
Ac tantum vires non ſaliere meæ.
Quis fines tentare maris, fluctuſque vagantes,
Oceani poſſit quis ſuperare ſinum?
Nunc pater Oceane, è cujus nam ſemine rerum
Vita exit, votis dexter adeſto meis.
Adſitis [illegible] Divæ, pelago quibus humida Thetis
Eſt genitrix, vobis pars quoque laudis erit.
Niſee, Spio, Melite, Panopea per undas,
Turbaque frænato piſce remenſa ſalum.
Et Thola, Cimodoce, tum ducta Lycorias algis,
Et Climine, & Boroe, Phyllodoceque ſimul:
Et Turni Juturna ſoror, reliquæve paluſtres,
Et fuſa in Siculis mox Arethruſa vadis.
Quæcumque & glauca redimitis arundine crines,
Eſtitit & vitrea facta palude domus.

Digitized by Google

Dicam equidem miratus aquam, quà gratior
 Res erit haud nobis, nec magis apta venit. (ulla
Perque ipsam nam terra viget, fert ipsa vigorẽ,
 Per quam pubescit jam renovata coma.
Sanguinis officium totos infusa per artus
 Explet, nempè animæ munera complet humi.
Atque elementares inter micat inclita formas
 Humanis mixtis pars quotacumque venit.
Nobilior terra, nam ipsa ceù sede locatur,
 Hæc gravis, hæc motu mox agitata suo.
Aera; ceu speculum fingit, quem sæpè figurat,
 Illius & vultum sæpè vagata bibit.
Contra ignes inimica furit, nam dura timore
 Hos cogit terræ linquere sæpè locum.
Ad rerum pariter mixtum quandoque recurrit,
 Quarum compositum cuncta elementa sciunt.
Et pugnant simul obnixè, corpusve resoluunt,
 Nec possunt longo fœdere inesse simul.
Corruptela venit, pereunt hoc corpora motu,
 Atque homines prisco pulvere membra tegũt.
Spiritus & Domini celsis super astitit undis
 Cum Mundum turpi traxit ab ore Chai.
Tramitibus cœli ruptis maria alta retorsit,
 Diluvio ut pereat terra soluta suo.
Noe stupet, parvam spectans innare carinam
 Per montem, è tantis incolumisque vadis.
Fluctibus immersi montes, & robora dura,
 Adæ undis mixtæ, tum maribusque mare.
Ipse per undosas sensit strepitare cavernas
 Pisces, per terram monstra marina fluunt.
Quà turpes Phocæ currunt, immania Cete,
 Delphinesque citi, tum pecus omne maris.
Ipse laborata currit vasta æquora cymba
 Unus diluvii raptus ab ore senex.
Ergo aqua purgavit vitium telluris iniquæ,
 Et rapuit magna sordida membra gula.

Ar-

Digitized by Google

Arbor & immanis, totòque immanior Orbe,
Cui frondes fontes, sunt fluvii folia.
Æquora sunt rami, quorum complectitur umbra
Terram, atque instaurant Sole calente solum.
Hæc nutrix rerum centum fecunda papillis,
Limpida tum species, irriguusque liquor.
Hæc audax hostis duplicat vim semper eundo,
Et petit in placitis ire superba viis.
Fusaque Chrystallus, spectat quò Cynthia formã,
Et multas liquido viscere claudit opes.
Monstrorum inventrix, argentea forma per orbē,
Spiritus invigilans, sanguis & altus humo.
Tu Bacchi domitrix, ægris solamen anhelis,
Sensibus idcircò semper amata virum.
Tu frumenta teris vasto subducta molari,
Fusaque per lacrymas dilvis omne scelus.
Per mare suffulcis curuo navilia dorso,
Ignotaque locas sub regione viros.
Junonis regno contexis in æthere fulmen,
Et jacis horrendo fulmina torta gelu.
Gloria nec solum flammæ contexere tela,
Tu quoque de scissa fulgura nube jacis.
In lycnis servata diù, de ventre rosarum
Transfusa ægrotis jam medicamen eris.
Per campos diffusa facis revirescere flores,
Tum se se propria gramina mole tenent.
Fusaque per tenerum sustentas germina rorem,
Et conchæ gemmas texis eburna sinu.
Aspectu viret herba tuo, tum gramina rident,
Et vitreo resonat margine fontis olor.
Villarum species, exornatusque jugorum,
Gratia nam pratis te sine nulla venit.
Congeries diffusa fores vaga margaritum,
Et nitidum simulas fronte micante polum.
Sæpè tuis Divæ posuere sedilia stagnis,
Cinctaque tum viridi colla tenent calamo.

Matris Ariſtæus potuit penetrare receſſus,
Cernere tum liquidi fulchra ſerena thori.
Quà Peneus genitor vitreis rigat arua fluentis,
Marmoreo & plenas fonte remittit aquas.
Obſtupuit paſtor motus miratus aquarum,
Miratus matris regna ſonora ſuæ.
Hoſpitium undarum vidit tellure ſub ima,
Et quò quiſque ſuas accolit amnis aquas.
Mincius unde fluat, Tiberis quæ ſurgat origo,
Quo feriat celeri ſaxa Garumna pede.
Quó ruat Eridanus, vel quò mavortius Iſter,
Quò Rhodanus rapidas agmine vertat aquas.
Unde pater Sebethus iter per dulcia regna,
Cujus odorato margine ſiſtit olor.
Syrenis gremio fuſus, de fonte lavacrum
Dat Nymphis, pulchrā cum ſpeculantur aquā.
Quis caput & Nili jactat vidiſſe loquacis,
Nutrit ſub pingui qui Crocodrilon agro.
Dum ruit in præceps, ſeptem mare vocibus angit,
Dum cadit à ſummo lympha refuſa jugo.
Niliacus prono confiſus membra phaſelo,
Ex alto mixtus flumine monte cadit.
Præcipitem periiſſe putas, lapſuque ſecundo
Miſcetur lymphis, aggeriturque vado.
Populus auratas demittit cortice ſtillas,
Et cadit ad rapidum ſuccina gutta Padum.
Pactolum memini, fuluum qui ruminat aurum,
Atque arva aurata pinguia meſſe replet.
Pulcher & Eoa ſplendeſcit jaſpide Ganges,
Nam de felici diffluit ille ſinu.
Sol zonam feriens rigidam nive multa ſoluta
Regna rigat, multus quò caput amnis habet.
Quid referam ſævas Hyades, ſeptemque Triones,
Quà parte Arcturus frigida plauſtra vehat.
Viſceribus terræ fluuii generantur aquoſi,
Qui tamen inveniunt per juga ſumma gradum.
Col-

Collibus è celsis imas delambere valles
Incipiunt, donec sit mare meta viæ.
Ad mare concursus semper cumulatur eundo,
Junguntur passim multa fluenta simul.
Sæpè solent undas vacuæ spirare cavernæ,
Nam multis substat pars cava sæpè jugis.
Nec vacuum Natura tulit, seù concava lymphis
Regna madent, atro sive vapore calent.
Frigida paulatim tellus calidum omne vaporis
Destruit,& tenui frigore pone coit.
Concretumque simul manare foramine cogit
Guttis,undarum congeriesque fluit.
Sic fluere & rivi, rivique ad flumina verti,
Sæpiùs ob pluvias flumen abundat aqua.
Sed redocent alii: terram nutrire sub alvo
Concilium undarum,cuncta fluenta simul.
At alii: Oceanum terræ circumdare membra,
Illius supter tum penetrare sinum.
Ex ipso oriri fontes, fluviique canori,
Et putei, & tetro plena lacuna situ.
Undaque de variis finibus, venisque metalli
Currit, & illorum sæpè sapore calet.
Pars quoq;laudis erit lymphæ generasse metallũ,
Aptum telluris sole calente sinum.
Cætera quid referam cunctos vulgata per annos
Monstra,tenet longum nunc mea puppis iter.
Namque aliæ currunt salsæ, de sulphure puro
Accipiunt, aliis regnat amaror aquis.
Nec sistunt alii remadere bitumine fontes,
Epyro vestit lumine lympha faces.
E puteo, Nili cognoscitur haustus, Jacob,
Scribitur à plena fertilis annus aqua.
Atque alii fontes strepitu gaudere tubarum
Dicuntur, plausu tum superare sinum.
Æthiopes oleo madefacti à fonte relucent,
Indica tum patitur nec leve pondus aqua.

Atque Cythenæo sumunt humore salurem,
Porrò alii, & casto corpora fonte lavant.
Manantes oleo fontes videre Diarbes,
Unctaque demittunt membra liquore malum.
Scribit Athenæus madefactos sanguine fontes
Vidisse, authori vos adhibete fidem.
Intereà pueri casum referamus ad auras
Dum raucam puro pelleret amne sitim.
Quà pater Ascanius curua caput occulit urna,
Undaque marmoreo fusa lebete fluit.
Sed veniens hausurus Hylas de flumine rorem,
Exgustat manibus viva fluenta cavis.
Labentes gressus huic lubrica ripa fefellit,
Incidit ad raucas tum malefidus aquas.
Ille autem niveo findens de pectore lympham,
Per fluvium fugit, per fluviale vadum.
Alciden longè stantem ter voce poposcit,
Possit ut adducta se relevare manu.
Excipiunt gemitus ima de sede sorores,
Atque Ephyra, atque Isis, post Malanina simul.
Ast Isis pueri vultus stupefacta decore,
De nitidis oculis, purpureaque coma.
Ulva subduxit puerum, tum fonte sub imo
Attraxit vitreæ per vaga tecta domus.
Ille stupet nitidos fines, argentea regna
Limpida quò vitrea Regia mole nitet.
Miratur longas aulas, tectumque superbum,
Quò puro auratæ lampades igne micant.
Oscula sic figens puerum complectitur Isis,
Ad sacra purpureum colla monile gerit.
Hic sacris vitam cogit traducere regnis,
Quò semper viridi fronde amaranthus olet.
Ast puer inductus verbis, tectique decore
Alciden suffert destituisse foris.
Ast ferus Alcides juvenis vestigia servans
Concava sublimi littora voce replet.

Val-

Digitized by Google

Vallis Hylas, resonabat Hylas nemus ōne, Polusq;
Et pariter fluvius tum resonabat Hylas.
Illum sed Nymphæ vanò risere vocantem,
Et plaudunt choreis, & capita alta ferunt.
Salmacis & sortem referam, cum fonte propinquo
Prospexit juvenem fundere rore pedem.
Dulcis & aspectu, teneris quoque dulcior annis
Hic juvenis, pulchri frater Amoris erat.
Ex oculis nymphæ ad præcordia currit imago
Ipsius, hanc tenero pectore fixit Amor.
Ut videt, ut forma capitur, teriturque videndo,
Sed spernit juvenis fronte minante deam.
Illa quidē impatiens, nequidquā amplexa fugacē
Stringit, tum manibus colla decora tenet.
Hinc dono Diuum junxerunt corpore corpus,
Atque unum corpus sexus uterque probat.
Aspice ceù fluvio Narcissum forma fefellit;
Sic nunc quærit amans quilibet esse sui?
Ipse furit, tamen ipse fuit sibi meta furoris,
Ipsemet atque unus factus amatus, amans.
Atque illum in tenerū mutarunt numina florē,
Infidum pueri commiserata dolum.
Quid cæcum Alphei referā sub gurgite gressum,
Cum secura viis vix Arethusa foret.
Ast refluit molles argentea lympha per Indos,
Quò dives multas hausit Iberus opes.
Amnis & argento sumpsit grave nomen, & altè
Fulgurat ardenti ripa superba situ.
Alter & auratas fluvius subjectat arenas,
Et multa circum luce smaragdus hiat.
Quid referā crudam cladem miserabilis Orphei,
Quà lavat abjectos Ismarus Hebrus agros.
Nam matres illum Cicones carpsere per undas,
Et dederunt truncum flumine nare caput.
Ast nunc undarum quæram describere casus,
Et mihi scribenti diriguere genæ.

Hor-

Digitized by Google

Horrendum quondã monſtrũ videre ſub Hebro,
Pectore per ripam jam pavitante viri.
Bellua acerba, ingens, qua non immanior ulla,
Sternebat capto corpus inerme ſolo.
Nec Phocæ ſimiles viſæ, nec grandia Cete,
Aſt illud ſpernens æquor in amne vomit.
Ad caput aſcenſum longæ præſtare nequibant
Scalæ, centeno vix tetigere gradu.
Intereà Tibris vaſtum vomit ore draconem
Pejores Stygium non coluere vadum.
Huic virides alæ, tum colla rubentia ſurgunt,
Cui ſquamis ſævè terga ſuperba rigent.
Undique congeſtos fluvios vomit ore veneni,
Lumina ſanguineo torua rubore micant.
Et gravidæ letho volitabant aere peſtes,
Diluvies miſera dira ſub urbe furit.
Arboribus nex alta ruit, campiſve, ſatiſve,
Et pereunt omnes peſte ruente viri.
Examinis diram ſpirabat ab ore Mephitim,
Talis nec Stygio viſa Megera lacu.
Ad caput & Siculi fluvium videre ruentem,
Lymphaque non juſſum verſa cucurrit iter.
Quò maris & tractus propiorem dividit Iſthum,
Hìc cruda exciſo ſaxa cruore madent.
Sæpiùs eſt viſus terram tranſcurrere gurges,
Undoſis armis tum populare ſolum.
Hinc maris intereà fines, fluctuſve vagantes
Luſtrabo, magnum currere cogor iter.
Cernere tum fortis ſedeat nova regna Columbi,
Et cum Peruvio Meſſica regna ſinu.
Joniumque ſinum cernam, tum Caſpia regna,
Hircanas undas, Illyricumque mare.
Et ſimul Ægæo cogar, tum fluctibus Helles
Currere, nam paucæ non ego nauta viæ.
Atlantiſve ſinum, tum ſaxa Capharea luſtrem,
Qui tractus Indis dividit Æthiopes.

Ut

Ut possim arrectis venisse Propontide velis,
Vertens rostratas in vaga fata trabes.
Talis Phryxæum petit Argonavita vellus,
Quò pellex sæva decipit arte viros.

DEDICANTUR THÆSES THÆOLOGICÆ D. MARIÆ DE PAZZIS.

ELEGIA II.

MAgdala virgineos inter rosa mystica flores,
Quæ solita es nostro mitis olere jugo.
Respondet cui vita sono, sonus omnibus actis;
Nam te quid meliùs, candiùsque fuit.
E florum patria trahis incunabula florum,
Inter Carmeli tum spatiata rosas.
Florida nā tota es, manus ecce hyacinthina fulget,
Et fulgent rutilis lilia pulchra genis.
Languoris violæ, Narcissi & nobile gramen
Sunt oculis, fontem cum lacrymata trahis.
Da flores, miti queis texat cespite lectum,
Divinus pulchrè quò requiescat Amor.
Verbum, quod Patris gremio requiescere gaudet,
Cerne, ut Magdalio corde cubare petat.
Non aliena tibi debebam pignora cordis
Diva, sed ambiguus quæ meliora feram.
Ista arcana tibi Divinis eruta rebus
Adduco, cordi quæ magis apta tuo.
Nam tu Divinos meliùs speculata recessus
Imbuis ingenuam clara magistra fidem.
Quæ vix Angelicis detecta cohortibus essent
Tu capis, & captu lucidiora facit.
Nam quoties celsis leviter tu rapta theatris,
Angelico cœli jam fruerere cibo.
Astra patent, sacro cœli bibis aurea rivo,
Rivo, qui à Terno fonte madere solet.

Hinc

Hinc Triadis meritò, Fontisve arcana superni
Explico, quæ variis hinc agitata modis.
Tu faveas cœlo, charisque sodalibus adsis,
Virtutis memores qui viguere tuæ.

IN PERSONA D. SCIPIONIS MAZZA
Lacrymatur obitum ejus Genitoris.

ELEGIA III.

FRondibus Aoniæ lauros viduate sorores,
Ampliùs haud nostris nūc juvat ūbra comis.
Pymplæis errabo jugis velut actus Orestes,
Et frangam ad saxum corde minante lyram.
Mentis inops semper furiosæ Mænadis instar
Ibo. Gorgoneo forma rigore furat.
Nec Musæ, & dulcis prosūt modulamina plectri,
Atque tuus quondam Phæbe vocate favor.
Quin radios fugiam Solis ceu noctua pernox,
Exeso sedeam pumice mentis inops.
Sors atrox satiare meis, sævi improba, dudum
In me nec numen mobilitatis eras.
Omnia contorti ludibria suffero ligni,
Et firmam nostro fige rotam capiti.
Pro modico, parvoq; tenes me quidquid iniquè
Fecisti varia sub regione pati.
Abieci patriam, petii nova regna, Laresque,
Sum duro expertus mille pericla salo.
Temporis ærumnas, bellique incommoda vidi,
Nevè habuit firmum mens agitata modum.
Et fato propriore caput, duraque ruina
Oppressi, multis cœli, Erebique minis.
Est experta mihi vires, dextramque malignam,
Quævis per Stygiam errat Erinnys aquam.
Additur huic cumulo chari jactura Parentis:
Hei mihi singultus verba referre negat.

Cha-

Digitized by Google

Chare Pater, mi dulcis amor, mea sola voluptas,
Quò duro tegeris forma, vel umbra loco?
Sic natum linquis millenis mortibus auctum?
Mæstitiæ Oceano me fluitare sinis.
Te sine nil gratum, nullam dulcedo per auram,
Quæ mihi non patris curset ab ore priùs.
Te sine nil placidum, per te levia omnia fiunt,
Quamquam per medias navis eat Strophades.
Spectat adire feros tecum Lestrygonas, atque
Anchoreo Circes dente tenere solum.
Lene malum quodquam veniet, quocumq; va-
Mensaque Phinea rapta recedat ave. (gemur,
Nunc moriris, tantùm nostra sub mente virescis,
Ex te nil præter pulvis, & ossa vigent.
Chare cinis mihi semper ave, nec saxa negassēt
Cordis sub medio te sepelire situ.
Halcyonas imitatus ego nocturnus, & errans
Quæro subjecti frigida regna patris.
Visere nec cinerem tristis, nec voce profari
Sisto, cum muto pulvere fata queror.
Hei mihi Parca ferox, solito plus horrida nobis,
Quæ numquam debes nolle vetare, vetas.
Quid non æquali properas me cedere fato?
Desero vitalis debita jura moræ.
Autumno sic quærit hyems, sic veribus æstas
Ire priùs, salvo pomaque flore cadunt.
Vivit anus, vixere senes, queis vita negatur,
Et cecidit noster fronde virente pater.
Si tamen & nostri fueris tu sanguinis ultrix,
Cum patre debueras me repuisse simul.
Ulteriùs pro patre tuæ mea colla securi
Misissem, duræ mortis in arbitrium.
Prò quo nec dubito Letheam scandere cymbam,
Scitetur Stygia me Radamantus aqua,
Heù felix, nimiùm felix Cithereja proles,
Qui charum medio sustulit igne patrem.

Nec

Digitized by Google

Nec plantæ tremuere metu ſub pondere tanto,
Dat pietas medium per fera tela locum.
Felix, qui potuit , tantùm cui fata dedere
Flectitur aſt ignis , non Libitina tamen.
Aſt ego majori ſtringar cum patris amore,
Non valeo propria ducere morte dies.
Hic maneo cælebs, tectis malè cautus avitis,
Subque domus magno pondere ſolus hio.
Et cura exerucior cenſus, regnique relicti,
Et timeo rapidas ad mea membra manus.
Et ſomnos malè nocte ſequor, non fidus iniquis,
Qui quærunt patriis me ſpoliare bonis.
Heù fidi tutela patris, tum cura benigna
Illius, ad natum ſedulus uſque fuit.
Pro me me cultæ junxit patrimonia ſedis,
Illius & cura quiquid ubìque boni eſt.
Jugera tum coluit, villaſque extruxit amœnas,
Filius ut cultis ſæpè vagetur agris.
Incumbuere patris nunc otia noſtra labori,
Æquales inter conſpiciendus eo.
Præcipuè pro me multo flagrabat amore ,
Illi non alia, aſt unica prole fui.
O utinam imperio cecidiſſet noſtra ſupellex
Alterius, noſtra tum foret æde nihil.
Et miſeram traherem genitore ſuperſtite vitam,
Æquarem regum tunc ego divitias.
Chare pater, tibi cura fui, ſolamen, & æſtus,
Et præter me me nil tibi dulce fuit.
O quoties puerum charis me ſtringis in ulnis,
O quot ſub noſtra baſia fronte geris.
Ridebas noſtro, noſtro ſimul ore gemebas ,
Atque unum bino corpore corpus erat.
Et ſagulis pictis puerum , clamidiſque decore
Ornas, auratis eſt opus omne viis.
Aurata tum molle caput mihi caſſide munis,
Purpureis criſtis quò decoratur apex.

Oſten-

Digitized by Google

Ostendis virtutis iter, doctaque palæstra
  Me me virtutis lacte magister alis.
Et doctis ditas foliis, sapientibus armis,
  Apparent cultis scrinia plena libris.
Præcipuè juri jussisti intendere vires,
  Quod feci, & media plebe togatus eo.
Et quoque facundæ studui Demosthenis arti,
  Ut melior nostra sede niteret honor.
Et tandèm juris decorat mihi laurea crines,
  Oravi mediis aure probante viris.
Nunc longè abscedis, Genitor, me deseris istic,
  Et socium cœlo me rapuisse negas.
Quin etiam telis furtim transfossus iniquis,
  Mæroris quondam jam tibi causa fui.
Exanimis plumis ictu serpente jacebam,
  Pandebat verso cardine vita fores.
Languebam longè à patria, visuq; meorum,
  Hæc mihi syrenis littore sors cecidit.
Ut tibi crudelis percussit nuncius aures,
  Ad natum curris corde micante tuum.
Quis dolor occursu primo tam flebilis ægri,
  Humida non spisso lumina rore carent.
Candida per nostrum volvis tu brachia collum,
  Te propria vetuit sistere mole dolor.
Mi dulcis Fili, verbum dolor abstulit ori,
  Chare magis vita, sanguine, corde mihi.
Vulnere quis charum laniavit corpus acuto?
  Nostraque quis potiùs viscera dissecuit?
Ast ipse eloquio mulcens præcordia leni
  Mollibam, poteram quo meliore modo.
Siste diù plorare Pater, nam Numina sancta
  Antiqua rursùs membra salute tegunt.
Divinæ confisus opi, dextræque magistri,
  Quam primùm pergam tollere membra thoro.
Dicam equidē, cum vestra mihi percurrit imago,
  Advisus subitò corde virere vigor.

Os

Os patrium tam dulce mihi ; jam robore primo
  Incluso penitùs vulnere membra vigent.
Hosti largitus veniam pro pace superna
  Cum Patre ad chari regna Leonis eo.
Ipse tamen thalamo properat sociare jugali
  Natum, tum sacro jungere connugio.
Utque nouum nostro viguisset stipite germen,
  Ante suas plantas luderet alter ego.
Ipse recusavi sortis benè conscius atræ,
  Seù Deus inspiret, seù sibi quisque Deus.
Scilicet, & tedæ, quibus hinc Hymenæus adesset,
  Præstarent patrio lumina nigra rogo?
Dos cecidit, spes nostra ruit, pater occubat ūbris,
  Tædia nec morbi longa dedere viro.
Ceù subitò doluit, ceù se circum alta locavit
  Lintea, ceù vires prosiluere foras.
Nec medicina juvat, periitque ars cuncta parēti,
  Et fili, dixit semper amate, vale.
Ast ego ne talem potuissem cernere luctum,
  Quàm cuperem duro corda forare stylo.
Seù me præcipitem saltu vibrare deorsum,
  Qua supter nigro fornice lympha ruit.
Naufragus ut mediis subtractus ducerer undis,
  Quem nusquam mentis cerneret ullus apex.
Et mixtus saxis, fluvio datus hostia diro,
  Subjaceam mediis intumulatus agris.
Nec duros obitus cernam genitoris amati,
  Sed lingua ad Superos pondus inane tenet.
Nunc flebo infelix, plorat magè luminibus cor,
  Diffusum lacrymis cor oculis refluit.
Stat caput infixum cubito, demissa solo frons,
  Et malas multo lumina rore rigant.
Cor fuit ingenuum illi, tum mens apta regendo,
  Inclita per priscos munera functus avos.
Anteferens commune bonum, vitæque, suisque,
  Pro patriæ vendit seque, domumque bonis.
For-

Digitized by Google

Forsitã haud cupidus, nec corda nomismate mutat
  Sat sibi ab antiquo splendor abundat avo.
Urbs hoc cive caret, tanto domus ampla parente,
  Atque orba insigni terra relicta viro.
Is tamen & numerum facibus stellantibus auxit,
  Merguntur tristi pectora nostra mari.
Chare pater, forsan domui tua præsidet umbra,
  Ne me destituas ceù priùs auxilio.
Nam solitæ tristes umbræ, manesque priorum
  Ut vivi, propriis morte subesse locis.
Unde lares, patriique dii, Geniique locorum,
  Et viduata suo corpore forma venit.
Nec decorare velim sublimi mole sepulchrum,
  Ut fastus potiùs quàm nituisset amor.
Sed sibi corde velim, tũ mẽte aptare pheretrum,
  Atque Amor istius Dædalus est operis.
His pompis offensus eris, nam rara modestè
  Incessit medio sobria vita foro.
Compositus ceù semper eris, sic morte fereris,
  Ast Mausolæum barbara jactat amans.
Sed facibus pro te pulchrè sacraria splendent,
  Spiritus æternis ut requiescat agris.
Atque sacerdotes multis solemnia lustris
  Instaurant de te vota, precesque Deo.
Vive polo felix, meritus benè, passus acerba
  Es terra pro me, qui tibi cura fui.
Et quæ tibi cura fui dudum vivo, mihi functus
  Tàm mihi pernotus, tàm celebrandus eris.
Ut potis est quisquam reminisci nominis acti,
  Et pecus ad socium tum remeare gregem.
Ut civis patriæ, piscis reminiscitur undæ,
  Et sanguis medias ire per arteries.
Sic mihi dulcis eris semper genitoris imago,
  Quam mihi præsentem nocte, dieque gero.
Accipe sed genitor nostri leve pignus amoris,
  Si dignaris adhuc munus inane soli.

Seù

Digitized by Google

Seù proprio coram saliunt mea vota parente,
Huic cœlis pandat seù manifesta Deus.
Et mea cum medio cedat mala vita dolore,
In patrio ponam frigida membra sinu.
Emicet in capulo saxi tamen iste character,
Offerat & doctis verba legenda viris.
Scipio cum functo nollet plus vivere patre
Hac posuit vili mite cadaver hnmo.
Post lacrymas, voces, questus, post munera larga,
Dat vitam, nati tam specialis amor.

AD D. ASSENTIUM ROCCAFORTE.
ELEGIA IV.

Assenti à forti nomen tibi sumitur arce,
Talem te virtus, tum probat omne decus.
Amphion cithara summum qui temperat axem,
Est tibi corporeum jam modulatus opus.
Non saxis vivis, virtutibus obsitus exis,
Et caput ætherea contegis, usque domo.
Et Charites circum, vigilat prudentia custos,
Virtutis lata luce coruscat apex.
Es meritus nomen, cui non sit gloria dispar,
Arceque sub vestra nostra Minerva sedet.
Sortitus Catanæ munus tam nobile muris,
Clarior in Siculis quæ perhibenda plagis.
Aspice quisquis ades, quantum sit laudis adepta
Olim per claros urbs Catenensis avos.
Marte potens, ac pace magis, vel jure, vel armis
Æmula Romani jam patefacta soli.
Abjectis ipsam Pallas tutatur Athenis,
Ponere quò clipeum, Palladiumque ferunt.
Diva potens elephante sedet, tunicamq; rubentē
Aspice, quàm valida torqueat arma manu.
Sed positis bellis, versisque ad mitia curis,
Paciferis cingit frondibus illa comam.

De-

nocritos rursùs, Zenonas, alitque Platones,
as juri indixit, justitiæque modum.
d certare juvat virtutis laude, vel armis
it Catana excelsos inter habenda situs?
norum studiis, seù clarior arte docendi,
Cuncta etenim ex una Pallade gesta fluunt.
te utraque placet, tum signis talia mandat,
Invictas vincit, barbaricasque premit.

OB VICTORIAM CÆSARIS.
ELEGIA V.

AOnium renovemus iter, sat muta pependit
Parnassi in sola rupe relicta lyra.
unc jejuna sitis Pindi mergatur in unda,
Nunc totum Ascræo turgeat os latice.
æsareis dudum tempus plaudere triumphis,
Ad cujus jacuit barbara luna pedes.
obile subjectum, aurato res digna cothurno,
Quid segnes Musæ? spiritus unde lyræ est?
ittora tota fremunt, totus fremit excitus orbis,
Undeque festivæ vocis imago sonat.
Aurea Syrenes pulsant sub littore sistra,
Quas omnes inter maxima Parthenope.
Luminibus superare polum, flammisque serenis
Certat humus, cœlum nube reconde caput.
Aspicite utque animas, & lucida viscera tedæ
Flamma voret; Cœli nil opus hinc facibus.
Ignitæ volitant nubes, & sulphure signant
Æthera, per sudum sparsa favilla nitet.
Mille cometarum formæ, vastique dracones
Lucida flammato viscera ab ore vomunt.
Fulgura percurrunt cœlum, tonitruque sereno
Lumina compulso cuncta sopore citant.
Numina sydereis spectant patefacta finestris,
Cinthia festivo tempore lustrat humum.

Per

Digitized by Google

Per ſylvas nymphæ ſuſpendũt frondibus arcum,
  Atque antra his pompis non viduata ſilent.
Et Genii nemoris, quibus inturbata per hoſtes
  Sunt ſua luſtratis luſtra reperta viis.
Nunc calathos complete roſis, date lilia Nymphę
  Nam vobis pulso parta timore quies.
Quæcumque & ripas, & ſtagna tenebitis Jſtri,
  Et ſaltus placitum currere Biſtoniós.
Theutonicæ ſilvæ monſtris ſpoliantur iniquis,
  Omnia ſub nutu Cæſaris arma cadunt.
Vivat io Gæſar, cujus tremefacta nitore
  Argento tinxit pallida luna genas.
Qualis erat terror, cum barbarico comitatu
  Quaſſaret tumidum turba maligna caput,
Et validas duris ſtrinxiſſet viribus haſtas,
  Et fremerent rauco tympana pulſa ſonu.
Magna perarentes ſerpunt incendia frondes,
  Atque omne apprenſo corruit igne nemus.
Tunc trepidæ fugere feræ, damæque per ignem,
  Lunatas ſimile eſt ſaxa timere manus.
Semuſtæ volitant volucres, atque altiùs ignes
  Cernunt, quò pennas voluere poſſit avis.
Semiferi fugiunt Fauni, quicumque cavernas,
  Et tectum occulta rupe locare ſolent.
Tunc pavidæ gemuere Deę, Dryadeſq; paluſtres,
  Pro ſævis viſus mars properaſſe Getis.
Nunc nouus AlcidesCæſar fera monſtra fugavit,
  Quò ſilvas penetret libera ſimplicitas.
Agreſtes qui forte metu ſua rura, domoſque
  Liquerunt dando corpora rapta fugæ.
Et crates, verſaſque rotas, verſatile plauſtrum,
  Et ſimul adiunctum ſalce, ligone, ſparum.
Nunc læti redeunt, & paſtoralia campis
  Signa canunt, hederis tempora vincta gerunt.
Barbara ſuſpendunt ſacris inſignia templis,
  Poſtibus & mediis florida ſerta ferunt.

Ite

Digitized by Google

Ite duces, tentate viam, superaddite turbas,
Sin profugus vestris hostis oberrat agris.
Compedibus vincite pedes, date vincula palmis,
Ut reddant prædam, quam rapuere, canes.
Atque hostis tetro mortem fugit abditus antro,
Quo belli metas ingemit, atque dies.
Qui totam petiit telis præcingere terram,
Vix valet in tuta ducere rupe moram.
Illicò Panchæis fumant altaria donis,
Et sacrum decorant lampades igne tholum.
Votaque soluuntur, casusque affigitur auro,
Ante sacras pendet picta tabella fores.
Tibia dulcis adest, juvat indulgere choreis,
Et tantum Bacco concelebrare diem.
Et tectis plaudunt matres, spectantque fineſtris,
Victores subeunt quò pia turba, viri.
Mœnia floriferis constructa tapetibus halant,
Illis est Virtus, Gloria, Fama comes.
Lætitiaque fremunt pueri, blandæque puellæ,
Dulcia cognatis oscula figit anus.
Ut genitor sua tecta subit, puer obvius illi
Tendit in amplexum per fera colla manum.
Curribus incedunt reges, niveisque quadrigis,
Et læto strepitant classica pulsa sono.
Insignesque duces auro, raptisque tropheis,
Portatur validis barbara gaza jugis.
Ast victi, miseranda phalanx, Tracesque maligni,
Victori veniunt pompa superba, jocum.
Lumina stant dejecta solo, vultusque remissi,
Barbara ferrata compode crura sonant,
Victores prædas natis decora alta futuris
Suspendunt galeas, exuviasque domi.

AD D. PETRUM GRAVINA.
ELEGIA VI.

SOl bona ſigna dedit, Pecudis Fryxæa refulgēt
Vellera, purpureo flore recincta nimis.
Phœbus adeſt paſtor, poſcit leve tempus & omnes,
Ah pereat, ſtudio qui graviore furit.
Luxuriant ſegetes, ſanctos polus ingerit ignes,
Numinis exemplum quis tenuiſſe negat?
En venit Lacheſis, facta demergimur hora,
Non riſus felix ore Charontis hiat.
Utamur fato, ridet dum dulcior ætas;
Meſſem ærumnarum nam grave tempus habet.
Tu tamē Euterpe, & primis mihi lecta ſub annis
Aſſiſtas Juveni, perpetuumque fave.
Cernis ut Ætnæa reſonant dulcedine rupes,
Et fremitent plauſu tota theatra ſimul.
Gemma micat cœli, ternis venit Agatha pōpis,
Tempore tàm ſacro, diva, relinque polum,
Cerne triumphantis propriùs præcordia civis,
Quò tranſis, ſternunt nam tibi corda viis.
Torque inter pompas, exultanteſque triumphos,
Ad morem Templi mœnia ſtructa vides.
Tu prædulce decus, celſi tum Lucifer axis
A patrio numquam lumina verte ſolo.
Ni mea fata vocent; ſtudium dum tale patebit,
Ad verſus traherem nunc decus omne meos.
Nunc faſtis volvam magni monimenta Gravinæ,
Objecto noſtræ jam veniente lyræ.
Salve heros Catanæ, Genius Symethidos amnis,
Ad nutum Domini qui leve vertit iter.
Nam tibi corda dicant, inhians mens poſtulat æ-
Fræna voluntatis non gravia altus habes. (qua,
Ex longo veniunt faſces, te munera poſcunt,
Et velut in ſphæra mox requieta ſilent.

Tu

Digitized by Google

Tu cinctus sacra tunica, flos nobilis Ætnæ
  Ingenuum decoras mole nitente caput.
Perque tuam sedem fluvius percurrit honoris,
  Atque superficiem sacra fluenta rigant.
Quid tibi sunt fasces? veterum transite secures,
  Voluite, vosque alium quæso rigate sinum.
Ista heros spernit, mitra quid cingere mentum?
  Gloria Mę̧onios quid comitata choros?
Sic fluvii fontem quærunt, cœlo emicat ignis,
  Munera ceù proprio fonte, Gravina, vides.
Majoresque tui, neque enim stirps altior adsit,
  Munera magnanima jam peperere manu.
Tu regale genus, serieqne insigne priorum
  Hausisti plausus, tum populare decus.
Majorum sedes sculptis micat oribus, unde
  Oraclum virtus, consiliumque petit.
Felices atavi, tantum dum fata nepotem
  Præbent, de tanta stirpe beate nepos.
Nunc aliud spatium curro, properantiùs horæ
  Diffugiunt, curæ me rapuere graves.
Euterpe advaleas, *Pymplaque* invise sorores,
  Tempore pro pauco sit cecinisse satis.
Parcas Petre precor, si quid tibi versus inumbrat,
  Objecto vires sic superante meas.
Dona voluntatis semper gratissima cœlis,
  Ni valui, affectus jam valuere mei.

IN LAUDEM CARMELI.
ELEGIA VII.

TE plaga celsa poli, sedes pulcherrima diuũ,
  Et tua stat nudo terga salire genu.
Te Carmele canam, quis ceruus arundine fixus
  Tam dulces gestit sanctus adire lacus.
Hàc centum fontes refluunt, centumque lacunæ
  Candidus instaurat quò modulamen olor.

F 2 Sic

Digitized by Google

Sic res centenis nutrit Natura papillis,
 Atque è thesauris elicit omne suis.
Hic remorare pedem, per amœna rosaria tende,
 Delicio poterit quis meliore frui?
Hàc volitant dulces auræ, semperque beniguis
 E cœlo missis arua rigantur aquis.
Hic sita Pax regnat, casto locus halat odore,
 Nec nisi virgineo flore novatur humus.
Candida turba procul, sanctiq; in culmine mõtis
 Immensi fines conspicit Oceani.
Et ratibus cladem miserans,fluctusve malignos,
 Hùc rectam,exclamat navita flecte viam.
Percurrunt nimbi, atque Hyades minitantur a-
 Et spuma in furias it saliente mare. (quosæ,
In tutum torquete rates, citò surgite contis,
 Arrepta tutæ sint statione trabes.
Nempè Erebus ducta sorbere voragine naves
 Quærit,& insana cuncta vorare gula.
Cum ventum ad siccum, naves in margine ripæ
 Linquite, Carmelus sit data meta viæ.
Nam fures instant,non passi vivere tutò
 Infrà, sic montis celsus ametur apex.
Nec regio pluviis,nec tempestate movetur,
 Et tollit summo terga serena polo.
Atlas non talis, non talis factus Olympus,
 Cum vidit nubes nec tetigisse latus.
Cultores sunt monte patres,quibus arva colenda,
 Affigunt plantas qui pietatis humi.
Atque serunt medio Fidei pomaria monte,
 Sanguine nec sistunt rura rigare suo.
Mons felix,pulcher collis, tum nobile culmen,
 Et meritò cunctis montibus actus apex.
Helias illìc,barathrum qui territat ense,
 Illius & felix inde Eliseus ope.
Essæi venere patres, qui multa Tonantis
 De magno adventu jam cecinere priùs.

Quid

Digitized by Google

Quid referam fontes, rorem quibus ebibit altum
Relligio, & mersit quò revocata sitim.
Unde modus claustris venit, unde exempla piorũ,
Iustaurrare sacro tum tria vota Deo.
Ex hinc manavit cunctis pia regula divis,
Et tunicis sacris constitit omne decus.
Ac veluti stipes ramis circundatus altis,
Et ramis folium, fructus inest foliis.
His sacer affixit radicem stipes in agris,
Sed ramos cedunt falce notante patres.
Ex ipso quicumque serit plantaria villis,
Quò vario viruit planta reducta modo.
At frondes ramus quovis benè protulit horto,
Exin Justitiæ fructus abundat humi.
Hinc legit Augustus, vel tu Benedicte virentes
Virgas, indè ingens sylva sacrata venit.
Vera loquor, mihi testis adest pater ipse Minorũ,
Testis Cyrilli penna beata mei.
Omnis Carmelo virtutis cernitur arbos,
Si potes accedas; te numerare sinant.
Hìc Pietas, cultus, caput his Patientia floret,
Relligio, Bonitas, intemeratus Amor.
Conceptusque sui vilis, rectusque propinquo,
Justitia, hanc sequitur vera magistra Fides.
Orandi studium venit, tum norma silendi,
Spesque tenax, Superum gloria, sanctus Honor.
Quò ruor incassum? pennis malè sacra prophanis
Scribuntur, frænos ore silente premam.
Non Elegis res apta venit, sed carmine grandi,
Quod magnus magno pertonat ore Maro.
Sed tamen utcumque & potero melioribus annis,
Hæc fuerit nostro maxima meta mari.
Sit voluisse satis; dum nunc mihi posse negatur,
Non desiderio cuncta secunda ruunt.
Nunc monimenta canens annalibus eruta sacris,
Altiùs abraso cogor abire solo.

Helias rubro dimensus sidera curru
  Pellitam socio liquit ab axe stolàm.
Fatidicos liquit patres, quibus ore futurum
  Præsago quidquid cernere posse datur.
Partibus hi variis collegia structa relinquunt,
  Majestas Domini quò celebranda foret.
In Jerico, & Bethel, quoque tum confinibus illis,
  Atria quò Superum laudibus alta sonant.
Micheas istic, patribus simul Abdia vivit,
  Et qui per ternos piscibus esca dies.
Misael cum fratre, datusque Azarias igni,
  Et nostrum sequitur longa caterva chorum.
Inde Rechabites Jonadab solertior inter
  Venit, quem tecto regia rheda tulit.
Atque hinc Essæni nullis pietate secundi,
  Addiscunt summo corda litare polo.
His ad vescendum præbent palmaria fructum,
  In scatebris cedit fontis anhela sitis.
Exinde Assidei, quorum custodia veri
  Non parva, ad pœnam facta nefanda vocat.
Tum Machabæa cohors Judæq; simillima pubes,
  Pro patria indicit bella tremenda fide.
Sed felix soboles, patres saluete benigni,
  Et tu sydereo turba recincta sinu.
Nec vos indigni Domini comercia vestri
  Accipere, & vestris hunc retinere jugis.
Ast cum Naxarios liquit Puer aureus agros
  Sacrato pressit culmina vestra gradu.
Atque oculis pergit mores invisere vestros,
  Et teneros laxat non via longa pedes.
Illius & matri vates struxere sacellum,
  Et donant sacris thura Sabea focis.
Hoc fuit, ut Virgo sanctos adamasset alumnos,
  Erga ipsos factus tam specialis amor.

AD

Digitized by Google

AD P. MAGISTRUM LAGUZZA ELEGIA VIII.

CArmeli virides surgant sub vertice lauri,
Irriguasque illis det Paradisus aquas.
Rara coronandæ texant redimicula fronti
In tanto Charites, quæ viguere jugo.
Laguzza adiecit, quo non fuit aptior alter
Lætus Atlantæum crine tenere decus.
Unus restituit nobis per tempora quidquam
Sublatum decoris, fatidicique fuit .
Cura sibi vigilans, similisve Eliseidos ævi,
Floret Carmeli flore decente sinus.
Reddidit, elapsum tempus quos mersit honores,
Signis fulgendo, flammiferaque manu.
Errantes ducit, ductos magè roborat istic,
Lenit inexpertos, difficilesque fovet.
Cordaque disponit, removet discrimina verbo,
Uulneribus vigilat , fert inopinus opem.
Scit Siculus, variisque sciunt collegia regnis,
Carmeli haud factum nunc plaga tota silet.
Altera majoris desunt mihi munera molis,
Rara per Essenos cum tibi Fama choros.
Hoc leve Calliopes non aspernabere pignus,
Scilicet affectus pars quotacumque mei.
Lauta magis debens, sed quæ minus obvia vobis,
Gloria Pieriis sed celebranda choris.
Tu tamen indulge, tum quæ tibi, clare, dicassem
Accipe, meque tuis mitte sub auspiciis.

AD CASTITATEM. ELEGIA IX.

HUc dea casta veni, pura circumdatata veste,
Quæ semper cœli stringeris hospitio.

Digitized by Google

Filia prima Jovis, genitrix pulcherrima Diuũ,
  Quæ celsis homines mentibus assimilas.
Nostraque virgineis subnectas pectora zonis,
  Ac niteat nostris vitta pudica comis.
Ossibus in mediis extingue libidinis æstus,
  Qui nostros perdunt cum ratione dies.
Auratisve animos leviter subnecte catenis,
  Et trahe constrictos, quò Dea magna vocas.
Per te mens hominum rebus purgata caducis
  Aspectu fruitur candidiore poli.
Subdita nec sensus ratio, nec degitur umbris;
  Cœpimus at multo vivere consilio.
Corpora nec torpent vitio, sed victa libido,
  Et sensit sanctum dira juvenca jugum.
Virtutum te fulva cohors comitatur, & inter
  Incedis celsis maxima tu gradibus.
Te duce Melanion teneros exosus amores
  Contulit ad montes, & cava lustra larem.
Propter honestatem ductus pugnare Chymera,
  Tu diro à monstro Bellerophonta rapis.
Spernit & Hyppolitus violentæ pocula Phedræ,
  Incestu fœdet ne pia fulchra patris.
Panthea & Assyrias inter pulcherrima turmas
  Non valuit Persæ lumina ferre ducis.
Spernit Aristippus crudelis jussa tyranni,
  Abiicit ex formis dona relata tribus.
Duxerat Eubates depictum Laidos urbe
  Vultum, sic picta fallitur arte Venus.
Martia Romuleas inter decus Heroinas
  Assiduè exempto mœsta Catone gemit.
Nobilis Ægypti spernit Cornelia regem,
  Et sceptrum abiecit stringere Pyramidum.
Nunc Dea sperne moras, contactuq; omnia lustres,
  Te sine nil pulchrum, nil placidumq; venit.
Ecce tuis aris alba sub veste sacerdos
  Te vocat orando, tum pia sacra litat.

Igne

Digitized by Google

Igne sonat costum, fumosas sublevat aura
Nubes, aurata lampade templa micant.
Demissis pia turba favet sub pectore mentis,
Tempora sed castis vincta gerunt foliis.
Fulgentes pueri circum, blandæque puellæ,
Matronæ tacitæ, virgineæque manus.
Sed juvenum mala turba procul, vitiosaq; pubes;
Assistit sacris non inhonesta cohors.
Et quisquis crines cignorum ventilat alis,
Quem fusa argento vestis Ibera tegit.
Gens Veneri famulata procul, nec sisteret aris
Quisquis delicias passus heri Veneris.
Cui splendent auro Clamides, cui crinis in usum
Semper odorato nardus ab ungue fluit.
Ante sacerdotes nitido de fonte lavantur,
Exiccat fusas carbasus alba manus.
Inde relustratas niveus cadit agnus ad aras,
Atque aras vacuis lancibus ante replent.
Per cultrum calidus descendit gutture sanguis
Aurea diffuso sanguine habena madet.
Diripiunt tergus pecudis, tum viscera torrent,
Atque minutatim dissecat alter ovem.
Frusta rapit vates, sociis & sedulus addit,
Et purus lymphæ sumitur inde liquor.
Hinc laudes resonant junctim, divæq; triumphos,
Illius & recolunt post simulacra genu.
Procedit legio in numerum, Templumq; retexit,
Et micat ad mundas cerea teda manus.
Semimares multa resonabunt voce spadones:
Ante chorus juvenum vadit, & inde senum.
Salve, Diva poli, nostro junctissima Christo,
Per quam cœlesti nos fruimur thalamo.
Syderibus quò pulchra nitet cortina coruscis,
Et roseum tollunt aurea fulchra thorum.
Candida purpureas refluit per culcita spondas,
Æternis facibus sic Hymenæus ovat.

Virginibus tu clauſtra reples, tu veſtis eremos,
 Germina quò ſurgunt pulchra pudicitiæ.
Repleſti excelſis toties nemus heroinis,
 Et facis Angelico vivere corda modo.
Stellatis etenim caſti ſpatiantur in aulis,
 Et ſtrepitat puris Regia principibus.
Nec tibi ſunt noxæ cordi, nec nubile pectus,
 Et ſemper tota ſidera mente tenes.
Tuque maritali ſolvis bona corpora vinclo,
 Et regis imperio corda pudica tuo.
Hùc ades, atq; iſtam templis reges diva, volentem
 Turbam, nam ipſa tuis ſe dicat avſpiciis.
Hàc Venus abſcedat, tu vincla jugalia rumpe,
 Et mundo leviter terga recinge ſinu.
Per te pulchra Deo viſa eſt Jeſſæa puella,
 In cujus voluit ventre manere Deus.
Sidera ceù puris radiant circumdata flammis,
 Et quanta nitidus luce pyropus adeſt.
Quò fulgent candore nives, & lilia munda,
 Ceù nitet in medio Margaris alba mari.
Sic puræ nobis vigeant in corpore mentes,
 Nec culpa affixa pectora tabe notet.
Proceſſus ternum poſtquam ſolvere per orbem,
 Expoliant ſubitò flamine luce faces.
Clauſtra patres cōplent junctim, cellaſve pudicas,
 Quà multa voluunt relligione pedes.
Et virgo ſacras cingit per tempora vittas,
 Et voluit greſſus, quò ſacer Agnus amat.
Et pueri quoq; cluſtra replēt, teneroſq; per annos
 Addiſcunt multo ferre labore jugum.
Vivite felices pueri, conſortia veſtra
 Quæſivi, ut ſacra ſtegmata fronte geram.
Nam captus Superis, & Virginitatis amore,
 Incepi ſummo corda aperire polo.
Solus honeſtatis nunc exemplaria tradam
 Vobis, vos tantùm me celebrate ducem.

Dum

Dum Dea mi casto lumbos obnubet amictu,
Nec Venus adstrictas pulset iniqua fores.
Debita persolvam, forsan frustata Tonantem,
Instauro Trino nunc tria vota Deo?
Nec Deus accipitur ludo,dedimusque volendo,
Quæ mens ergo animos in scelerata trahit.
Aspicite ut tonitru rumpatur rima per auras
Flammifera, hæc summo fulmina missa polo.
Ne caput exurat nostrum,nam debita poscit
Ex justo cœlum, nec ratione negas.
Quàm pulchri innocui mores, & candida vita,
Se dignum summo fingere posse bono.
Mens nobis persæpè nocet, nam libera mens est,
Tu licet assidua compode crura liges.
Carceribus toto mens avolat aere ruptis,
Et tranat fluvios, & juga longa salit.
Ex longo non sistit iter,non obice duro:
Mille aures circum, lumina mille gerit.
Dum longis jaceo terris maria alta pererrat,
Et visit patriæ regna beata meæ.
Illa etiam interdum me fallit imagine captum,
Obicit & species, & mihi factus amor.
Subtilemque oculorum aciem gerit,& mihi sæpè
Formosa ignota pingitur arte Venus.
Huic quamvis mora nulla datur,muliebria sēper
Affigit cordi post simulacra meo.
Et quamvis nūquam abjeci mea fræna pudoris,
Attamen ex victo conqueror ipse animo.
Sed lateris custos, summæ dux inclitus aulæ,
Me cogit stricta surgere valle manu.
Nec nostrum deride malum,quicumque videbis,
Nam Deus ex ipso fecit utrūque luto.
Quàm durum effrænos mētis compescere motus,
Et sensus rapidos perdomitare canes.
Parce meis annis,teneræ quoque parcæ juventæ,
Cui peccare semel culpa putanda levis.

Digitized by Google

DE INCENDIIS ÆTNÆ, ET LAUDIBUS D. JOSEPH CELESTRE.

ELEGIA X.

TE decus heroum, Siculi nova gloria regni,
Dum cernunt Charites tēpus adesse, canā.
Posteritas depressa foret, nec linquitur æquè
Vester sub seclis incelebratus honor.
Mæonii quid plectra jugi, quid carmina prosunt,
Ni quærant meritos tollere laude viros?
Ista animadvertens jussit nunc Smynthius heros
Pendentem docta solvere rupe lyram.
Pierii mea fama, chori, Charitesque venite,
Candida purpureis cingite colla rosis.
Nunc favor à vobis vati, nunc carmen anhelum,
Rupibus Aoniis adsit eburna dies.
Sacra dies venit, sacris spirate faventes,
Tempora inauratus denotet ista lapis.
Tu preclare decor nostri, tu mitis Joseph,
Nunc rapis affectus, Pieridasque vocas.
Per cunctos Solis fines vox, Laudis imago,
Intonat, & cunctas it penetrata plagas.
Littora nec tantùm gaudent Symethia laude,
Sed quoque Syrenis, quà mea regna strepunt.
Syrenis fines, rupis Sebethidos undæ,
Concilium cigni quò posuere suum.
Te canit Amphrysus, rapidis vocat Ætna favil-
Respondet laudi nunc polus ipse tuæ. (lis,
Et meritò, nec tantus honor sine judice sedit,
Ipsemet & judex livor iniquus erit.
Num Superis non digna viris, quæ clarus Joseph
Gessit? non Stygium currere digna lacum?
Tēpus erat, nec Musa pii tacet immemor actus
Cum patuit, valeat quid sua dextra viris.
Nec

Nec ſua dextra magis valuit, quam nobile pectus,
  Pectus, cui pietas jam requieta ſedet.
Illius & Genius, dignuſque illuſtribus annis,
  Ingenuæque manus, nobiliuſque jecur.
Enceladus monti feſſus ſupponere corpus,
  Tollitur., & coſtas non patienter agit.
Erigitur, totiſque impellit viribus Ætnam,
  Virtutis quondam conſcius ipſe ſuæ.
Qua Regē indignè, & ſummū tremefecerat axem,
  Tunc alio conſors monte Typhæus erat.
Tum Japites, Ceuſque ferox, telluris alumni,
  A nullo pubes ni ſuperanda Jove.
Ergo impunè Gigas ſperans ſubducere corpus
  Ingenti jactat crura ſuperba ſono.
Impulit in ſtrictum montem, duriſſima vellit
  Viſcera, nec furias ſuſtinet Ætna novas.
Ut demùm crepitans ardentia viſcera fudit,
  Et vomit illuviem, diſcidiumque parit.
Vicini tremuere loci ſerpente favilla,
  Anguntur miſerè, nec via facta fugæ.
Nam fornax ignita ruit, ſervatque tenorem,
  Fluminis ad morem, ſulphureique lacus.
Ipſa Elementa ſtupent, vitreuſq; iraſcitur humor,
  Dum flammam in morem ſerpere cernit aquæ.
Quiſnam Vulcanum fluidum, liquidaſve favillas,
  Vidit? nam nigrum ſic Phlegetontis iter.
De pice torrebant undæ, ferroque recocto,
  Inveniunt validam, quò voluere viam.
Obſtupet humor aquæ, cōtraq; horrore graveſcit,
  Quid ſtupor hic prodeſt? jam ſileatis aquæ.
Me miſerum, rapidis quoties ſunt rapta fluentis
  Oppida, quot rapida ſorbuit Ætna gula.
Atria Tartarei ſpirant adaperta barathri,
  Invadit gentes, finitimoſque dolor.
Et longè à tumulo paſtor proſpexit ovile,
  Ne grex iguitis ſit vaga præda lupis.

Cun-

Cuncta tremũt flãmas, stridentia flumina mõtis,
Flumina quæ passu mox graviore fluunt.
Sibilat & quercus, frondesque exterrita perdit,
Exclamat quercus; Quid Jove digna fui?
O utinam volucrum pictas Deus adderet alas,
Ut volitem, & tota vadere stirpe queam.
Tunc fugerẽ velox, cernẽt nova monstra coloni,
Aere dum truncos pervolitare vident.
O utinam possem per sudum fundere germen,
Radicem ut celsam sub regione feram.
Sed felix Lothos, media quæ nascitur ulva,
Et felix liquida ducta palude salix.
Quid refero infelix, gravior mihi cortice sensus,
Quis queat ignitam fonte fugare luem?
Deficiunt fluvii, pereunt Neptunia regna,
Ad tantum paucas nam mare nutrit aquas.
Sic gemuit quercus, duris cadit ignibus esca,
Ipsa parùm fuerit, sed nemus omne cadit.
Prospectant longè agricolæ, tum rura, satumque
Linquunt, & strictos per nova plaustra boves.
Ite meæ vires, dentes, cum vomere rastrum,
Ite rotæ celeres, ite ligonis opes.
Cuncta vorat Vulcanus edax, sic plorat, & omnis
Ad genium vallis, tum juga longa stupent.
Concurrunt miseræ matres, agrestia corda,
Et rapiunt celeri pignora chara manu.
Eripiunt flammis pueros, & devia quærunt,
Tunc lacerum pectus, tum coma pressa sibi est.
Eripiunt pueros, miscetur murmure murmur,
Horrore horrores, tum precibusque preces.
Infantem tollunt, radio qui captus inani
Ad damnum ludit, tum miseranter ovat.
Musa quid horrores, quid sæva pericula narras?
Talia finitimi cum meminere, canent.
Nunc pietatis opus, Geniique placentia mitis
Mnnera, sæpè heros nam referendus erit.

Quis

Quis tibi luctus erat durus, quis terror, Joseph,
Diluviem propiùs cum fluitare vides?
Talia spectantem qualis te cinxerat horror?
Atque equidem velles, quæ valuisse forent.
Adversùs patriam cernis deserpere flammas,
Fulmineosque lacus, sulphureosque globos.
Cor tibi mite fuit, fatisve adapertile pectus,
In rebus virtus officiosa patet.
Æneæ similis, velles tua tecta, sodales,
Et patrios humeris imposuisse situs.
Sed meliùs reparas damnum, vel mente, vel auro;
Teque per impensas parcius ire negas.
Quid pretii sub sede tenes, viridisve smaragdi,
Pauperis auxilio cuncta talenta teris.
Cum domus argento toties tibi clara redundet,
Gloria tum nitido spiret avìta lare.
Te sponsum pietas, patrem te clamat egenus,
Solamen viduæ non nisi grande dabas.
Hospitium commune struis, quò currit egestas,
Impensis alitur quæ benè lauta tuis.
Pupilli hùc currunt, tum queis pudor ora colorat,
Matronæ ingenuæ, Virgineæque manus.
Publicus ut luctus, sic tu solamina præbes
Publica, tum vestro victus amore dolor.
Nam Gentilitiis fulget tibi sidus apertis,
Conveniens rebus nobile stegma tuis.
Lunaque virginei custos patefacta pudoris,
Quæ radiis posset condecorare polum.
Ætna vorax desiste diù, tege sede favillas,
Quæ res ulteriùs nunc tibi debet agi?
Viscera Tartarei conclude nigerrima regni
Encelade, infestum nec quate monte latus.
Nobile nunc dominus flammis serpentibus obex
Se posuit, flammis hìc benè tale fuit.
Consilio illius propria res publica sede
Cernitur, urbs flammis neve adoperta riget.

Nullum

Nullum grande malum, cui non contraria subsit
Decocta ex medica clara medela manu.
Hoc placuit Superis, crepuit cum funditùs Ætna,
Viscera flammiferis torsit adusta minis.
Consulat rebus, casuque assistat iniquo,
Hunc Catanæ heroem deposuere pium.
Filia Semethi salve, leve littus amorum,
Heroum statio jam simulata polum.
Urbs Catinensis ave, tecum nam floret Joseph,
Vidisti illius nunc pietatis opus.
Quot tibi damna tulit flāmis torrentibus Ætna,
Iste per auxilium tot pia lucra tulit.
Ille viis pulchris ornat; plateisque superbis,
Quò placidum carpas fesse viator iter.
Glarea deprimitur terra, via sternitur æqua,
Nigrantes tollit vi populante lacus.
Et scabrum collem, & tetras rubigine rupes,
Saxaque Tartareis asperiora locis.
Et silices aptas, & saxa decentia junxit,
Nec pendix teneros rumpit acuta pedes.
Quò possit placidè civis per aperta vagari,
Cernere tum fines, littoreumque solum.
Ac veluti nimbo cinctus cum desurit Æther,
Et currunt cæcis nubila densa viis.
Prospectum eripiunt nubes solisque, polique,
Fulminis ad dirum lingua trisulca micat.
Per liquidum tum Juno sedet, quæ moræ novercæ
Assiduè mœstum concutit imbre solum.
Sed roseo apparens cœlis Thaumantias arcu
Contexit vario pulchra colore viam.
Horrore in medio visu nil pulchrius adstat,
Cernere quàm medio mite monile polo.
Sic scopulis siccis, mediisque horroribus Ætnæ,
Apparet vestro structa decore via.
Indignas cautes, & non superabile culmen
Cælis, tum rupes, inferiusve specus.

Te-

Digitized by Google

Te celebrat, cum carpit iter per plena viator,
Miratus vestræ tot monumenta manus.
Sed potiùs sol luce caret, tum sydere cœlum,
Ver perdet flores, imbre carebit hiems.
Fronde arbos, numero cantus, tum pisce fluentum,
Perfidia Græci, tum feritate Getes.
Et Leo rugitu, & Lernæ mala bellua collis,
Balatu pecudes, insidiisque lupi.
Quàm tua majestas factis spoliabitur almis,
Neve addat monstris monstra priora novis.
Deficient potiùs gemitus, nec inedia lædet,
Deficient viduæ, deficietque labor.
Non tua deficiet virtus, non cura medendi,
Quidquid inops fuerit, quid miserique vides.
Ipse suas curas tradit, tum munera pastor,
Et regis Ætnæum sede nitente pecus.
Tu novus Alcides, curris, quà deficit Atlas,
Æthereas fulcis vi meliore rotas.
Ipse favos lingua, tum viva rosaria labris
Ducis, nam gentes vel tibi corda dicant.
Quisquis Olympiadas vatis tibi flagitat omnes
Cumeæ, & longos Nestoris inde dies.
Te populus, te vulgus amat, te splendor equestris,
Te sacer antistes, te pia turba vocat.
An paruum, vigilem cum tu mutatus in Argum,
Custodis populos, sydereasque vias.
Ni quoque servares multo pia jura labore,
Ni cures cœlis quisquis habendus honor.
Te mea Relligio custodem quærit, & optat,
Eligit ex cunctis ut sacra claustra regas.
Et te servanti statuit pro judice, siqua,
Occurrat rabies, quæ decoranda terat.
Per te Relligio, tum vita monastica floret
Ornatu illarum quæ speciosa teris.
Virgineasque manus sacra sub sede vigentes
Custodis, teneras ceù pia spina rosas.

Ur-

Urbanum te regna videt, comitemque, patremq;
  Nomen longinqua sub regione volat.
Insignis spoliis, tum sede locatus eburna,
  Non tanto frueris, quàm meliora paris.
Thesaurosque suos aperit Berycinthia mater,
  Et tibi inaurata munera clave refert.
Nullus enim splendor regnis tibi cessit avitis,
  Ipse tuos equidem nobilitabis avos.
Nec minus & patriæ charus, quā charus olympo,
  Nec minus & fama, quàm pietate potens.
Majestas tibi clara viget morumque, modique,
  Legis Divinæ fræna subire petis.
Ad morem speculi sancti sis norma pudoris,
  Prospectu culpam, tum scelus omne fugas.
Urbs Catanensis enim populis spectanda Sicanis
  Testis, quæ mores spectat amica tuos.
Gloria magna sibi, dum te pater alme tuetur,
  Teque peraurato pascit anhela sinu.

AD D. GALEAZZUM CECINELLI
ELEGIA XI.

NUnc tu Parthenopes dulci divulsus ab alvo,
  Spumanti velox is Cecinelle via.
Noscis, quàm durum Syrenis linquere littus,
  Cujus blanditiis nec dolus ullus adest.
Mortua Parthenope duplicat dulcissima cantus,
  Nec laqueum roseis mox meditatur aquis.
Ast hùc Dulichias ductor vehit urbe carinas,
  Ingenuos grata dum bibat aure sonos.
Et petis infido te te committere monstro?
  Omni aura levius, mobiliusque viget.
Bellua acerba, minax, cui tot sunt ora vorando,
  Quot fluctus, scopuli, quæ fremit alga sinu.
Est certum rupisse fidem, renuisse flagellum
  Gestit, tum frænum calce trabale ferit.
His moneo monitus, fatis bis, terque redemptus,
  Nam tonuit quoties me super ira poli?

Ibis,

Digitized by Google

, tum navem tenero regat ore Palemon,
um Spio è pulchra Doride nata simul.
vobis Aretusa soror, tum lenis Anapus
ordi, jam Cianes trabs petit acta sinum.
Galeazze veni, quò fratris præsidet umbra,
[eù pietas, lacrymas mors quoque dira ciet.
ı studio rerum vano, curaque vagandi,
:eros Trinacrii fertur ad alta vadi.
nanus, tum neptis eum, pulsique Penates,
ınguis & à patria vi celerante vocat.
ıc neptis, pulchræque vocat rosa lucida spinæ,
:d frater fato solverat ante dies.
lix neptis citiùs viduata parente,
landitiis patris nunc quoque digna frui.
s Tithoni nostras perferre loquelas,
.urora infanti pro Genitrice fuit.
ria luciferas liquit Venus aurea stellas,
d matrem, dictis Mars quoque parce meis.
meliùs, meliùs Mavortis munera gessit
.ndreas, tanto membra decore calent.
non Bellonam ferro ciet ille cruentam
ı pugna? innumeros atterit unus equos.
ra puella sile, rapuit mors improba patrem,
.d tantum luctum non satis una venis.
ant Ortygiæ fines, gemuere Sicani,
ræsidium Alphææ tum gemuere domus.
:mit & miles, quis enim fuit aptior alter,
ræferre ingenuum marte, quiete caput.
:utes manibus roseum gessere pheretrum,
loria nec siccis aspicit ista genis.
ısque fide fulvi viduantur Iberi,
)uærit eques patrem, lingua pedestris herum.
.la gemit, rabiem duplicat dextræq; canumq;
)uisnam inconsultò tam freta cæca legat?
ıra puella sile, patriæ virtutis imago,
)esiste & pugnis nunc violare sinum.

Lin-

Linque comas capiti cōptas, pretiū omne decoris,
Omnibus ista semel meta terenda viris.
Cor patris ipsa priùs fueras, tum nobile germen,
Te sine nil charum, perspicuumque fuit.
Ortygiæ plateis eadem vos rheda revexit,
Ceù vidi, ambobus spiritus unus erat.
Et limbum suffulta clamys tibi nectitur auro,
Et crinis gemmis, implicitusque rosa.
Pulchra puella sile, parce infantilibus annis,
An lacrymis numquam finis amica venit?
En tibi Syrenum devenit auunculus oris,
Felix, huic patris sit data cura tui.
Ore gerit patrem, forma, tum pectore & armis,
Traductus juveni nempè paternus amor.
Officiis venit ille tuis, pater addidit ipsi
Curam, nempè humeris est onus omne suis.
Hìc curat teneros annos, & nubile tempus,
Cum digno fueris tu socianda duci.
Accelera Galeazze viam, tibi sternitur æquor
In morem stagni, compositique lacus.
Æquore piscis adest sydus, sunt sydera pisces
Cœlo, fit cœlum forma serena maris.
Nec navem anguineis tardat circumdata mōstris
Scylla, latratores continet illa canes.
Quin te purpureis surgens vocat Ætna favillis,
Squallida nec mutat terga Tiphæus atrox.
Accelera, Malicerta ratem, dominusque tridentis
Pellant, siu fratris verba superna cupis.
Siquis & amplexus, tum teter anhelitus adsit,
Extremum crinem nec resecavit Atrops.
Est æquum, mors dira, ferox breve cedere tempus,
Nevè ideo à dira præda relapsa manu.
Nec longam finis esse moram, ruit ille per altū,
Pende, quis excessus quæ via longa fuit.
Heù caninus surdis, ululatibus improba nostris
Illudit, lento gurgite vela fluant.

Hoc

Digitized by Google

tibi dira negat, propera properantiùs Euris,
lea jam jacta est, jam datus ictus ei.
fratrem invenies, latè vacua atria cernes,
rticibus frustà præsidet umbra suis.
ıixtum luctu omne vides, turresque, domosq;
t nigra famulus veste recinctus hiat.
equitum periit, jam jam crudelia fata
incitis, ex illo victa fuistis enim.
Cecinelle tamen lacrymis utare remissè,
u fratris revoca, ceù facis usque, decus.

) ABB. JOEMUM BENEDICTINUM
Pro suo reditu ad Patriam

ELEGIA XII.

Enit Johemus, patriis propè substitit oris,
Omnes pro voto dant benedicta polo.
e lyram, mecum Pymplæ spatiare recessu
Iusa, vel in versum dulciùs ire juvat.
tuos cantus grata bibet aureus aure,
[agnanimum pectus, mens generosa sibi.
nara illius moris, tibi Fama referret,
ıi Genius felix, ingenuæque manus.
Cassinensi fulget ceù sydus ab arce,
lius variis lux patefacta locis.
ia compositæ respondet forma figuræ,
iritus ut nitido plus adamante nitet.
ıa sibi splendens, patribus præsentia coram
ectanda, & nullis inficienda minis.
ıs sibi læta magis, signo permixta timoris,
ivida sub lata lumina fronte rotat.
is Saphyro radiat sub margine Phœbus
elesti, medium cum tenet altus iter.
ına perpetuos frænos subitura pudoris,
ımina sat radiis condecorata suis.

Est

Eſt ſibi majeſtas vultu vel grata, vel horrens,
Grata coronandis, ſed tremebunda reis.
Hæc referant ipſi, cujus ſunt moribus uſi,
Pœnitet haud ipſos hæc retuliſſe palàm.
Abbas ceù nituit, manibus ceù virga perennis
Adſcripta, huic vires non ſuperabat onus.
Majeſtate pòtens, & rerum prævius uſu,
Quæ tunc patraſſet quis ceciniſſe vetat?
Conſilio facilis, ſubito tum providus ore,
Caſſini ſummum ſcandit, aditque decus.
Ipſe Cucullatas ducit per ſacra phalanges,
Haud dubitat dictis is prior ire viis.
Abſit fronte timor, profit ſit paſſus amari,
Frænorum ut cunctis cordibus addat onus.
Omina reddit Amor, levitas nam patris amatur,
Heù malè rex populos aſperitate domat.
Celſa domus, ſplendore ſitus, tectique decore
Surgit, quà meliùs non nitet artis opus.
Majeſtate micans, phrygiiſque innixa columnis,
Amplaque participibus, nec trabe nexa rudi.
Excelſi foribus poſtes, hiat arcus in altis,
Illius aſpectu mors tremefacta fugit.
Marmoreis aditus gradibus, centumque feneſtræ,
Semita per latas facta quaterna vias.
Struxerat ars mirum, mirũ quoque ſaxa ſine arte,
Materies celſo tàm decoranda ſitu.
Regia patris adeſt, iſtic nam præſidet Abbas,
Suſtinet excelſum mole tonante decus.
Vive diù mi chare pater, domus alta niteſcit,
Atria virtuti ſed meliora paras.
Aſſiſtis templo, Templum tu factus honoris,
Tu cœlis, alii ſed tibi corda litant.
Te mea Muſa rogat, facilis pater ebibe cantum,
Munera Pympleæ non odioſa deæ.
Totque inter curas, circumque ſacraria greſſus,
Dignare & numeros mitis adire meos.

I mea

Digitized by Google

a Musa precor, sacræ priùs oscula dextræ
ge, viro demum quæ speciosa feras.
; Johemus, talis patefactus ad auras,
aud dubiis poteris noscere, diva, modis,

QUEMDAM, QUI LIVIDE' SCRIPSIT IN OPERA MARINI

ELEGIA XIII.

Esine mirari sacros, Recutite, libellos,
Nonnè hæc sublimis carmina vatis opus?
venenato graviùs draco sibilat ore,
m lustras libros ante venena vome.
ne Parnassi turpas livore liquores,
seris Aoniis nunc aconita jugis.
go aerii laceras monumenta Marini?
ısus cor penitùs lædere Pieridum.
novet aurata meliùs testudine carmen
œbus, cum toto diva Thalìa choro.
; adhùc Pindi resonant dulcedine rupes;
Fama in gemino stat patefacta polo.
lores Hyblæ, Pestique rosaria surgunt,
que apis ingenuos nectit amica favos.
are dat meritò nomen, nec littore sistit,
rgere tum gemmas, tum duplicare sales.
ren, cujus stupefactus carmine Mundus
tonita æternos ebibit aure modos.
Venus ex alto miratur, Adonidis almi
erat aurato carmine flere necem.
vitii spumæ, seclique incommoda nostri,
dent informes ponere sole notas.
x, confunde notas, arma unguibus iram,
n doctis sævi fæde voluminibus.
nnam, molire ignem, tum contere sensum,
pone & vitium, tum tibi finge scelus.
Vi-

Visceribus tortus potiùs vim spargis inanem,
Præstabunt minimam sæcula nulla fidem.
Caligat mentem livor, nec cernere donat,
Atque acies fædo sanguine sparsa tumet.
Invidiæ flammis meliùs purgabitur aurum,
Et meliùs posita sidera nocte micant.
Tu licèt apposito munires lumina vitro,
Plus baculo dignus, nam magè cæcus eras.
Nec cæci orbantur baculo, vade improbe, sistas,
Ast nunc non Satyram scribere difficile est,
Scilicet à coruis sic nunc rapiuntur olores?
Anseris & strepitum sic Philomela feret?
Sic lolium spicas, tophus sic ante smaragdos
Irepetit? teneras sic mala spina rosas?
Hirsutus Bacchi morsu cum læderet antes
Complevit proprio sacra cruore caper.
Agricolæ mactant Divæ, cui noctua cordi
Agnos, quotque oleas lædere dente solent.
Sus quoque damna luit, segetis tum rosor asellus
Grata Priapæis victima dira focis.
Tu quoque dire fores, villam qui dente petisti,
Et caper, atque agnus, sus simul, atque asinus.
Pro damno quæ pœna cadit, non culpa soluta est,
Nevè impunè venit tam duplicare scelus.
Pessime, quis majus patraret pectore crimen,
Si contra horrendos solveret ora Deos?
Villa fuit pompis circum decorata rosarum,
Carmen, quod prompsit Parthenopæus honor,
Nec desunt floresque leves, fructusque decori,
Quo Charites Pindi, quò spatiatur amor.
Tu tamen ex oculis cuncta exiccare malignis
Aggressus studiis, ars tibi vana fuit.
Scilicet hic vati stimulus, non deficit orbi
Momus, perque ipsum lilia semper olent.
His virtus subjecta malis, hoc fata dedere,
Atque istud vates currere debet iter.

Livor

'or dente premit, parcunt cui tempus & æuũ,
Et dubitat Stygiis Orcus habere locis.
:e autem magni superant bona scripta Marini
Tempus, quod morsu devorat æra suo.
:nc manibus res celsa virum, sic inde nepotũ
Res erit, & reliquis sic quoque temporibus.
:r Aristarchus critico sed conterit ungue,
Hæc scripta, immeritò sic perit igne liber.
torum genus omne solet terebrare Leonem,
Cum jacet extincti grande cadaver humi.
nere cum celeber vitæ fruerere, Marine,
Est dubius quisquam se tibi ferre parem.
perti motum calami, cum tollitur ira,
Murtula nam cunctis fabula facta viris.
nc quia concessit Superis, atq; æthere cassus,
Corvorum ad tumulum turba nefanda ruit.
quoq; tàm dirus, crimen dũ impune liceret,
Conjunxit vana brachia ficta fide.
inxit vati socium, patriaque propinquum,
Et tetra occulto spicula felle linit.
dubita, te fata manent, non vertit inultam
Umbram per Stygias iste Marinus aquas.
nc Phœbus jussit, verborum & pondere Musæ,
Ut manes atrox persequar usque tuos.
pede conculcem cinerem, tumulique quietẽ
Ut turbem, sceleris maximus ultor ero.
:mplo centum cignos ad busta movebo,
Ut secum vellant ossa sepulta Stryges.
is Aristæus fato vexatus acerbo,
Manibus in pœnam solverat inferias.
: pondus tua verba tenent, nã nota viris fraus,
Te falsum magna scribere nequitia,
landi numquam lædetur Fama Marini,
Fama orbi, cœlis gloria, membra rogo.
tamen intereà, vates dulcissime Pindi,
Accipe nunc Fidei pignora parua meæ.

Non te florentem terris ego cernere quivi,
Nam me post centum lustra parens genuit.
Attamen in scriptis non te mirarier unquam
Desisto, hìc vivens, hìc mihi notus eris.
In cassum strepitent alii, sortemque minorem,
Haud asini reperit dentibus Iliades.

AD D. FRANCISCUM FORTEZZA, Episcopum Syracusarum.

ELEGIA XIV.

Siste parũ, mea musa precor, diversa quid erras?
Atque abitus ipso sub tetigisse paras?
Te sinus Ortygiæ, & lati curvamina portus
Advocat, & longas cogit adesse moras.
Elidis hic fluvius, tum regna tepentis Anapi,
Persephoni Cianes dulcis amica fluit.
Hìc non quadruplices muri, non tecta Gelonis,
Nec tenet ignotæ dux Arethusa viæ,
Daphnidis haud casus, quoscumq; Theocritus affert,
De cujus mœsto nomine stagna sonant.
Atria divorum, duplicisque educta tyranni
Regia, in obsequium teste Platone rota.
Piscosi fontes, quorum nec amœnius ullum
Est visum, Gelas, Pelmeriumque vadum.
Tu Francisce tenes, cujus facta inclita Phœbus
Pandit ad extremas usque relatus Opes.
Mitram crinis adit, manibus pia virga coruscat,
Gemmea tum pectus texit inerme stola.
Virtutis sed forma nitens tenus intima texit,
Ampliùs & meritis tu decorare tuis.
Atque bonis animi, quorum venis undiq; septus
Exornas solium, nec decus inde trahis.
Splendor veste sacer, sed honos felicior intus
Vivit, quisne videns lumina lyncis habet?

Tem-

nplo ſacra refers, Templũ tum factus honoris
ſ'ivida virtutum quò ſimulacra manent.
n dignus, cui ſponſa Dei ſit credita pulchrè,
;um Chriſto ſacrum dividis ipſe thorum.
caſtus ſine more thorus, tum tæda jugalis,
ſam propè ſydereis funibus adſtat Amor.
: te flamma vorat, ſponſæ quæ cura remordet,
uæ tibi ſedulitas nocte, dieque viget.
ꝭ flagrant caſto igne genæ, quæ pompa, decuſq;
lius ornatu quæ pretioſa teris?
tis in armillas, animoque ſimillima dona,
ı roſeas clamides, purpureoſque ſinus.
s ad pompam ſedis patrimonia ſervas,
.d vanum cenſus nec rediere jocum.
ı Bonitas tibi ſpectra movet, miraris in illis,
uid gratum Superis, egregiumque magis.
: lectum inſomnem, tum ſtragula munda re-
t vertit ſedem, veſtibulumque colit. (poſcit,
orale manu robur tibi Gloria tradit,
t ſignat libris, codicibuſque notas.
que pingit acu, filiſque rubentibus ornat
ſitram, quam capiti dat peramata tuo.
nanicas clamidi, tuniciſve fluentibus addit,
t decorat pectus, contiguoſque pedes.
ʼulibus pia norma venis, quis candor in actu,
uæ mens immunis, tum ſtudioſa boni eſt.
ıta templa novas, pompiſve recentibus ornas,
ngelus & degens ipſe videris humi.
n ſenis Ortygiæ manes revocare poteſtas,
ui facit adnexis mira ſtupenda rotis.
s ingenium, mentemque ad monſtra reductã
d Domini ſedes applicuiſſe velis.
noles præclara ſitu, tum nobile culmen
ırgat, tum felix pro Deitate domus.
a marmoreis pateant deſcripta lapillis,
.tria centeno vix ſuperanda gradu.

Digitized by Google

Ille quidem cupiens genio pollebat, & arte,
Monstra Syracusis nunc quoque lata patent.
Ille quidem, *Francisce*, tuo dans omnia nutu
Pondera non minimo stamine ducta feret.
Sydereos vitreis nec clauderet orbibus orbes,
Ut navis pergat plena stupore solo.
Ad decus æthereum vertens opera alta, manumq;
Ingenium Superis contribuisse velit.
Atria porticibus pro te decorantur apertis,
Ut sciat auratos postis olere crocos.
Ut testudinei pateat propè machina Templi,
Atque opere, atque aurores ea nota foret.
Atque Ara, & nexis redimita sacraria gemmis,
Jmbricis aurato poste redundat ebur.
Per te, celse pater, prisci revirescere cultus,
Nec templum donis, thure nec ara caret.
Rara tuis, Francisce, subest reverentia gestis,
Et cuncta audito nomine regna stupent.
Testis in Hesperiis sit avis pulcherrima terris,
Quæ rostra Austriaco flore repleta tenet.
Trinacria, & patriæ Balearica nomina terræ,
Teque per exustum murmurat Ætna jugum.
Et Tibris, Petri fingens tenus oscula plantis,
Sebethus quondam cor, studiumque tibi.
Ortygiæ sed majus adest nomenque, decusque,
Nempè Syracusæ te rapuere priùs.
Urbs præclara diù, quam Sol tutatur, & ornat,
Sed non Circæo filia more furit.
Ipsam etenim non esse rudẽ vel cive, vel armis,
Testantur sculptis saxa vetusta notis.
Pœna fuit Penis, doctis decor altus Athenis,
Et Romam adversùs sustinuisse valet.
Ætolis habitata diù, sed Marte maligno
Diluvio armorum regna perire videt.
Alcæi sanguis multo venit Archia motu,
Ipse Syracusis frœna superba gerit.

Hinc

Digitized by Google

nc geminæ natæ parili splendore comantes
Præclarum muris nomen utrumque dabant.
chia sed periit Thelesi mucrone peremptus;
Et creuit spatiis urbs resoluta novis.
nc Camarina sita est, atque addita montibus
Nomen Acradinæ quis celebrare queat? (Acris,
tera Fortunæ surgit celeberrima fano,
Quattuor atque urbes tunc cojere simul.
tygia ad Siculas currit penes insula terras,
Cui redimunt celsum regna quaterna caput.
inc cum prole pater gemini tenuere tyrannis,
Sed proles magno pulsa Dione fugit.
inica bella videt, servans utrumque tenorem,
Urbs victrix toties, post quoque victa cadit.
bera multoties, ducta est servire tyrannis,
Donec Romulea vi tremefacta ruit.
: illo in pejus, tantum primordia rebus;
E fati vicibus sunt variata, venit.
etractus splendor, tum prisca superbia cessit;
Prætorum cupidas ferre coacta manus.
rbs hæc sublimis terris regina, vel alto
Experta est pejus, deteriusque malum.
i Franciscus ei priscum decus adderet urbi,
Quæsisset querulo prisca trophæa sono.
ic sanctus præsul dirorum facta refellens
Dulciter imperium, non violentus init.
ic civi sublime dedit, vetera omnia delet,
Nevè urbs à diro Verre petita gemit.
am Genius patri mitis, mens apta regendo,
Dum sua largitur, non aliena rapit.
era quidem refero, patri dos unica fulget,
A lucris avidas abstinuisse manus.
ro lucro fera secla furunt, vix unus & alter
Incolumis manibus jam reperitur humi.
d sacros ea dira lues, tum pessima patres
Pestis edit, Symon lucra nefanda novat.

Libraque nec pariter pingues examinat actus,
Nevè aurum Brenni pondus inane tenet.
Tu tantũ, pater alme venis, cui splendor iniquus
Auri, nec dirè lumina capta tenes.
Incorrupta manus, cunctis mens avia lucris,
Atque aurum temnens aurea secla vocas.
Quisquis adest census, propriæ bona plurima se-(dis
Pauperis in sumptus, subsidiumque fluunt.
Auratosve lares titulis das promptus egenis,
Omnibus impensis vis tribuisse magis.
Nevè Syracusæ tantùm sub Præsule gaudent,
Accola finitimis nec numeratus agris.
Illius Astræam celebrata Neapolis ora
Vidit, ut æquali pondere libra cadat.
Viderat, & vidisse juvat, nec torserit unquam
De recto aurata mens violata prece.
Incorruptus honor, qualis viguisset Athenis,
Judicis in trunca quo simulacra manu.
Nec merces vero, libertas nec data sonti,
Pœna, nec æquali præmia sorte cadunt.
Cujus consilio majestas maxima regis
Austriaci viguit, nunc quoque clara viget.
Quid belli, quid pacis erit, rarique negoci,
Expedit, atque albo perficit omne modo.
Nec tantùm candor capitis, sed mentis, & ima
Pectora Riphæa candidiora nive.
Vive diù sacrate senex, tibi Nestoris anni,
& Et Cumæa libens lustra relinquat anus.
Sed tecum vigeat virtus, tum gloria nostri,
Et tuus æthereas grex fluat inter oves.
Dive precor, cui Martis adest venerabile nomen
(Nempè prior nostra præsul in urbe fuit.)
Aspice Franciscum, parili qui laude gubernat
Sedem, qua dignum tu meditatus opus.
Is venit nam more tibi, propiorque decore,
Ipse tui pressit signa relicta pedis.

Ipse

ſub auſpicio molitus maxima Divi,
ius in ſacro nomine cuncta regit.
ıentem Sancti ſolio meditatur eburno,
ıidquid de tanta mole venire queat.
quoque porticibus pōpas tibi nectit avitas,
feſtos revocat ſede nitente dies.
ıe ipſe in ſacris celebrat ſolemniter aris,
ectator populus mox benedicta petit.
manum tollens populos Cruce ſignat heriles,
t virga, & capiti mitra coruſca nitet.
ubet ulteriùs Clerum ſubſiſtere feſtis,
.ectè ſub primo patre ſecundus erit.

AD GENERALEM
CARMELITARUM.

NUnc triplicis rurſùs Carmèli ſcandere cul-
Muſa,& Phænices præſtat adire ſinus.(mē
) ſacer Eſſæus cignos imitatus amictu
Replet Palladiis antra vetuſta choris.
mantis vox antra replet; nouus ecce Joannes
Emicat, Heliæ gauſapa quem celebrant.
ıue per Engaddi fines, Syrioſque receſſus
Baptyſtæ alteriùs vox replicata ſonat.
ſitus Ægypti, tum quò Ptolomaidos ora,
Et quà Jordanes clara fluenta vomit.
re Pater, niveum nobis priùs obtegis Agnum,
Tum noſtros greſſus cogis abire penès.
ılla Palæſtinis ducis natalia terris,
Aurea inaurati te dedit unda Tagi.
ıcifer Heſperiis roſeus procedis ab aſtris,
Solis ab occiduis ſurgis Eous aquis.
ſperides puerum pulchrè videre ſorores,
Fulget Atlantęis faſcia mixta roſis.
ıſceris,atque nouum puero polus obtegit aſtrū
In ſocium, & Parcæ jus retulere tibi.

Et curis gravibus nixus, ſtudiiſque polorum,
Præter & ætatem nil puerile geris.
Virtutis latices molli puer ebibis ore,
Et Charites caſto continuere ſinu.
Nobilis Alcides florenti membra palæſtra
Doctus, virtutis curris ovantis iter.
Quæcumque Hiſpanis florens Academia regni
Te videt, ulteriùs quæ reperire negat.
Heroum cœtu pollens, miſtiſve loquelis
Afficis affectus, conciliaſque decus.
Dum rapias Charites, te Carmelitides omnes
Divæ de luxu jam rapuere laris.
Et licèt auratis trabibus domus alta niteret,
Imbrice ſub picto poſtis eburnus hiat.
Atriaque ordinibus rutilent redimita procorum,
Et tibi de priſco Fama redundet avo.
Pro quibus & terras ſuperans, trans æquora vecta
Auſtriaca ad regnum ſidera torquet Avis.
De quorum dextra capiti benè fulta corona,
Atque illi nidum præſtitit alma fides.
Tranſque Pyrenæos, Helleſq; Athamantidos oras,
Quem fovet in vaſto Doris Ibera ſinu.
Quid pictis igitur redimuntur limina ceris?
Quid pendent ſummis ſigna decora tholis?
Majorum effigies veſtro ſub corde reſidunt
Dum, Pater, & propriis tu decus addis avis.
Nam tibi magnanimum pectus, frons læta, genæq;
Jucundæ, & virtus lucida mole ſedet.
Majeſtas oculos placidè ſed librat heriles,
Molitur pulchra maxima mole Deus.
Et mite ingenium, revoluti ad plurima greſſus,
Dulcedo in lata vivida fronte valet.
Nemo oculos tantâ in ſpecie benè torſerit unquã,
Quin tibi fatidica maxima mente canat.
Frons oracla tenet; Majeſtas talia namque,
Edocet imperio non ſi ne poſſe dari.

Hinc

Hinc te Carmèli furtim traxere sorores,
Et sacra Heliæ labra liquore teris.
Atque prophetales inter venis altus alumnos;
Lactea sub rufa tegmina veste geris.
Atria sub leni lustrans Eliseja gressu
Virtutis cunctos ebibis ore modos.
Castus inaccessos Matris tutâris honores
Affectum exemplis, consiliosque moves.
Prima tui ratio, sensumque ad mitia verti,
Exinde alteriús posse notare scelus.
Sacra Parens, mea Diva, vale, nec ficta per orbem
Tu Cybele, tanto Monte recincta caput.
Candida Religio, partus enixa Deorum,
Quàm gressu pergis nunc speciosa tuo.
Virgineæque manus, niveique à more nepotes;
Altera sub nostro Dindyma colle sacrant.
Nulla negat te Diva suam, tu nobilis autrix,
Atque tuo bonitas fonte rigata viret.
Nec Phrigio applausu repetis Berecynthidos orã;
Sed modò majori pergis ovante choro.
Vertice Carmèli curru descendis eburno,
Munus in aurigæ Gloria pulsat equos.
Tu quãvis fœcunda Parens, hominumq; Deumq;
Ceù Dea cum stellis fulta triformis abit.
Inter & heroes, quorum geris agmina tecum,
Unus lætitiæ jam tibi causa fuit.
Num non magnanimum noscis præclara Joannem;
Qui fulget titulis lux operosa tuis?
Candida pellitis cingens velamina zonis
Curat, quis splendor, quod tibi, Diva, decus.
Candidus in velo, neque enim niger obfuit actu,
Pauper divina dives abundat ope.
Ipse sibi durus, tum lora tyrannidis actus
Alterius lenis tristia fata levat.
Mole valens gressu lætus procedit herili,
Interna ad mirum sed sibi forma manet.

Digitized by Google

Quæ pietas olli, quis amor, ſtudiumque juvandi
  Gloria magniloquis quæ referenda notis?
Atque is multiplici currens ad proxima greſſu,
  Fit miſeris, aliàs non obeunda ſalus.
Eloquio dulcis, puro micat integer actu,
  Nec tumidum digna fronte peregit iter.
Nullus honos, nulla aura levat, quin radere terrã
  Poſſit, nec virtus inflat eburna jecur.
Conſilio, exemplo, verbis, ſpe nutrit egenos,
  Ore levis, rectus pectore, corde pius.
Multi illum cœtus, plures cupiere palæſtræ
  Doctorem, mores ceù patuere Patris.
Quiſnam Divorum manes revocare Platonis,
  Quiſne tuos jactat docte Menandre ſales?
Sub te virtutis campo flos halat Ibero,
  Et cœtus felix Salmaticenſis ovat.
Cum tot præclarus meritis, tituliſque decorus,
  Haud curua inſigni pondere terga premit.
Multotiès ſacras luſtrans regit obvius ædes,
  Ibat in officium, ſubſidiumque celer.
Æmulus ipſe Tagi campos propè proluit auro.
  Perque alios facilis, per propriora ferox.
Cultor honeſtatis, puroque affabilis ore
  Ordinis in laudem, ſeque, ſuumque dicat.
Tandèm finitimas, tum longas tranſilit oras,
  Orba ſuo adſpectu nam plaga nulla fuit.
Auxilio regum fretus, ſuperumque favore
  Virtutis proprio tutus ab auſpicio.
Parce precor, Neptune ferox, fluctuſq; tumentes
  Pone, perauratæ nam venit Argus ovis.
Coram illo ſalſos, æquum eſt componere fluctus,
  Cui lux ſub lata fronte ſerena micat.
Trinacriam petit ille, & regna Typhoeos Ætnæ,
  Ordinis inviſit clauſtra decora ſui.
Nobilis excepit primùm ſua regna Panormus,
  Nec minus infida juſſus abire rate.

Diſ-

Dissensus varios sedat; *Pater* omnibus æquus,
Opportunus adest , quò fragor astra replet.
Tum freta Messanæ invisit, quò claustra Pelori,
Quaque theatrales adspicit unda sinus.
Urbs præclara, potens, mixtis rediviva ruinis,
Vastatos cernens seditione locos.
Fama est, huic Urbi, dum veri nuncius esset
Paulus, Reginam scripta dedisse manu.
Regina omnipotens, solio quæ fulget Olympi,
Quæ Nati imperium temperat axe sui.
Vero danda fides, tantum impia lingua megaret,
Adstitit ipsa piis Diva ministeriis.
Sic cecinit pro te doctis Lezana libellis,
Laudibus acclivis Zancla superba tuis.
*E*x parte occidua Solis nova lumina nasci,
Visus ab occiduis Lucifer ortus aquis.
Ut venit, ut fugiunt nubes scelerisve, dolique,
Atriaque excocto purgat aperta fimo.
Discordes animos , & nescia cedere corda
Occupat, atque Erebi regna tumultus init.
Tu Laguzza tamen sacris benè pervie rebus ,
Ad nutum istius frœna benigna gere.
Tendere in extremum soli lex apta Lycurgo,
Elice tum dulces de feritate modos.
Non tua culpa, scio; Pacis prior oscula quæris,
Culpa magis diro sed referenda seni.
Indignoque seni, potiùs qui pasceret hyrcos,
Carmelo infestus, Pieridumque choro.
Nec genio per acerba ruis, sed percitus actu
Alterius, tantam testor ubique fidem.
Sic res difficiles sacra regit æde Joannes,
Maturo motu, dexteritate valens.
Omnia componit , fit partibus æquus utrisque
Nullorum ad ventos irrita vota cadunt.
Intereà felix vocat ad majora Joannem
Fortuna, & Patrem per meliora trahit.

Trinacriam liquit, Sebethidos attigit arva,
Gloria quà tumulo Parthenopea viget.
Fatalemque viam, atque almã proficiscitur urbẽ,
Quà Tiberis Phidias proluit unda manus.
Istic Carmelus magno coit agmina cœtu
Patrum, de digno Principe cura fuit.
Cui Grex sit cordi, tum pabula poscere vitæ,
Et robur valida sit generale manu.
Cui vigor in fibris, acies pellucida mentis,
Cui Patris Eliæ vis geminata sedet.
Integer & vita, puroque innoxius actu,
Cui nostro felix ordine surgit amor.
Cui candor cordi, pulchrè mens apta regendo,
Pascua compellat qui per amæna pecus.
Heù mihi, quàm miserè vixit sub Principe lapso
Carmelus, tanti non fuit ille senex.
Et plaga sacrato viduata est germine montis,
Ut penès Assirias sit trepidare manus.
Obex Virtuti, in vitium venit ipsa Thalìa,
Infandum regimen, consiliumque ferox.
Ast ego, Carmeli scripsi qui fasta libellis
In domum misi qualiacumque duci.
Sex libri fuerant, nostri fuit ordinis omnis,
Gloria, de digna carmina mente legi.
Nempè ego relliquias lucis mihi carpere noctu
Cogor, dum librum summa corona notet.
Heù quanto studio tempus furatus, & horas,
Perficiam ut nostro quæ peragenda stylo.
Et senis tandèm perfecta volumina libris,
Ad nostrum mitto lenia dona Patrem.
Hic Pater excelsus; Pauli cui dicta sub ore,
Litera nil prodest, litera corda necat.
Vertit in opprobium versus, opus omne refellit.
Nevè animi grati paruula signa dedit.
Tanta fuit nostris musis forsacta per ipsum,
Quanta Priapæis dentibus Iliadi.

Si

Si tibi displicuit noster liber, ad minus illum
Quæsitum authori mittere perge suo?
Ingemui, tum mille preces, tum jurgia feci,
Ut saltem nostrum restituatur opus.
Cum Phœbus binos tandèm compleverat annos,
Sunt ad scriptorem dona remissa suum.
Vulnera tractando renouans, nunc cedere cogor,
Quàm facile est cordis nempè aperire fores.
Parce, Hispane decor, genioque adamabilis heros
Si retuli vobis, quæ minus apta forent.
Sume rosas iterum, violant suspiria laudem,
Musa relustratam pollice tange lyram.
Ut sedere patres, studiumque excelsa legendi
Infremuit, motu mens variata labat.
Cuncti ad magnanimum mentem torsere Joannē,
Illius & digno pondere terga gravant.
Præficitur coràm patribus, sententia major,
Est visus læva parte tonare polus.
Nil ipso gravius; neque enim dos unica fulget,
Cunctorum visus sed retinere decus.
Quidquid consilii, quidquid florescit amoris,
Quidquid honestatis, quidquid honoris, habet.
Quæque minutatim fatum concedit avarum,
Hæc decora huic Patri multiplicata sedent.
Frons bona, magnanimum pectus, roburque virile,
Excelsum ingenium, consiliumque grave.
Innocui mores, scelerisque aversa voluntas,
Qui sua frœna priùs, post aliena gerit.
Iregale decus, regnis Sol ductus Iberis,
Carmelum miti dum regis imperio.
Virga tibi generalis adest, citò scande cacumen,
Inque dies nobis mille trophœa para.
Nec tu Pieridum munus, floresque relectos
Sperne, sed affectæ pignora mentis ama.
Tu mihi numen eris, licèt adversaria circum,
Tela citatorum per mea damna ruant.

Ve-

Vera cano, veroque fides, reor omnia cœlo
Majori ſpera cingere flore caput.
Alteriùs montis tibi tranſitus alter adhæret,
Nec virtus iſto conſtitit acta gradu.
Ad majora vocat, cœpto benè Gloria ſpirat,
De Vaticana ſerta reſume roſa.



Digitized by Google

DE BELLO AUSTRIACO CARMINA ELEGIACA

AD

R. P. FELICEM AB ASCULO.

ARma, Getasq; feros, & quos Rodopeja tēpe,
Misit & extremos Bistonis ora, canam.
Quotque venenatis tinxere hastilia succis,
Parthi, quot contra Bosphorus arma tulit.
Et Reges, victosque viros, fractasque Cohortes,
Indomitum Martem, terribilesque Duces.
Et simul Austriacæ furibunda potentia dextræ,
Quot fortes rueret, quot daret ora neci.
Ac referam, quantos cumulavit stragis acervos
Horridus occiso Sarmata potus equo.
Tu quoq; barbaricis, nostrorū haud debilis Heros
Erneste in turbis colla superba premis.
Te juga mirantur Dacum, te turbibus Ister,
Cujus adhùc cœsi sanguinis unda fluit.
Celse Quirinalis Felix data gloria gentis,
Romano recitas barbara facta foro.
Quid mirum? vocem, pectus, cum nomine ferrū
Armat, Ferrettus ferrea facta canit.
Turcarum heù victæ gentes, superātq; per æuum,
Austriacus bellis, eloquiisque Pater.
Concidit Austriaco Phœbe temeraria Phœbo,
Dum sua Germano contulit arma Polo.
Cessit & auratis argentea forma sagittis,
Cum radiis Phœbi cornua fracta tulit.

Se-

Sectata Eois miserum Phaetonta sub oris,
Quærit inæquali vertere frœna manu.
Vertere Phœbigenum spatiosa per æthera currū,
Et regere auricomis lora superba jugis.
Sol sciat, occiduam sibi comparat aureus urnam,
Et suus infelix urna; triumphus erit.
Quid juvat Australes circūdare milite campos,
Barbara ferrato figere castra gradu?
En jam Lernæis saturentur tela venenis,
Ut lethum cuspis, quò ruat, inde ferat.
Quot clipeos dextris, capitique aptastis ahenas
Tunc galeas, calamos quot fera sylva dedit?
Quotque enses cinxere latus, decorata superbis
Tegmina quot cristis, quas levis aura movet?
Terribiles nigro saturentur pulvere fauces
Æris arundinei, maxima diluvies.
Ignea ferrato revomendo viscera collo,
Torqueat angustis perfida saxa gulis.
Horrendū strepitans tetro globus improbus ictu
Exeat, & toto personet orbe fragor.
Nec contra obsistant calybes, atque ærea secta,
Et pariat flammis flebile discidium.
Quot naves, quis pulvis erat, quę signa, quot enses?
Spumantes sonipes, belligeræque manus?
Agmina venerunt equitum, densique pedestres,
Armati fundis, robore, & ense, sparis.
Quas turmas misere Getes, quas Ismara Thracum
Et quas Byzantum, cum Salamine Rhodos?
En jam rostrato gemuit sub pondere flumen,
Cum spumas vestræ tot secuere rates.
Illic res omnes bello, insidiisque paratæ,
Et scalæ, pulvis, stuppea vincla, trabes.
Et tabulæ, piceæque faces, alimentaque belli,
Tot volucres currus, robora, plaustra, rotæ.
Pressa per horrendas tremuit Germania plantas,
Et locus immunis nec super ullus erat.

Pan-

Pannonii ut nobis tergum vertere rebelles,
Hostibus & faciles urbe dedère vias.
Agmina præcipiti scandunt tunc barbara saltu
Mœnia, & accipiunt sub ditione locos.
Ceù fluvius rupto duplicans ex obice cursum
Currit inefaustis præcipitosus aquis.
Convoluens secum, in quæcumq; offendit agrestis,
Et sata, pastores, diruit arva, pecus.
Talis in adversos urbis tulit impetus hostes,
Muros, & primum depopulantur agros.
Illustresque virum sedes spoliantur, & omnes
Adversis cedunt res, spoliisque viri.
At juvenes, quorum plantis suffecerat alas
Formido, fugiunt avia quæque petunt.
Rusticus exoritur clamor per rura, domosque,
Sanguine sternuntur, corporibusque viæ.
Ac nostri, quorum regeret præcordia Mavors,
Attolunt sese, vimque, animosque vocant.
Atque avidi superare canes in Marte redibant
Teutonici, dextris aspera bella movent.
Instat Mustafus, Maumetis gloria gentis,
Instantes terret, terribilesque ferit.
Sed contra Ernestus stricto per tempora ferro
Ingeminat vulnus, præcipitatque solo.
Concurrunt Turcæ, ductorem in castra reducunt,
Et siccant vulnus, seminecemque fovent.
Christicolæ revocant vires, animosque feroces,
Quisquis in adversos, quà patet hostis, abit.
Terreus obducto torquens hastile lacerto,
Qua ruat Ernestus, diluviemque ferat.
Dum tendit speculatus, eratque in verbere telũ
Henricus veniens, fit propiorque viro.
Et turbat pharetram dextrã, quassatque sagittam,
Irrita procumbit barbara cornus humo.
Turbidus æratam quatiens tunc Turca bipennẽ,
Contra insperatum bella tremenda movet.

In-

Increpat his verbis, quæ lex ſub Marte, quis au-
Turbare inſano bella aliena pede? (thor?
Improviſè aderas, cædemque, ictuſque ſubibis
Sic quoque, non Arcus, ſæva bipennis erit.
Dum contra Henricus, quaſſat citus ille ſecurim,
Et petit in teneris ora ferire genis.
Conſtitit Henricus, vultumque ex parte retorſit,
Vulneris haud aliquid, diffugit ille necem.
Delabens ferrum pectus, perque ilia findit
Thoracem, hinc leviter ſanguinis unda fluit.
Deguſtatque femur, ſummoq; in poplite vulnus
Denotat, atque locis vulnera terna tribus.
Henricus (nam ipſi virtus ſurrexit in ira)
Altè ſublato ſubſtitit enſe, ferit.
Hic tendit contra lunatam vulnera peltam,
Et furias ferri Marte favente fugit.
Intereà fertur curru Bizantia proles,
Cujus ſub frœnis alba quadriga fremit.
Cui Dracius nomen, thalamo qui forte jugali
Aptior, haud ſœvo ponere Marte caput.
Rex erat, & regni patris gratiſſimus Hæres,
Heù infelicis vota, preceſque patris.
Voverat exuvias templo Maumethis, & arma
Adverſa, & falſas condecorare fores.
Incolumen ſi fata ferant, proleſque ſubiſſet
Cara triumphanti regia tecta pede.
Infelix quid agat? jactantur in æquore vota,
Et reus in votis nec cadet ipſe ſuis.
Filius & vita, Genitorque hærede carebit,
Diſcrimen vobis ductor utrumque tulit.
Erneſtus contorſit equos, correpſit habenas,
Et ſaltu in currum ſe jacit, atque tenet.
Ille haſta labi tentat, turbatque furentem,
Et mediis laſſum præcipitare rotis.
Fulmineus ſuper hoſtis adeſt, ſeque obvius offert,
Et prenſat valida colla, latuſque manu.

Et

Et variè exagitat, versando brachia circum,
Vi pavidus tanta sternitur hostis humo.
Per galeam juguli latebras mucrone resolvit
Ernestus, cæso gutture sanguis abit.
Et lethum fusco cinxit pallore colorem.
Vt pallent violis lilia mixta, rosæ.
Sanguine fœdatur proprio, tum vita recessit,
Atque oculos ursit dura, tenaxque quies.
Henricus contra ingeminant, ac barbarus Heros
Ictus, exercent ense, bipenne manus.
Intereà Ernesto certus devenit ab Istro,
Taliaque ardenti nuncius ore refert.
Totum barbaricis perlabi classibus Istrum,
Et ripas multos transilvisse viros.
Æthiopes Maurosque Duces, ac mole Gigantes,
Stegmata sub galeis Luna bicornis erat.
Ferrea robustis quatiebant robora dextris,
Armabatque suum, quisque bipenne latus.
Ernestus linquit pugnas, ripasque petivit,
Qua plenus versis diffluit Ister aquis.
Deturbatque hostes undis, mergitque labantes,
Et torquet celeri saxa rotata manu.
Adsunt Germani tædis, fundisque retortis,
Et miscent flammis, transtaque, rostra, trabes.
Bellorum varius serpit per sydera clamor,
Et certant aliàs vi retinere vias.
Ferratique adsunt vnces, tractæque catenæ,
Et vinclis certant consolidare rates.
Hi turbant, ac saxa rotant, atque ignibus instant,
Et jam Vulcanus per tabulata furit.
Anchoreos cædunt morsus, rumpuntque catenas,
Nec mora bellando, nec datur ulla quies.
Perstrepit omne nemus, resonat Danubius undis,
Semiustasque rates ebibit, arma, trabes.
Ismarus in nodis quatiens tunc robur acutis,
Insultus petiit vi retinere feros.

Et

Digitized by Google

Et videt Erneſtum cumulare cadavere montẽ ,
Aggreditur pulſus vi, furiiſque ferit.
Percutit, ille ictum velox umbone recepit,
Et ferit, audaces dant, adhibentque vices.
Erneſtus, quà fata ruunt , mors improba ſœvit,
Tranſadigit crates pectoris, atque latus.
Haud procul obtruncat Cajnã,crudũq; Cethegũ,
Iſtis ſub ferro Cadme ſodalis eris.
Terreus Henricum tot vulnere ſœuus obumbrat,
Quot dextras Herilus,lumina & Argus habet.
Heù mihi quã durum,cum fulminat ille bipenni,
Irrita ductori vulnera nulla cadunt.
Sed tamen Henricus,quamquã ſinè viribus eſſet,
Haud hoſti cædit, nèc minus enſe ferit.
Forſitan æquali vigilaſſent bella periclo,
Ni Parcæ Henrico fila ſuprema legant.
Mamuca ingentem quatiens in viribus haſtam,
Heù improviſo clam venit ille pede.
Quà latus immergit telum ,rupitque trilicem
Loricam , & clypei perforat ante moras.
Ilia decurrit ferrum , geminaſque reſolvit
Coſtas, & cordis per propriora riget.
Evomit hinc animam , ſedes petit illa ſupernas,
Expectata diù proemia in axe capit,
Extemplò amittunt animos , quà deficit Heros
Teutonici , turpi dant ſua terga fugæ.
Inſtat Muſtafus, ſequitur Mamuca Tyrannus,
Hi fugiunt lepores, hic ſequiturque canis.
Palantes Urbi ſpirant , & mœnia quærunt,
Nec linquunt tetro terga fragore Getes.
Ocyùs ex muro gemitus , reſonatque per auras
Fœmineus clamor,pallidiorque timor.
Barbaricæ ſtrepitant voces, ac claſſica pulſant,
Inſuavique fremit buccina torta ſono.
Hinc auræ fortis Maumetis ſtegmata mulgent,
Barbara Germano Luna cruore madet.

Si-

Sibilat horrendum Coluber, fibrisque venenum
   Evomit,& populos cæde cruentus agit.
Excitus ex tanto Turcarum murmure Cæsar,
   Aptat se pugnis, & petit arma ferox.
Arma citi ferte arma, viri, properate, quid instat?
   En nostras Mavors increpat ipse moras.
Ipse ad bella vocor, me me concurrere ferro
   Desinite, adspiciant quid mea dextra ferat?
Nevè diù Traces nostra de cæde cruenti
   Ibunt, haud jactent vimque, animosque canes.
Ilicet electi proceres, præclara juventus,
   Circumstat lateri, dant, opibusque juvant.
Ille humeris squallentem auro thoraca petivit,
   Magnanimum mordent aurea vincla latus.
Regiaque æratis armantur crura cothurnis,
   Aque auro plantis obsita sura nitet.
Et capiti aptabat galeam, de vertice rostro,
   Aurato volitans regia surgit Avis.
Atque ensem lateri, hic atavis ad prælia fulmē
   Augustis quondam mille trophæa tulit.
Astræa, ut referunt, terras spectavit Olympo,
   Injustos operis, degenerseque viros.
Syderibus lapsa, atque homines miserata caducos
   Hoc ferrum Carolo contulit ipsa pio.
Hinc Carolus sanctum gestarit quàm acriter ensē,
   Testis vita insons, & sine labe dies.
Quot premeret Mauros, domitaret Jazygas armis
   Cymeriæque dedit corda supereba Stygi.
Interitu sanctis Astræa sororibus illum
   Insontom choreis celsa sub astra ferunt.
Idque diù ferrum soliti gestare Nepotes,
   Augusti demùm martia dextra gerit.
Et telum quatit horrendum, strictèque coruscat,
   Hastaque sub valida stat tremebunda manu.
Intereà sonipem confert aurìga superbum,
   Et plaudit manibus pectora, colla cavis.
De-

Desuper ascendit saltu, & molitur habenas,
  Ferrataque ferox calce fatigat equum.
Fœmineus resonat clamor, votisque sequuntur,
  Prospectant tectis vulgus inerme, senes.
Illicò turbari Turcæ, propriusque timeri
  Vulnus, & Austriacæ sœva ruina manus.
Haud secus, ac roseos cũ tollit ab æquore Phœbus
  Lucis equos, linquunt nubila densa polum.
Pulsantur tenebræ, rebus lux alma colorem
  Reddit, & in Stygiis diffugit umbra locis.
Porta patet, quà turba ruit, nec barbara segnis,
  Miscentur telis telaque, virque viro.
Musthaphus, Mamuca ferox, ac sœvior istis
  Terreus, excito prælia Marte furunt.
Ut primum ingreditur Cæsar, sic tela ruebant,
  Grandineus cœlis ut ruit imber humo.
Se tegit in Clypeo cautus, rotat undique ferrum,
  Tuque solo primus calve Mamuca jaces.
Demùm congressus dextram mucrone Draconis
  Rescindit, sœuum sub galeaque caput.
Haud tulit instantem Mustaphus ab æquore lõgè
  Contorsit talem, concita cornus abit.
Æthera deradens, sic sibilat aspera pennis,
  Quà cristæ surgunt cornùa rubra, ruit.
Vertice decussæ volitant per sydera pennæ,
  Ast etiam rupit barbarus ore sonos.
Aspice tela diù nostris librata lacertis,
  Diluviem secum, vulnera, vimque ferant.
Dixit, & ulteriùs telum disrumpit ab arcu,
  Haud torquere aliud Cæsaris ira sinit.
Ære refutatis Cæsar citò substitit armis,
  Attamen aspicies vi penetrante meum.
Dixit, & in ductum surgit sublimius ensem,
  Et ferit, aerio sibilat igne calybs.
Fulmineusque ruit, sequiturque ex aere sulcus,
  Et mixtus teter, sanguineusque color.

Ut-

Digitized by Google

It cœlum signat, fulgetque coloribus Iris,
Horrida ceù misso signa comete rubent.
rruit in galeam, mentoque reducitur ensis,
Desinit in collum, membra cruore madent.
Procumbunt campis tepido conspersa cerebro,
Alternant humeris tempora cæsa suis.
e glomerant turmæ, Solimāq; per agmina currit,
Hic revocat vires, hic levis arma rotat.
Haud tulit hunc Cæsar, sed crudum corripit ensë,
Ille tamen tales rumpit ab ore sonos.
Non hìc Judæus, pensumque ex arbore Numen,
Mater Idumeo sancta puella sinu.
Piscatorque suus pugnat, Maumetha fatemur,
Quem pictum clypeo daxtera nostra rotat.
Cæsar acerba tuens risit, ferrumque coruscat,
Et capulo lateri condidit inde tenus.
Viscera nudantur, pulmo tepefecerat ense,
Sic moritur, labens spiritus ima petit.
Confusi tremuere canes, jam vertere terga,
Et petere ardenti castra relicta gradu,
Australes instant, miscet discrimina Cæsar,
Mars magè desœvit, Mors magè falce metit.
Crebescit murmur, premitur, fugiturque vicissim,
Calcanturque citis terga pedestris equis.
Pectora pectoribus franguntur, & oribus ora
Quadrupedum, sonipes dum quoq; bella volūt.
Inque vicem sibi bella citant, ac calce premuntur,
Et morsu, ut dominus, sic quoq; pugnat equus.
Horrescunt strepitus, & venter arundinis ignes
Parturit, & tetro sibilat igne globus.
In medio nex atra fremit, discordia gaudet,
Undique fulmineam fert Libitina manum.
Arma solo distracta jacent, atque æra coruscant,
Cristatæ galeæ, tela relicta, rotæ.
Squammantesq; auro tunicæ, gemmisque micātes
Sanguine rorantes, quadrupedesque jacent.

Quid

Digitized by Google

Quid mirũ? decisa manus quoque ferra retractant
Sœvit ubìque horror, torpet ubìque timor.
Et sonipes narice vomit, pede concitat ignes,
Discussa ex ferris multa favilla volat.
Ad aditum Ernestus prensat, densissimus urget
Qua Maurus, socii, densa corona, vias.
Esclamant hostes, properantque elabier Istro,
Quà fracta haud verso murmurat unda vado
Hàc via conclamat Busir, quà vertite tonsas,
Ipse ego limen ago, vosque tenete vias.
Sic ait, & crispans dextra irreparabile fulmen,
Librat, quà glomerant horrida saxa manu.
Quattuor extendit campo sub morte receptos,
Uritur os flammis, ignis in ossa furit.
Inque caput conversa ferox prensatur arundo,
Et gemina nostris verberat ora manu.
Et primò totum distendit in ossa cerebrum,
Nec parcit, donec spiritus ore ruat.
Elisis alios oculis, mistosque cruore
Liquit, tinnitu rempora pulsa sonant.
Haud tulit Ernestus, sed crudum corripit ensem,
Et gemina velox surgit in arma manu.
Perque imam galeam, collumque revolvitur ensis,
Et cervix trunco corpore cæsa cadit.
Venit Hyperboreis quidam ditissimus agris,
Magnus Maumethis rector, & augur erat.
Canicies, cui fulva jacens sub pectore serpit,
Horridus, atque uno tardior ille gradu.
Lumine ademptus erat dextro, toruusque sinistro,
Sœuus in ore color, scabra sub ore cutis.
Succinctum vinclis pectus, sed summa nefandũ
Terga dabant tumulum, nec tamen arma gerit.
It fusco cinctus spolio, pedes omnia lustrat,
Ad se se insanus lumina cuncta vocat,
Haud tulit ira modò quædam Germanica vatem
Metiri impavido prœlia tanta pede.

Sci-

Digitized by Google

Scilicet iste Charon dum tot discrimina surgunt,
Vulnera nè curet, tantus in arma patet?
Occubuere solo nostri? tot stragis acervi
Surgunt, haud Bacchi tibia dulcis erit.
Dixit, & ambusto percussit torre biformis
Mentum; quà sylvam pectore barba notat.
Exhorret statim flammis, strepitansque per auras
Vulcanus fertur, nidor obustus abit.
Plura miser tentat, circum sua brachia versat,
Evohe, conclamat, quis mihi ferret opem.
Vos ô, si vobis flammas reparare potestas,
Ferte mihi fontem, fons mihi præstet aquam.
Sic exclamat inops, cursuque expleverat orbes
Septenos, demùm projicit amne caput.
Flamma perit, tum vita simul, quod non tulit (ignis
Exitium misero, fluminis unda tulit.
Intereà Ernestus, quà corpora falce metebat
Jam matura neci Cæsar, abire petit.
Sensiit audacem nimiùm procedere bello
Illum, quem circum barbara turba furit.
Extemplò liquit, quà dives nominis Ister
Serpit, & in campum calce repellit equum.
Quem florens armis, & robore vivida belli
Ponè ducum stipans multa caterva venit.
Heù quã abscessus obest tantorum Erneste pro- (corum,
Iniicit obscuras invida Parca manus.
Dum diversus abit ductor, patet ecce Tyrannis
Ingressus, complet Turca fragore vias.
Velocesque dato nullo custode recessu
Fingunt sub nostris barbara castra locis.
Nam quidam ductor capta mercede rebellis
Omnia barbaricis contulit arma viris.
Quique priùs nobis, contra certare paratus,
Quò mens humanos ambitiosa vehis?
Auri infanda fames? dicam, execrabile pondus,
Sic Stygius clausit guttura terna canis.

Digitized by Google

Ante vigil custos, libis, nunc pane sepultus
  Auro transmittit corpora puppe Charon.
Castraque jam surgunt, tolluntur stegmata Lunæ
  Pars remanet castris, pars parat arma solo.
Pars currum saltu scandunt, sonipesque feroces
  Pars in bella parant, parsque lacessit agris.
Itur in Australem sylvam per concava rupis,
  Et cædunt dura ligna bipenne simul.
Sylva gemit, ploratque nemus, pinusque ruinam
  Nutat, & in versa sternitur ornus humo.
Ipsa extrema gemit Quercus, nec fissile robur
  Obsistit duro cortice, jamque cadet.
Celsaque in adversos consurgit machina muros,
  Turritæ ducunt culmen ad astra trabes.
Oppositæ surgunt turres, vallantque corona,
  Desuper æratis fulmina plena globis.
Mœnia ferrato diverberat ardua cornu
  Hinc Aries, muris rima nec ulla patet.
Exinde Arcturus vaga plaustra Trionibus abdit,
  Et major celsis montibus umbra cadit.
Prœlia desistunt statim, Martisque quiescunt
  Sudores, cessant cuncta pericla, labor.
Extemplò cecinere tubæ, sua colligit arma
  Quisquis, coguntur sub sua signa duces.
Et castris Turcæ, & nostri conduntur in urbe,
  Haud lætus quisquis Turca, Fidelis abit.
Figuntur galeæ telis, humerisque feruntur,
  Pars siccant pannis vulnera, parsque tegunt.
Postera cum cœlo primum lux alma refulsit,
  Phœbus & Oceano sustulit ortus equos.
Mirantur nostri non arma capessere gentes,
  Dum latè campis cuncta silere vident.
Non murmur, nec equi pulsu sonat excita tellus,
  Multa movent animo, causa timoris adest.
Ut primùm in Scithiæ torserunt lumina montes
  Nostri, jam major currit in ossa tremor.

Mi-

Milite proſpectant obſeſſa cacumina, quis ſit,
Ignorant, agitant ſpes, dubiuſque timor.
Incerti quid fata ferant. En ductor ab arce
Clamat, quis mixtus pulvere monte globus?
Sumite tela mei, defendite margine muros,
Aſpicite ut ſummis irruat umbra jugis.
Hoſtis adeſt major, majoraque prœlia ſurgunt,
En ceù formicæ, ſic glomerantur humo.
Jam jam ſplendeſcit fulgor, radioſque per auras
Dant æra, & ſtrepitus, fit propiorque ſonus.
Olli per muros, quà prima pericula tendunt,
Ordine ſurgentes, ſubſidiumque ferunt.
Sed Tracum gaudere chori, tum plaudere riſu,
Præſidium ſperant, auxiliumque fore.
Quid voluāt miſeri, vocitant quiſnè afforet ultor
Auxilium? nonnè hæc turba Gelonus erit?
En veri manifeſta fides, propiuſque videri
Hoſtis, non ſolito ſtegmate luna micat.
Cum referunt, crudi inſtarent exordia belli,
Noſtraſque urgerent ſœva pericla manus.
Sarmatico ſummus miſiſſet nuncia Paſtor,
Claudere qui cœlos, qui reſerare valet.
Ocyùs Imperii trepedis ſuccurreret armis,
Quā poterat promptam ferret anhelus opem.
Hic eſt bellipotens præclara ſtirpe JOANNES,
Qui frœnis Scythicos, Sarmaticoſque premit.
Quà Tanais tranſit, nec non Mœotica lambit
Regna palus, algent Caucaſeæque nives.
Dacia quem trepidat, cujus Regnumque, ſituſque
Terminat Oceanus, Taurus ab axe fovet.
Pontificis dicto parens ſua colligit arma
Rex, atque Auſtriacis impulit illa viis.
Regaleſque ſuo ſpoliat diademate crines,
Virgineos illud projicit ante pedes.
Vivida nam Mariæ muro pendebat Imago
Pulchrior, ignoro, ſin micet illa polo.

Exultatque Puer gremiis,atque ubera lambit,
 Illius & roseus fulget in ore color.
Hic Mater plaudit risu,hic Puer oscula libat,
 Dulcis in ore Parens , dulcis in ore Puer.
Artis opus magnæ, cedat tibi nomen Apelles,
 Illius ò pictor, majus Apellis opus.
Arpinus cedat,Guido,Figinus, Abadi,
 Optimè nec tantum tu Titiane vales .
Tu solus Jordane vales,Syrenis alumnus
 Æquare ingenio cuncta superba tuo.
Picturis animos, motus, præstasque loquelas,
 Ars sese in telis conspicit ipsa tuis.
Candida si viridis fingis tu lilia prati ,
 En libatur odor, quem levis aura movet .
Et volucris solvens pennarum picta rotatu
 Perquirit ficta pascere fronde famem.
Prœlia si fingis, bellum, clangorque tubarum,
 Apparet vulnus, vulnere sanguis abit.
Auditur strepitus , validisque emissa lacertis
 Spicula jam volitant , hic fugit, ille premit.
Rex in Virgineis ponens, sceptrumque, rosamq;
 Plantis, tunc tales prompsit ab ore sonos.
Salve sancta Parens, partu haud indigna Tonãtis,
 Incumbunt digitis cui tria regna tribus.
Qui generat,generate vales,Patris inclita Mater,
 Omnia cui præstant obsequiosa fidem.
Ætherei simul, & terrestris machina mundi,
 Pendẽt imperiis cuncta creata tuis. (ronam,
En ego nunc sceptrum, atque istam tibi trado co-
 Dum mea cum vestris hostibus arma ruunt .
Dum Fidei mihi cura tuæ, dum barbara regnis
 Depello è nostris agmina, tuque fave.
Quod trado,sceptrum,reditu ad majora reserva
 E capite expellas cuncta pericla meo.
Et serto nunquam speres me cingier isto,
 Ni diffracta cadant barbara signa solo.

Ter-

Terga hostes nostris vertant palantia telis,
Ampliùs haud curent bella movere canes.
Quisquis honos vester, vestra est Victoria Virgo,
Et tua jam virtus, iste triumphus erit.
Dixerat; & lateri tunicam, quam pelle Draconis
Cingitur, inclusit, squama corusca riget.
Horrendum minitans, ostroque, auroq; rubebat;
Et capiti aptata casside crista volat.
Purpureus tergo nodis dependet amictus,
Quem tepidis felix flatibus aura movet.
Horribilique latus velox emuniit ense,
Resplendet capulo plurima gemma suo.
Aurea juncturas aurato fibula morsu,
Nectit, ferrata calce lecessit equum.
Insertat clypeum leva, dextraque coruscat
Pinum, sub rigida perstrepit hasta manu.
Et jubet, armetur proles, benè digna Parentis;
Nec virtute animis, inferiorque, minor.
Atque Nepos, quos, & versis exercitus armis,
Ponè sequens veniunt, inclyta turba, duces.
Gens in bella ruit, qua non præstantior altera
Spicula per validam promere torta manum.
Cui non Sarmaticus terror, Scythiæque sagittæ,
Cui non dicta satis dextra Joannis erit?
Procedit legio campis, jamque arua tenebant,
Quæ plenus versis abluit Ister aquis.
Hinc Tracum ductor campis jubet arma parari;
Hunc prece, non dictis ad sera bella movet.
Festinate viri, venienti obsistire contra,
Nunc virtutis opus, nunc juvat arma geri.
Viribus audendum, certatur cominùs agris,
Arma armis obstent, hostis ab hoste ruat.
Hostis fessus adest, & nos requievimus ista
Nocte, locoque etiam quin potiore sumus.
Quisque viris obex, & inespugnabilis adsit
Murus, nec turpi vertite terga fugæ.

Præcipitet de corde timor, non numina bellant,
  Nec Mars adversum prœlia tanta movet.
Maumethisque precor, fiat certamine Ductor,
  Ipsemet adversum suggerat arma viros.
Sic ait, & Ductor lunatum dividit agmen,
  Excogitque sua sub statione duces.
Complentur stridore viæ, per culmina tendunt,
  Accenduntque fero bella tremenda sono.
Coirentque viri, ni signum Juppiter axe
  Misisset, rursùs castra relicta petunt.
Ecce repentinis horrescit nubibus Æther,
  Atque imber pluvio multus ab axe cadit.
Exhorrentque viri tonitru, gelidique Triones
  Pangei lymphis culmina celsa lavant.
Cæratis nostri ducunt tentoria telis,
  Quò plana occulto semita calle jacet.
Nec priùs absistit tenebrosus nubibus Æther
  Donec ter fuscos luna revexit equos.
Aurora ut roseis cecinit Tithona quadrigis
  Terna, ac rorantes excutit axe comas.
Crudiùs iste dies bellis, martisque periclis
  Horruit, atque magis sanguine, cæde rubet.
Dispersi totos Turcæ jactantur in agros,
  Vi multa ductor colligit agmen, equos.
Auguriis acti variis, tonitruque sinistro
  Fatidici campis pessima fata canunt.
Strymoniæ mala signa grues, sparsæque per auras
  Pigmeis pennis irrita bella notant.
E trunco cecinit tenebroso carmine bubo,
  Et nigro campos agmine coruus init.
Stryx castris mala fata tulit, pestemque futurã
  Nunciat, atque alà verberat arma levi.
Intonat Astra super, crebrisq; exhorruit Æther
  Ignibus, & castris tela trisulca cadunt.
Horreat hic quamquam pluviis, flãmisq; coruscet
  Æther, per muros fulget amœna dies.

Ho-

Digitized by Google

Hoſtes non pluvioſus agit; ſed fronte ſerena
Conſpicit, auratas ſol vehit unde rotas.
Præcipuè hoc nimium conturbat pectora monſtrũ,
Et tremefacta nouus currit in oſſa tremor.
Æthiopem cernunt agitare per æthera currum
Regem, per ſudum nigra quadriga trahit.
Ponè duces varii, demum ſtetit ille, ſuperbus
Germanis figit lumina torua locis.
Luridus in nodum à tergo fluitabat amictus,
Et volitant enſes, nubibus arma ſonant.
Horribiliſque Draco circum, cui ſquãma coruſcat
Sanguinis, & fœdè cærula colla tument.
Igne rigent oculi, currit, traxitque volumen
Immenſum, tabo, ſanguine criſta madet.
Purpureis horret maculis, ac triſte venenum
Librans per liquidum lingua triſulca vomit.
Et pectus lambunt gemmata monilia collo,
Circumdat crudum celſa corona caput.
Cornua fronte gerit, redimita draconibus ora,
Dypſades & volitant, Ammotideſque, Boæ.
Et *Pithon*, Baſaliſcus erat, Natriſque, Pharias
In geminum ſurgens Amphyſibena caput.
Sibilat ille Draco, regiſque adducitur ori,
Rex jubet, ut citiùs bella moveret Avi.
Ecce Aquila aurato volitans venit ardua roſtro,
Sœvaque cum vaſto bella Dracone gerit.
Fulminãt hinc coluber, roſtroq; hinc illa ſubunco
Sollicitat, pennis verberat ora ſuis.
Nunc fugiens ſublime petit, nunc obvia præceps,
Et circum pennas, inde ſuperque rotat.
Implicat & ſpiris Coluber, ſtrictèque ligatam
Dente ferit, capta ſibilat agmen Ave.
Illa tamen ſtrictas luctatur ſolvere ſpiras,
Et pennas fruſtrà vertit in arma, pedes.
Defeciſſet enim, ni tunc citus advolet haſta
Mole Gigas, illam præſidioque juvat.

[redacted]

Digitized by Google

Fulminat horridius, telo fera colla colubri
Transijt, & fixo linquitur hasta thoro.
Examines soluit spiras: convertit in angues
Arma, fugit vulgus, libera surgit avis.
Sustulit, & rostro pretiosa monilia collo
Singultans anguis dum sua fata gemit.
Atque Gigas capiti mactato Rege Coronam
Detrahit, atque illis condecoratur Avis.
Omne fugit vulgus, seseque in nubibus abdit;
Talia sub mediis nubibus arma sonant.
Incerti quid monstra ferant, præsaga ruinæ
Corda tremunt, multa numina voce rogant.
In somnis Leopoldus agit, Turcasque fatigat,
Exululat Geticis plurima Nympha vadis.
Nunc fœdus rupisse pudet, concurrere ferro,
Neve audent nostros oppetere ulteriùs.
Ast ductor revocat vires, & maxima patrum
Facta refert. Viles, degeneresque sumus?
Nonnè illi Cyprum, nonnè hi Bizanzia vastant,
Atque æquant strato culmina celsa solo?
Dacia cui spolium, cui nunc præclara trophæum,
Quis scandit turris culmina tanta? Rhodos?
Carphatio supposta mari, tantique fideles
Nequidquam vires applicuere suas.
Insignis pluviis auri, solisque colosso,
Quò semper Phœbus plaustra serena vehit.
Totque Asiæ domuere urbes totumq; per æquor
Oceani fusas, quæque Oriente vigent.
O genus invictum, Patres, quicumque tenetis
Sydera, seu Stygios, Elisiosque lacus.
Hùc Sancti tendant manes, & vivida virtus
Pandatur nobis, quidquid in arma decus.
Non larvæ noctis, non vos insomnia terrent,
Ut nostros viles, fœmineosque duces.
Vestra fuit virtus, facinus, vestrumque trophæum;
Imperii quidquid sub ditione manet.

Vos

Vos segnes? Quis corde tremor? Quid triste time-
Quò decor, & virtus, quò fugit alma fides? (tis?
Nec miseret Domini, qui vos ad mœnia forsan
Victores quærit, præmia celsa parat.
Heu memores sic vos natorum, & conjugis estis?
Hostili petitis ponere colla jugo.
Mittite corde metum, quidquid sperate secundũ,
Hostes non superi, numina nulla premunt.
Fidite nec pedibus, nec nostris dedecus armis
Triste cadat, ferro limen agatur, opus.
Deficit urbs tantis jam jam circumdata telis,
Illius & cingit densa corona latus.
Pars urbi adsistat, pars mecum in prœlia tendat,
Quò contra minitans Sarmatis ira venit.
Accensi ex dictis animi, simul ore fremebant
Ductores Getici, Caucaseique duces.
Arma volunt, ac bella petunt, omnisque juventus
Arma fremit, sœvo pectora Marte parant.
Talia dum Turcis penitus, campoque geruntur,
Aurora in roseis vecta rubebat equis.
Nunc Caroli memorare juvat, qui nocte sub ista
Cæsaris auxiliis, imperiique venit.
Cujus, & imperio sese Lotharingia subdit,
In Gallos isto Principe bella gerit.
Cæsaris ille comes, quò non præstantior armis
Alter, in Imperio sit melioque fide.
Agminis & ductor, Martisque per omnia natus,
Horribilis visu, terribilisque manu.
Dicite vos Traces, tunc cum Mavortius heros
Astitit adversum, quæ fera forma manet?
Dum ferro fremit, aut torta subit obvius hasta,
Quis decor in vultu? quis furor in manibus?
Si tamen in rigidum torsistis lumina vultum,
Dum semper soliti vertere terga fuga.
Utque hic adventum sensit, Regisque Joannis
Arm, aper occursum protinus ire parat.

Se tulit in sonipem saltu, quem tota sequuntur
Agmina, gens bello, præsidioque potens.
Indè per ignotos calles, tutosque receptus
Venit, quà luco proxima meta viæ est.
Conveniunt Leucique viri, fortesque Geloni,
Et dant concordes, accipiuntque fidem.
Amplexique Duces: Carolus, Rex ipse Joannes
Conjuncti libant oscula multa manu.
Expleri nequiunt, alternaque brachia tendunt,
Componunt multa fœdera sancta fide.
Ut primùm fari, sic Rex prior instituit ore,
Inclite dux, cujus nomen in astra volat.
Finibus usque manēs Gangis pervenit ad Austrũ,
Auster ad Austriacos ducit anhelus agros.
Seu scandens sonipem contra veherere rebelles,
Seu jaceres valida tela cruenta manu.
O decus Austriacum, potius Mavortia Proles;
Auster ab Austriacis detulit inde plagis.
Quæ non plena tuo volitans diffundet odorem,
Ut quocumque tuum panderet aura decus.
Dum cœlo sol plaustra vehit; dum condet in undis
Sic semper nomen, gloria vivet, honos.
Cæsaris, & vestræ perculsus nomine laudis
Veni; quo belli cumque pericla vocant.
Pontifici parens, nostram defendere legem
Opto, nec curem mortis inire dies:
Et patiar quævis durare pericla, labores
Sub tanto tantum principe miles ero.
Hoc solamen erit, si quos ferat horrida casus
Sors mihi, jam cecidi se relevante fide.
Et numquam mortem subeam moriturus inultã,
Dum Carolus mortis, Cæsar & ultor erit.
Tu Puer ex Carolo virtutem, altumque laborem,
Et ferre addiscas Martis ab ungue jugum.
Tunc Carolus. Desiste precor generose, nec ultra
Est opus interris indice qualis eris.

Digitized by Google

Quò plus splendores humili contexeris umbra,
  Plus virtus nobis panditur, atque decus.
Bisaltæ testes, Tanais penes ultima ripa
  Non tonsi Cilicæ, non domitique Getes.
Caucaseæ rupes, cum torta desuper hasta,
  Et ruis adversum Marte volente Duces.
Sanguinis Ægeum, & congestis ossibus Ætnas
  Convoluens, celso conteris arma pede.
Eja age, Rex capias ferrum, victoria dextra
  Vestra est, jam cladis surget acervus humo.
Et nostri citiùs cernent dare terga fugaces
  Mauros, ac rapidis solvere vela notis.
Intereà famulus vocat ad convivia Reges;
  Ilicet in summis mensa parata thoris.
Apponunt epulas, & munera grata Liei,
  Hinc revocat Martem Bacchus, & alma Ceres.
In medio sedes nitidis intexta pyropis,
  Summumque innectunt aurea ligna latus.
Se medio Rex ipse locat præclarus in ostro,
  Ferrato tandèm pondere membra levat.
Ardentesque dedit Sydonia concha rubores
  Vesti, quo fuco purpura celsa rubet.
Ponè sequens Carolus, nec non pulcherrima pubes,
  Hic dexter mensis, ille sinister abit.
Sternuntur variis pretiosa sedilia castris,
  Quò maneat proprio cætera turba gradu.
Teuconici, Leucique Duces, Regisque ministri,
  Spumanti accedunt corda tremenda mero.
Intereà vario curas sermone levabant,
  Et condit mistos multa loquela cibos.
De rebus gestis volvunt, bellisque futuris,
  Cernunt ventura bella movere die.
Postquã amor instructis dapibus cõpressus edendi,
  Et Bacchus, somnus membra sepulta tenent.
Sternuntur pratis passim, tutique periclis,
  Membra thoris Regum semisopita jacent.

Sanguinis, ut primùm belli, Martiſque rubebat
Orta dies, Mavors ipſe vehebat equos.
Concurrunt acies, Turcæ, fortiſque Gelonus,
Ductores Caroli, quiſquis laceſſit equos.
Præfixis noſtri tendunt haſtilia ferris,
Et Parthus telis, Turca bipenne ferit.
Exululant Traces, teliſque obtexitur Æther,
Coguntur contra Marte ruente duces.
Accenſi monitu noſtri; atque invicta tuentes
Facta ducum; pulſi vi, furiiſque fremunt.
Quis mihi crudeles ictus, quis vulnera narret,
Quot medio voluunt corpora denſa ſolo.
Ut fremat horridius, veloxque per æquora currat
Joannes, ſœvam ſuſcitet enſe necem.
Mole ingens, ingens animis, ingentior armis,
Quotque ictus jaceret, tot daret ora neci.
Principio adverſis Viſir, fortiſque Gelonus
Concurrunt haſtis, quiſque laceſſit equum.
Aſt Traces tollunt animos, quo torqueat haſtam
Turbine mirantes, & ſine more furat.
Hinc Viſir librat, clypeique volumen aheni
Traxit, ſic mucro tergoris orbe ſtetit.
Fulmineam contra tendit Rex horridus haſtam,
Ille laceſſiti lora reflectit equi.
Haſtaque quadrupedis pectus perlata ſuperbum,
Tum domini ſtrato perforat inguen equo.
Præcipitant pariter, pariterque in funere merſi,
Eſt domino ſonipes ſarcina cruda ſuo.
Aggreditur Retheum, converſo dirigit arcu
Hic calamum, vulnus ſuſtinet umbo ferum.
Excipit aſt contra, & latus haſta immane trabali
Rex obiit, fœdè ſternitur ille ſolo.
Spiritus infelix refluit Phlegetontis ad oras,
Quò Stygia ſenior Navita puppe vehit.
Aſt Clonio Carolus, calamum dum complet aliena
Pulvere, per geminum traicit enſe latus.

Spi-

Spiramenta intùs, quà fata novissima, rupit,
Quò subiit lethum vulnere, vita fugit.
Haud tulit hunc Phlegeton, nervosq; intendit in arcu,
Horrendum stridens lapsa sagitta fugit.
Transiit & Remuli venientis tempora Tracis,
Eja age non ullo victus ab hoste cadis.
Heù miserande senex, nec te Deus ipse fefellit,
Respondet dictis fata profana suis.
Tunc cum Maumethis scitatum oracula, templũ
Tu peteres; quidquid sors inimica ferat.
Is responsa dedit, nullo terrebere ab hoste,
Omnia nam casu dicta probata suo.
Vinceris haud hostis jaculo, sociique receptas;
Hasta sub alterno tempore fixa tremit.
Ecce autem crudam quatiens Rodomontius hastã
Per campum volitat, spargit ubìque necem.
Maumethis vates, quo non immanior alter
Sit scelere, & cædis nutriat usque famem.
Crudior haud Lybiæ tigris lustravit arenam,
In lucem, referunt, sœva Megera tulit.
Horridus aspectu, rapidoque obit agmina visu,
Lumina sanguineo torva rubore rigent.
Se casu delapsus equo Guerinus agebat,
Cui roseas signat pulchra juventa genas.
Tentabatq; pedes sonipem frœnare prehensum,
Aurea diffracta casside pluma micat.
Barbarus, ut Juvenem cernit, vi dirigit hastam,
Ille tamen multas fundit ab ore preces.
Se flectit supplex, trunco super advolat hostis,
Hastaque sub valida stat tremebunda manu.
Tum telum velox clamantis gutture mersit,
Et vocis tanto vulnere rupit iter.
Sic tecum exopto sceleratam absumere gentem,
Hic inquit feriens, ille cruentat humum.
Fronte ferit campum, tenues diffugit in auras
Spiritus; æternè lumina somnus agit.

Post alium sternit jaculis ; it barbara cornus,
Et celeri totum turbine pectus obit .
Figitur in stomacho , pulmone infixa pependit,
Nudantur ferro viscera, corde riget:
Cædebant passim nostri, quà barbarus hasta
Hos agitat , retrò terga tremore dabant .
Sarmata sed verbis illos Rex increpat istis,
Quem fugitis? quis agit? quis timor? ēsis ubi est?
Tot juvenes senior ? tot fortia pectora turbat ?
Qui miserè vitam semisepultus agit .
Dixit, & igniferū speculatus in Æthere fulmen
Librat, quà ductor; personat axe fragor.
Horrendum stridens pectus globus haurit apertū,
Oppositas rupit flammivomensque moras :
Corripit horrendum conversa cuspide lignum
Insultans ; Driopes cominùs ense venit .
Huic fracto totum collisit in arma cerebro,
Olli perque oculos , undat & ore cruor .
Procumbit campo; contrà volat Ismarus hasta,
Frangitur in Clypeo, fragmina summa volant .
Joannes lateri ferrum movet, atque reflectens
Loricam, capulo condidit indè tenus .
Transadegit costas , tepidi discrimina cordis
Rupit, in æterna lumina nocte gemunt .
Tres vario sternit casu, Cydona, Boroen,
Tartareos juvenes , Ismariumque senem .
Ast Cycnus, matris quondam pia cura, dolorque
Hortatur nostros ad fera bella viros .
Hic patria, profugusq; suis; tantisq; Hymenæis,
Exhorrens Veneris, Martis anhelat opus .
Adspectu roseo comptus , pulchraque juventa .
Splendent cui pubes ore rubente genæ .
Degere qui vitam sylvis , dumisque solebat ,
Vallibus & raræ retia ferre plagæ .
Otia diffugiens, nunc exercere Dianæ
Munus, nunc lætos reddere voce sonos .
Algen-

Digitized by Google

Algentem ad Rhodopen sectatus cuspide Pardũ
Sternit, nec sœvo dente retentat aper.
Nunc tumidos solitus sylvis agitare Chelydros,
Nunc duro sœvos sternere monte lupos.
Dulce decus Nymphis quondã, Divisq; Camœnis,
Nequidquam Geticis Nympha vocavit aquis.
Omnia contempsit, spretoque Cupidinis arcu,
Exoptat Martis ponere colla jugis.
Et ni fata obstent misero, casumque ferat res,
Hic benè magnanimi facta referret avi.
Aggrediturque illum ferrato robore Brandon,
Diversam incautus dum parat ire viam.
Cervicemque ictus tàm crudo pondere tundit,
Ut juvenis tumida fronte feriret humum.
Et ruit è sonipe expallens: ast barbarus heros
Desiliens sellà, sic pedes ire parat.
Atque moras galeæ trepidi mucrone resolvit,
Nec movit rigidas aurea pluma manus.
Vitales rupit desecto gutture venas,
Languescit miris forma decora modis.
Singultans queritur, tepidi fluit unda cruoris,
Atque opis extremo deficit omne malo.
Vanescunt auræ, solvuntur cuncta tenebris,
Extremum rapiunt pessima fata diem.
Dicite Pierides, si jam narrare potestas,
Quis crudus feriat conjugis ora dolor.
Quo quondam, spes tanta diù, tæda, atq; hymenæo
Gaudere optabat, connubioque thori.
Vanaque speratum cui spes delusit amorem;
(Est ignis gelida non removendus aqua.)
Viva per extremas currit vaga flamma medullas,
Ut juvenem meditans, cogitur ipsa mori.
Multa diù sperans simulata mente tacebat,
Multaque spes addit, plurima spondet amor.
Carpitur in vultum; occultum quis sustinet ignẽ?
Flammaque sanguineas sculpsit in ore notas.

Fertur

Fertur, ut illius mortis Fama impulit aures
Exanimis strato jam cecidisse solo.
Faucibus in medijs referunt hæsisse loquelam;
Ast vox, ut summo pulsa dolore fuit.
Totam fœmineis replevit quæstibus ædem,
Oraque, formosas dilaniata genas.
Exululat miserè, nullum solamen in illo est
Casu; sic rigidis unguibus ora ferit,
Humoresque vagos lacrymosis fundit ocellis,
Contundit trepida pectora pulchra manu.
Mi conjux, inquit, nostrum sin reris ademptus
Protinùs, informis quis color ore riget?
Sanguine quis maculat vultũ, quæ pressit ocellos:
Sæva quies? fœdat quæ mala forma comas.
Sic tu connubio properas sociare jugali
Me tibi? sic sponsi dextra? fidesque mei?
Scilicet has tædas, scenis quæ pompa futuris,
Quæ funus texunt lumine, præstat Amor?
Heù puer imparibus nequidquam fise periclis,
Heù vota ex rapidis æquore mersa notis.
Sic te tot spatio dilexi temporis, ut te
Sterneret, & cædem barbarus ense daret?
Uxoris lacrymæ, nec flectunt dicta Parentis.
Ne subeas celeri tanta pericla pede.
Nec tu confossus telis miserande jaceres,
Nec mihi sæviret tantus in ore dolor.
Heù canibus bona præda malis, convertite ferrũ,
Et capiti Turcæ vulnera ferte meo.
Parcite consorti, fuit illi audacia, contrà
Impulit ad bellum fida juventa malum.
Quis frœnare tuos poterit, malè sana juventus
Cursus, dum semper desidiosa ruis.
Quò derisa feror, nec te, quicumque peremit,
Parturiit venter, fœmineusque labor.
Te genuit cautes, foveat quam Caucasus algens,
Thesiphone, & sævo lacte Megera fovet.

Tu-

Tu poteras roseum terebrare in vulnere vultum,
Nec mulcet rigidas forma decora manus?
Scilicet ipse ausus nostram prorumpere vitam?
Sic sine crudeli vindice crimen abit?
Uxor erit vindex, & te scelerate piabo
Manibus infernis, Cymmeriisque locis.
Sanguine contexam tumulum, dispersa per auras
Cruda minutatim membra recisa feram.
Ultoresque voco, quicumque Acherontia manes
Ima, ac Plutonis regna severa tenent.
Vipereis stimulet flagris te tristis Erinnys,
Atque repercusso verbere terga secet.
Nec curam quævis sufferre pericula, casus,
Consorti ut pateat nostra Acheronte fides.
Dixerat, & furiis velox agitata malignis,
Vociferans tectis, armaque sœva rapit.
Dilacerat vestem; ventis volat hostia fragmen,
Sternitur ante suos palla recisa pedes.
Et furit horrendum, sumptisque virilibus armis.
Insueta ærato pondere membra gravat.
Et pectus lorica tegit; cui squama coruscat
Serpentum; clypeo vincta sinistra riget.
Contegitur galea, gemuit sub casside cervix,
At cristæ ventis cornua pulsa volant.
Et rapit horrendam tectis furiosa bipennem,
Inde lacessitum calce fatigat equum.
Jam liquit sua tecta furens, bacchata per urbem,
Atque aditum celeri turbine ducta rogat.
Quà Turcæ fulva muros cinxère corona,
Custodes portis (inscia corda) stupent.
Hæc reserans verso vi multa cardine postes
Torquet, franguntur ferrea claustra manu.
Fulminat in campis, inter Garamātas, & Indos
Non sic pro catulis fulva leæna furit.
Dividit & primo cerebro madefacta cruento
Impubes inter tempora bina genas:

De-

Ac reliquis rigida compulſat membra bipenni,
Haurit cui pectus, brachia, colla, latus.
Aſt contrà ruit Iſmaria de gente Chorembus,
Quem pellit patria ſœva noverca domo.
Ipſe ſequens Martem, tentat certamine ſortem,
Auſus in Erneſtum promere tela ducem.
Hic nervis valido torquens haſtile lacerto
Dirigit, aſt clypei tranſit arundo moras.
Oppoſitam tunicam, cum primùm perforet æris
Squamas, quà demùm læva papilla venit.
Et leni guſtans tactu, bibit inde cruoris
Stillas; defecit tunc moribunda ſolo.
Aſt contrà mulier currens ſupereminet, atque
Abiete cunctantis verberat oſſa viri.
Haud tulit hanc Phaleron, nudoq; apparuit enſe,
Illa tamen ducti lora reflectit equi.
Atque repercuſſo tranſverberat abiete frontem,
Pendet in alternis tempus utrumque genis.
Et ferro pectus Proteo rimatur apertum,
Tum ſternit Pagaſum, tum Theotranta ſolo.
Dum primus ſubiit, duplicato vulnere dextram
Scindit, tum galeam, ſub galeaque caput.
Alterum agit circum, donec ruat inguine ferrum,
Illum ſucciſo poplite ſtravit humo.
Dependens ſella trahitur reſupinus, ita illum
Ducit equus, mulier ſanguinolenta premit.
Hinc reliqui trepidare metu, nec cominus audet
Enſe ſequi, longè promere tela parant.
Eminus exagitant ſaxis, ac miſſile jactant
Ferrum; dant demum terga pudenda fugæ.
Aſt mulier, quoniam rabiem ſuperaſſe videtur
Sanguine; jam paſſim cedere Marte parat.
Ulterius vix ſexus erit, nec tollere dextram
Et virtus, tanto pondere membra gemunt.
Vertit equum retrò; dextra contorſit habenas,
Et curſu velox mœnia celſa petit.

Aſt

Digitized by Google

Ast Phegeus sequitur, sonipis vestigia plantis
Conterit actus equo, territat usque minis.
Importunus agit, jam, jamq; tenet, tū corpore toto
Altè sublato surgit in ense, ferit.
Ille ruit galea; franguntur vertice cristæ,
Aurea distracta casside pluma micat.
Apparet vultus, facies detecta decora est,
Auratæ serpunt per sua terga comæ.
Fulgurat ore color, serpit vaga flamma per illud,
Ostro mistus Ebur, lilia mixta rosis.
Hæc furiis agitata fremit; tremefactus at hostis
Substitit, & cunctans serpit in ore rubor.
Virtutem, formamque stupet, cum robore vires;
Ast veniam supplex captus amore petit.
Quid miraris, ait mulier, muliebribus armis
Vos pressit; tantum quærit amorque, fides.
Nec te me vidisse juvat; lætabere dudum,
De manibus mortem te subiisse meis.
Dixerat, & validam contorsit in ore bipennem,
Ocius in dentes illa reducta ruit.
aucius ille miser vultu, crudaque securi
Occidit, & cerebro membra cruenta madent.
Ast mulier petiit portam, quà dicitur urbi,
Dum tendit velox, janua celsa patet.
Cu stodes referant, virtutem, atque optima facta
Mirantes; verso cardine porta gemit.
la subit, veniuntque duces, fessamq; levarunt,
Ernestus grates, præmia digna refert.
Mirantur, viresque fidem, dextramque virilem,
Et fidum subiens tanta pericla caput.
urbine mucronem tanto Bellona coruscat,
Sic curru pernix Panthasilea ruit.
mne lacessitis minitantur Amazones armis,
Taliter & Teucros dia Camilla premit.
rnestus, quoniam Mavors incepta secundat,
Contrà hostes velox ipse, cohorsque venit.

Oppo-

Digitized by Google

Oppoſuere aciem Traces, quà murmurat amnis,
Inſidiis lucus commodus, atque dolis
Liquerunt urbem noſtri, portamque patentem,
Quadrupedum campis ungula ſœva ſonat
Currit utrinque acies, properat defendere dum
Hoſtis, & ingenti turbine ſaxa rotat.
Quæ tulerat fluvius librat, lapideſq; molares;
Futabant ictus ærea ſcuta virum.
Aſt Driopes multo torquet dum pondere ſaxum,
E latere Erneſtus fit propiorque viro.
Atque arcu torquet telum, volat haſta per auras,
Quà ſurgunt humeris tegmina celſa, ruit.
Corde rigens fracta deſœvit arundine ferrum,
Singultans cecidit, vultus anhelat agro:
Indè Magum ferro mactat, qui fervidus ultrò
Erneſtum irritans effera bella vocat.
Æonidem congreſſus equo dum territat, ille
Decedit campis, ipſe ſuperſtat equo.
Dum fureret velox, crudamq; extenderet haſtã;
Ille auri memorat multa talenta viro.
Nulla fuit verbis virtus; ſœvumque recepit
In jugulo vulnus, vocis aditur iter.
Tum Liceam, Pronreumq; necat, Bidona, Dyragmũ
Ripheumque Gigen, Iſmariumque Pharum.
Tres alio ingreſſu, variis poſt caſibus octo,
Quatuor ex Parthis, quatuor indè Getis.
Cominùs & Scauro ſurgens ſublimiùs armis
Tempora diffindit, voluitur ille ſolo.
Indè Dimæ ferro, quà fata facillima, crates
Tranſadegit duri pectoris, indè latus.
Fortè ſacer Veneris Clonius, quem Cyprus alebat,
Contorquens telum, prompſit ab ore preces.
O ſemper dignata meas audire querelas,
Cara mihi ante omnes tu Citherea Deas.
Cui Paphos, Idalinſque ſitus, ſub frœna columbæ,
Atque Idæ vertex, ſumma Cithera, polus.

Quod

Quod precor, attendas, valido da ſternere cornu
Erneſti corpus, ſemiferumque Ducem.
Exuvias, galeamque Ducis tua Myrtus habebit,
Ante tuas pendent celſa trophœa fores.
Dixerat, & ferro calamum contorſit acuto
Præfixum, ſtridens concita cornus abit.
Obſtitit Erneſtus, furiaſque umbone coërcet,
Excitus ex ſonitu, colligit arma ſuper.
Indè jacit contrà, ſtrepitatque in corpore telum,
Confixus ſpirat, calce retundit humum.
Horrendum Parthus telum, ſuccoque recoctum
Mortifero torquet, quà premit ille duces.
Aſt vulnus diverſa tulit, dum ſibilat haſta,
Tandem Germanum conſtitit ante ducem.
Illius horriſono tranſit præcordia ferro,
Funditur ex ſtomacho, viſceribuſque cruor.
Ex facto inſultans hoſtis, verbiſque ſuperbis
Germanis minitans tela maligna jacit.
Labitur Erneſtus contrà, quaſſatque trabale
Robur, ſub rigida perſtrepit haſta manu.
Ille atrox inquit, longa quid fidis in haſta?
Accinge ad bellum cominùs ire pedes.
Et mecum contrà validam molìre ſecurim.
(Pendere alterno poplite tela videt,)
Inſidiis actum variis nil dicta tyranni
Cruda movent, atro vulnere dicta parat.
Corpore connixus toto vi dirigit haſtam,
Illa fero ſtridens turbine ducta ruit.
Æratum thoraca priùs, clupeique reſolvit
Æratas toto pectore fixa moras.
Hinc fugere ardentes Turcæ, quis culmina curſu
Samma petit, celeri quis ſua caſtra gradu.
Quis ripis innare parat, quà murmurat amnis;
Quo quemcumque Deus, ſors inimica ferat.
Quærere quis ſiccum, & ſe tranſvectare carinis,
Quà vaga languenti murmurat unda vado.
Unda

Unda reluctantes pellit, retròque fluentes,
Saltant per remos, transtra repulsa gemunt.
Nec sedere rates, siccumque habuere carinæ:
Apparent vastis corpora mersa vadis.
At nostri insultant, certatur margine in ipso.
Germani telis, vulneribusque premunt.
Corpora labentis tardarent fluminis æstus,
Ni fluvius cæsi sanguinis addat opem.
Margine summersi nequidquam brachia tendunt,
Et feriunt gemitu sidera celsa fero.
Hi miserè strident, hi saxa ingentia torquent,
Supremum victis fata feruntque diem.
Attulit hos etiam victis sors improba casum,
Ut crescant cædes, excidiumque virum.
Agrestes, qui fortè metu sua rura, domosque
Liquerunt, Geticis cuncta ruenda minis.
Dispersique antris per culmina montis oberrant,
Linquuntur campis, robora, aratra, boves.
Et crates, versæque rotæ, versatile plaustrum,
Stupea converso vomere vincla jacent.
Utque hi per montes errantia corpora cernunt,
Invadunt celeres, seminecesque premunt.
Quis rapuit fera tela manu, quis robur acutum,
Quis vasta ingenti turbine saxa rotat.
Stipitibus duris armati, & torribus ustis,
Arma furor præstat; rustica signa canunt.
Non tantum campis sævit fera turba leonum,
Ad bona cum mollis pascua tendit ovis.
Detrudunt vinclis, tum verbere terga fatigant;
Corpora de summis cautibus acta cadunt.
Nullum obex furiis, frustrà per inane voluti
Hi diversa fugæ sub studioque petunt.
Agrestes timidis instant agrestibus armis,
Hùc, illùc, sylvis fulva corona ruit.
Hi varios lustrant aditus, variasque latebras,
Per diversa ruunt: nec via facta fugæ est.

Agri-

gricolæ, natura loci, quibus antra, cavernæ
Notæ, altas pœnas, excidiumque ferunt.
i æstu dorsum scandunt, quodque imminet
Se torquent saltu, præcipitesq; cadunt. (amni
grestesque manus fugiunt, agrestiaque arma,
Hi rastris, saxis, falce, bidente premunt,
st parte ex alia, Carolus quà fulminat armis,
Hi quoque cœperunt vertere terga fuga.
onvenere Duces; ruit ad certamina Cæsar,
Quem sequitur juvenum lecta caterva ducum.
unc nive condidior, rapidæ qui filius auræ
Spumans portat equus, luxuriantque jubæ.
uis Deus in versu, quæ nunc mihi carmina nar-
Turcarum excidium, tũ sine more neces. rent
uàm fremat horribilis, quò turbine dirigat hastã
Sarmata, quam sœvam suscitet ense necem.
erretur Mavors, Traces delubra sacrarent,
Ni foret adversùs, Bellipotensque regit.
ncumbens humeris latis, & poplite in ipso
Subsidens, sœvam spargit ubique necem.
ulmineo mucrone potens, quot vulnera librat,
Tot sternit validos, corpora cruda, Scithas.
ertitat aspectu; sœvis nec sufficit umbo
Ictibus illius; sanguinolentus agit.
Hinc Phegeum, Tamarumq; necat, Byzantia tellus
Demisit primum; barbarus alter erat.
Per latera hinc ternos Turcas impunè recidit,
E' Laurente ferox abstulit ense caput.
Tùm Steropẽ, Pegasumq; super, tùm sternit Amig-
Ismarium Batraim, Tartareumq; Lamec. dum,
Horribilis squama colubri, cristisque coruscat
Fulmineam trepidat Bistonis ora manum.
Ut rapidè torrens summo de culmine præceps,
Diluvio segetes, tectaque, rura ruit.
Pastores æstu fugiunt, plorantque ruinam,
Et pecori, atque arvis, arboribusque, satis.
Haud

Haud aliter Regem trepidant, sonitūq; tremiscūt
Hostes, ac retrò terga timore dabant.
Ecce autem Retheus, cui tunc ægyptia tellus
Nutrix, pervolitans æquore tela jacit.
Ut Regem vidit, contrà concurrere quærit,
Ast illi Parcæ fila suprema legunt.
Rex contrà sœvit, clypeoque hic excipit ictus,
Donec disiecto deficit orbe, solo.
Accessit Rex acer equo (nec sufficit ille
Diffugere è manibus) Cæsariemque rapit.
Vi multa torquens, dextra ferus extulit ensem,
Et capulo guttur traicit ense tenus.
Et rigida sic morte piat, ruit ille, quatitque
Exanguis campum, pulvereumque solum.
Ardescitque magis cædes; ter sistere contrà
Palantes quærunt, ter dare terga fugæ.
Increpat Orsilachus, revocatque in prælia verbis,
Hic junctus Mauris, antè Fidelis erat.
Non quià tempsisset legem, indignamq; putasset,
Ob regione scelus liberiore frui.
Ducebatque suam temerato crimine vitam
Ausus Maumethis ligna movere focis.
In templo patrare scelus; de virgine rapta
Concipere & fœtus, & scelerare Deos.
Vivere de stupris, abjuratisque rapinis,
Rumpere festivis verba profana jocis.
Fur celeber templis; fallax perjuria librat,
Respondent verbis facta nec ulla suis.
Divitiæ cupidus, cupidos sectatus avaros
Congerit in latebris multa talenta domus.
Viribus armatus solidis, ac robore duro,
Degener è valido corpore mox animus.
Horridus aspectu, cui pectore fulva vagatur
Canicies, tantùm territat umbra viros.
Debilitat non tempus eum, non tarda senectus,
Quin magicis herbis, carminibusque potens.

Tar-

Digitized by Google

Tartareos secum vocat ad convivia manes,
Sternitur ante suos Tracia luna pedes.
Ex fluviis tollit plantas, & montibus addit,
Præcipitat summo sydera celsa polo.
Ast Turcæ recolunt, illumque ut numen adorant,
Et Virtus facinus, quæ mala recta putant.
Hic septem fratres, quos jam Germana crearat
Mater septeno vulnere sternit humo.
Palmeriumque super, sœvumque Atlanta securi,
Germanum juuenem, Sauromatumque senem.
Dum fera per campos edebat funera Cæsar
Ingentemque ferox miscet agone necem.
Orsilacus contrà volitat, libratque bipennem.
Obiicit hic clypeum, se super ense tenet.
Fulminat hic Cæsar, dura furit ille bipenni
Ingeminant ictus, conduplicantque vices.
Equè nunc Leopoldus agit, nunc barbarus heros
Hic mucrone ferox, ille bipenne rigens.
t videre hostes una glomerantur, & illum
Agressi telis, missilibusque premunt.
Carolus subeat citus, auxilioque juvasset,
Augusto hæc ferret fata suprema dies.
um tendens arcu jaculum, vi dirigit illud,
Contorquens certè, protinùs hasta ruit.
silacique furens humeris transfixa pependit,
Sternitur infelix, & pede tundit humum.
pit hic ensem, currit per vulgus, & omnes
smarios mactat, Pannoniosque fugat.
olicuere intus nostri, furit Æthere clamor
Diversus: calcat terga pedestris equus.
iecti Turcæ fugiunt; asperrima cædes
Exoritur; nebula pulveris undat humus.
ntes Leopoldus agit, Carolusque, Gelonus
Rex contrà telum terga trabale movet.
us huic juxtà, sequiturque Ernestus, & omnes
Austriaci fortes, Sarmaticique Duces.

Ater

Ater ubìque cruor, mortiſque exhorret imago,
Barbarus ex cæſis ſurgit acervus humo.
Antra fremunt gemitu, tergis tela irrita languēt
Suſpenſa ex Parthis, nulla ſub hoſte ſalus.
Nulla ſalus miſeris, nevè eſt ſperare poteſtas,
Iſta ſalus Turcis abſque ſalute mori.
Conveniunt numero Traces, et ſigna repūlsa
Defendunt, properant hùc glomerare Duces.
Collectique ſimul, ſimul & ſtringentia librant
Tela manu, ſtrictis enſibus omnis adeſt.
Joannes volvens oculos, cuneiſque coactis
Illos ut vidit, murmure pulſus abit.
Ut regale videt ſignum, ſubit obvius ardens
Territat aſpectu, fulmineuſque premit.
Congreſſus ſternit ſeptem, ſeù congerit haſtas
Eminùs, atque enſem dexter ubique rotat.
Conſternitque Duces varios, ac ſigna ferentem,
Cui impunè ſuum dividit enſe caput.
Bacchaturque atrox, & delectabile prenſat
Stegma manu, mediis vociferanſque rapit.
Hinc ſtrepitant noſtri plauſu, gaudentque tuentes
Ingentes animos, indomitumque Ducem.
Obtutu tunc Turca ſilet, diffractaque plorat
Agmina, & excitas mox Orientis opes.
Per deſolatos campos, littuſque relictum,
Et mentem pietas, præcipitatque furor.
Et turrim longè paucis comitatus abivit,
Quà belli metas ingemit, atque dies.
Lætitia exultant noſtri, prædaque potiti
Solemni memorant prælia tanta ſono.
Inviſuntque aras templis, grateſque Tonanti
Hi referunt, ſacris munera ſancta focis.
Votaque ſolvuntur, caſuſque effigitur auro
Ante ſacras pendet multa tabella fores.
Obvia prima viro mulier, ſtringitque per ulnas,
Cum lambit labris ubera preſſa puer.
Tor-

ormosas decorata genas, ornata capillos
Sponsa viro gaudet, fratre recepta soror.
ibia dulcis adest, juvat indulgere choreis,
Aurea vel dulci plecta movere lyra.
ernuntur panni muris, pictique tapetes,
Illis est virtus, Gloria, Fama comes.
rocedunt lætis Capitolia celsa triumphis,
Floreque substratas omnicolore vias.
ætitiaque fremunt pueri, innuptæque puellæ,
Dulcia cognatis oscula libat anus.
tque pater sua tecta subit, puer obvius illi
Plaudit agens choreas, oscula chara petit.
rocedunt Reges curru, niveisque quadrigis,
Et læto strepitant classica pulsa sono.
ısignes auro veniunt, ostroque decori,
Portatur validis barbara gaza jugis.
ist victi miseranda Phalanx, miserabile vulgus
Victori veniunt, fasta, Trophæa, jocum.
umina stant dejecta solo, vultusque remissi,
Barbara ferrata compede crura sonant.
oluitur instabili fallax fortuna rotatu,
Et numquam incepto fixa, tenaxque manet.
urca Jovem summis qui tunc detrudere regnis
Optat, vix pedibus captat inane solum.
isiecti Reges, debellatique superbi,
Pressa sub ærato pondere membra gemunt.
ictores prædas, natis decora alta futuris
Suspendunt galeas, exuviasque domo.
ısignes aure tunicas, cristasque rubentes
Eversos currus, frœnaque, plaustra, rotas.
rvantur prædæ tectis, ac barbara gaza,
Et matres templis munera, vota ferunt.
ictores memorant bellum, durumque periclum,
Uxor et experti pendet ab ore viri.
ac fugerent Traces, premeret Germana juvētus,
Atque sub alterna vulnera ducta vice.

Hic

Hic furioſus agit Carolus, fortiſque Gelonus
Fulminat hic telo; deficit ille ſolo.
Hic Leopoldus agit, torta citus advolat haſta
Erneſtus, laudat preſſa Vienna ducem.
Et memorant proprio quicumque pericula caſu;
Hic agitat noſtros: ille bipenne furit.
Inſtaurant epulis vires, ac munere Bacchi,
Libant ſpumanti pocula plena mero.
Concurrunt pavidæ Matres, grateſque Gelono
Plorantes referunt. Murmur in aſtra volat.
Nomine quæque vocant lætæ, doniſque ſalutant
Et pedibus libant oſcula multa Ducis.
Adverſos terres vultu, Tu barbara mactas
Prodigia, & dextra ſigna ſuperba rapis.
Ille ubi magnanimos oculos, vultumq; decorum
Voluit, tunc placidos prompſit ab ore ſonos.
Solaturque illas, ſeſe ſpondetque volentem
Auxilio ſemper, præſidioque fore. (der
Dum Cœlo Sol plauſtra vehit, dum ſydera ſplen
Dum Sylvis Auſter murmurat, unda Salo.
Semper amor, præſtata fides, promiſſa manabun
Annuit & Cæſar, tota fremitque cohors.
Intereà Phœbus Tarteſſia ſtagna reviſit,
Et nocti plaudunt ſydera fulva choro.
Conſpergitque ſopor medicata papavera Læthe
Et ſomno, & vino corda ſepulta natant.
Joannem Cæſar celſis accepit in aulis,
Et feſſas plumis ponit uterque genas
Muſa humeris citharam tandem ſuſpendit ebu
Ipſa etiam ſero victa ſopore ſilet. (na
Atque laboratæ diſcreta ſilentia linguæ
Ponet, habetque diù tædia pigra ſonus.
Iſta Quirinali cecinit fera bella cothurno
Felix, quod virtus, fama coronat opus.
Eja age, dum celſi Capitolia ſcandis honoris.
Auriga eſt virtus, alba quadriga decor.

F I N I S.


BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

